



SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS



9

DE SAMUELIS

NOVE REGUM LIBRIS

PRIMO ET SECUNDO



BS548

M5

v.9

007710



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080014715



ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

SANCTIUS.

In primum Regum librum commentarium.

CALMET. — SACY. — CORNELIUS A LAPIDE. — DUCLOT.

Varie annotationes.

SANCTIUS.

In secundum Regum librum commentarium (septem prima capita).

CALMET. — SACY. — CORNELIUS A LAPIDE. — DUCLOT.

Varie annotationes.


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

INDEX RERUM.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



222,
J.P.M.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Credebatur Migne,
in viâ dictâ d'Amboise, hors la barrière d'Enfer.

SCRIPTURÆ SACRÆ CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS,
ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM
EUROPÆ CATHOLICÆ,
UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,
UNICÈ CONFLATUS,

*Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J. P. M****.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS NONUS.

IN PRIMUM ET SECUNDUM SAMUELIS, SIVE REGUM, LIBROS
COMMENTARIUM.

VARIE ANNOTATIONES.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Edición Valtierra y Talier

PARISIIS,

APUD EDITORES,

IN VIA GALLICÆ DICTA:

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1840.




FONDO EMETERIO
44455

BS 548

M5

v.9



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SANCTII VITA.

SANCTUS (Gaspardus), natione Hispanus, patri Centumputolanus, annos septemdecim natus, adjuvit se Societati Jesu, et annos triginta humaniores literas docuit. E tenebris tandem in lucem eductus, videlicet à traditione grammaticæ ad sacrorum voluminum in Complutensi collegio interpretationem, tantâ gloriâ huic incubuit muneris, ut Compluto Madritum accitus fuerit, in Academiâ Regiâ Scripturam sacræ principis expositurus. Patiens verò post septimanas, nondum facti legendi studio, morbo repente oppressus et extinctus

est, die 16 novembris, anno salutis 1628, ætatis 75.

Scriptis Sanctius commentaria 1^o in quatuor libros Regum, quæ nunc edimus, et quæ, doctorum sententiâ, inter alia omnium interpretum his de libris commentaria, primum locum occupant; 2^o in libros Ruth, Esdræ, Nehemiæ, Tobie, Estheris et Machabæorum; 3^o in librum Job; 4^o in Cantica canticorum; 5^o in Isaiam; 6^o in Jeremiam; 7^o in Ezechielem; 8^o in Danielum; 9^o in duodecim prophetas minores; 10^o in Actus Apostolorum.

GASPARDI SANCTII IN QUATUOR LIBROS REGUM Prolegomena.

§ 1. Quis horum librorum scriptor.

De auctore horum librorum nihil habemus certum ex Scripturâ; neque auctores, qui variis ducuntur conjecturis, quidquam asserunt, nisi divinando. Sed florum plerique in eo consentiunt, quòd non ab uno, sed à pluribus longum illud opus contextum esse putant. Ita sanctè Gregorius in Prólogo ad lib. 1 Regum; Athanasius in Synopsi; Abulensis super Prologum Hieronymi Galeatum g. 89. Est autem communis omnium ferè sententiâ, à Samuele scriptum esse librum primum, ad caput usque 28, ubi de illius agitur interitu. Ab eo loco, usque ad finem libri secundi, Nathan et Gad videntes, id est, propheta, scriptores existimantur. Argumento est illud lib. 1 Paralip. cap. 29, in fine: *Gesta autem David regis priora, et novissima scripta sunt in libro Samuelem videntis, et in libro Nathan propheta, atque in volumine Gad videntis, universique regni ejus, et fortitudinis, et temporum, quæ transierunt sub eo, sive in Israel, sive in cunctis regnis terrarum.* Quòd diximus de Samuele, docet etiam Isido-

rus lib. 8 Orig. cap. 2, ubi etiam addit, ab eo loco, in quo desit Samuel, historiam per-textuisse regem ipsam David. Cùmque à variis libri illi conscripti fuerint, redacta tamen illorum scripta dicuntur in ordinem, et eo modo digesta, quem nunc habemus, sive à Jeremiâ (1), qui ultimam regum ætatem consecutus est, sive ab Esdrâ, qui, ut alia plurima, sic etiam regum historiam ab aliis acceptam et conservavit ipse, cùm penè eum civitate et templo perisset, et confasam ante, et ex variis scriptis conciliantam, in meliorem ordinem coegit. Neque deest, qui id factum esse putet ab Ezechia rege, cujus ætas ad regem penè extrema tempora pertinet. Scripsisse autem plurima, et ab aliis scripta collegisse docet

(1) Grotius prodit ab Indæorum doctissimis Jeremiam eruli, cujus se stylium in opere xabodoratos condunt, ejusque notitie laudari testimonia in concilio Francofordiensi (*). Idem etiam auctor alibi observat mensium nomina, quæ in libro Regum leguntur, auctoris recentiorum ætatem proferre.

(*) Nil tale invenitur in geminis conciliis Francofordiensibus.

Sixtus Senensis, lib. 2 Bibliotheca, verbo *Ezechias*. Quia de re nos etiam aliquid in nostris Commentariis in Isaiam in fine capituli 58. Vide Sixtum Senensem, verbo *Samuel*, et Isidorum lib. 2 Orig. c. 2; Joannem Driedonem de Scriptoribus ecclesiasticis l. 1, c. 5 (1).

(1) Sed fuit horum omnium sunt conjectura: quin et totum opus nunc esse auctoris creditur, non quidem coevis, sed qui reliquis alicujus commentariis usus fuerit, ut tamen ut is in unum corpus digestis, nihil addiderit nisi latiores quasdam explanationes, de reliquo vel ipsis primitivis vocibus servatis. Consensu ubique styli, elegia Samuelis, rerum connectio atque perpetua series, testimonia quaedam aliorum laudata, annotationes historiarum quibusdam adjecta, aperiuntur non tuis sunt, quae auctorem coevum produunt, aliae vero quae recentiores. Ita loquitur sub huius summo sacerdote: *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta*. Quia igitur etate scriptor operis vivebat, prophetico dicitur frequenter: quomodo tamen frequentissimum fuit post Saulem sub Davide caeterisque deinde regibus. Eiusdem historici etate urbi *Bethid* nomen erat *Bethan*, seu *domus insipientis*, quod nra nonnulli dicitur et per contemptum, post consuetudinem in illa a Jeroboamo vitulum aureum, Tandem narrans auctor, excussisse Davidem religionem Gessari et Gerzi, notat: *Hi pagi habitabantur in terra antiquitate, antibus Sae usque ad terram Egypti*. Ex quo intelligimus, illa autem auctoris etate non totam illam regionem eversam in solitudinem redactam fuisse. Afilii etiam profuit, arcem Domini ad galatam usque quam mansisse in agro Iamne Babalonitae, et paulo infra de Samuele loquitur tanquam de viro factis fincto, cuius ipse laudes in regni lege Israelis prosequitur. Quis autem in omnium induricia talia de se Samuelem scribere vel cogitare, vel potuisse? Haec plane sunt, quae auctorem coevum, quaeve recentiorum profundi. Alii fusu per narrat, urbem Siceleg semper in potestate regum Juda mansisse, ex quo, manere Achis regis Philistaeorum, David urbem illam in seipsum obtinuerat: quae scriptoris observatio satis insinuat, indistincta iam inter regna Juda et Israelis divisionem; et quamquam tribus Simonis regno Israelis accessisset, urbem tamen Siceleg in eam tribum sitam ad reges Juda pertinuisse.

Parva etiam animadvertere licet, cum, narrat David lego, quae nequam praefate portione constituerat militibus, qui ad impedimenta remanserant, caeterisque qui in praesidio desesserant, tandem concluditur: *Factum est hoc ex die illi, et deinceps, ... quia, lex in Israel usque in diem hanc*. Hoc plane nec Samuelem, per haec tempora iam vixisse, nec Nathanael et Gado, sub Davide viventibus, conveniunt. Notat etiam idem scriptor, Dagonis sacerdotes, ne ambularet in limine templi, religione prohiberi, memores quid idolo acciderit coram arca Domini constituto: id autem, inquit, servavit sacerdos illi usque in hodiernum diem. Scribat igitur dicit post eam vitam. Addit: *Quis in Israel sic loquebatur antiquitusque... Ve-*

Ego de regum gestis, regnorum, aut temporum stata, conversioneque multiplici, sic censeo, et scriptam antea, et postea digestam sacram Historiam. Primum non puto regum temporibus, eo saltem in stato, quo res erat regia composita, et inducta publicarum rerum administratio, defuisse, quibus id esset datum negotii, ut quae diebus singulis historiis viderentur non indigna, commentariis, id est, posteriorum memorie commendarent, quod curarent posterioris memoria, quibus mandata fuit publica cura, et communium rerum administratio. Sic sane Fabianus Papa septem designavit sublaconos, qui res gestas martyrum à totidem notariis scriptas colligerent. Apud Persas id in usu fuisse satis indicat Persarum princeps maximus Assuerus, qui acceptum à Mardocheo beneficium, et in regium caput emulochorum insidias, in commentariis retulit. Sic autem Esther cap. 2: *Mardocheus est historius et annalibus traditum coram rege*. Quae porro historiae illae, sive annales fuerunt, explicuit postea cap. 6: ubi enim vulgatus habet: *Jussit Assuerus sibi offerri historias et annales priorum temporum*, graecè est, *ἱστορίας προσηγορίας λαλοῦσας*. Quod Latinus reddidit: *Litteras memoriarum dierum*. Illae vero litterae sunt, quae ephemerides vocantur, id est, singulorum dierum observationes, quae diaria, sive commentarii dicuntur, quales Julius Caesar scripsit, prodiit, qui Commentariis editi, in quibus rerum gestarum, memorie gratia, capita notaria, et quaedam minuta, ut deinde ex illis, cum à rebus bellicis aliquid esset otii consentus, historiam texeret, ex quibus rescenscit aliqua, qua-

nite et *sanctus ad Videntem; qui enim Propheta* (Hebr. *Nabi dicitur hostis, vocabatur ille Videns*. Porro Videntes appellabantur Prophetas, Saülis et Samuelis etate; utitur autem scriptor altero, quod ipse Samuelis etate recentius nomen agnoscit, nempe *Nabi*, sive *Propheta*. Erat igitur scriptor Samuele recentior. Tandem librum *Iustorum* laudat; ita enim de Davide habet: *Et praecepti ut doceret filios Juda Arcem* (scilicet Iamne) *tribus arcis pro Saülis usque à Davide exarabit*, *sicut scriptum est in libro Iustorum*. Quis, rogo, coevus auctor synchironum opus testem subleget; cum maxime opus illud neque majorem quam ipso auctor habere posset auctoritatem, neque res illas nunc haberet exploratas?

Hic ita constitutus, tria colligere posse videamus: 1^o Quatuor hosce libros ex originalibus authenticis, et coevis monumentis fuisse digestos. 2^o Operis auctorem coevum quidem non esse, ac scribis, incertum tamen quo tempore, scripsisse. 3^o Quis potissimum auctor ille fuerit, latere. (Calmet.)

fortasse historica ratio, aut leges non requirent. Idem porro fecisse traditur Tiberius Caesar, de quo Suetonius in ejus Vita. Ex talibus porro Commentariis alii materiam assumpserunt, quam ordine historico posteritati traderent. Habuisse Augustum Caesarem diurnos commentarios tradit in ejus Vita Suetonius. Extat apud Lucianum in Demosthenis Encomio colloquium Philippi Macedonis cum Anapitro, quod se descripsisse dicebat ex Commentariis domus regiae. Cùmque hoc principibus aliis familiare fuerit, ut Hudaus docet in lege *Abesse, ex quibus erat, major*, ubi aliquot adducit exempla, non est verisimile id ab Hebraeorum regibus omissum esse. Et quidem crebro audimus in libris Regum aliquos fuisse à commentariis, quod aliquid indicat institutum, ne rerum gestarum excideret memoria. Quod etiam aut probat, aut indicat titulus praefixus libris Paralipomenon, id est sic habet, *dicitur haec iamin, id est, verba dierum*, quasi dicas, *diaria, seu singulorum dierum observationem*, ubi minutim notantur plurima, quae in historiis omitti plerumque solent. Ideo autem Septuaginta converterunt, *Paralipomenon*, id est, *Relictorum*, quia in duobus illis libris multa dicuntur, quae in quatuor libris Regum omissa sunt, quae in commentariis, seu diariis notata fuerant. Quasi diceret scriptor ille, seu compilerator sacer: *et ista quae dicuntur, sunt ex ille locum numero, quae omissa sunt ex illis verbis, seu gestis* (nam verbum apud Hebraeos *et idem valet quod res seu opus*) *quae in libro haec iamin, id est, in ephemeridas, seu Commentarios relata sunt.*

In tempore Saül non puto aliquem regi fuisse à commentariis, quia et brevi vixit in regno, duobus nimirum annis, ut in Commentariis nostris super Acta probavimus, ad illud cap. 45, v. 24: *Deiit illi Saül filium Cis, virum de tribu Benjamin aetate quadraginta*. Et postea pluribus ad cap. 45, v. 1. Et illa tempora neque peccata fuerunt, neque à turbationibus aut periculis vacua, ita ut rex ille de rerum suo tempore gestarum memoria laborare deberit. Scripsit tamen Samuel quidquid est ad cap. 25 lib. 4 Regum, sicut historiam Jaddicum et Roth communiter scripsisse traditur.

Quod attinet ad David, prima illius tempora scripsit Samuel; novissima vero Nathan et Gad; ut constat ex lib. 4 Paralip. cap. ultimo, in fine. Quis autem Davidi fuerit à commentariis, id est, qui res aut regis, aut regni referret in acta, dubium est. Habuisse à commentariis

Josaphat filium Ahilud, et Saraiam scribam, habes lib. 2 Reg. cap. 8, in fine. Ad alterum librum pertinuisse videtur rerum gestarum in Commentariis conservare memoriam. Sed haec sibi curam à rege demandatam assumpsisse videtur duo prophetae Gad et Nathan qui, ut paulo ante diximus, Davidis gesta novissima, quae Samuel non potuit, monumentis ipsi prodidisse dicuntur. Certè Nathan familiariter vixisse cum David, et ipsius consiliorum fuisse consocium, ipse indicat lib. 3 Reg. cap. 1. Cùm enim rex à populari turba salutatus esset Adonias, dixit, quasi id sibi celatum ferret molestè: *Nunquid à Domino meo regis exiit hoc verbum, et mihi non indicatus sero tuo?*

Post Davidis tempora, verba dierum, id est, diaria, sive ephemerides Salomonis scripserunt Nathan, qui eandem operam scriptoriam Davidi parenti navaverat, et Abias Silonites, et Ado, de quibus lib. 2 Paralip. cap. 9: *Reliqua opera Salomonis priorum, et novissimum scripta sunt in verbis Nathan prophetae, et in libris Abia Silonitis, in visione quoque Ado videlicet contra Ieroboam filium Nabath*. Haec porro scripta illa esse videtur, quae 1. 5 Reg. 4, dicuntur: *Libro Verborum dierum Salomonis*. Quod putat Theodoretus q. 57 in 1. 5 Reg. et Abul. in 1. 5 Reg. c. 11.

De aliis regibus idem puto esse existimandum, tametsi de illis, à quibus verba dierum, sive ephemerides, aut diaria scripta fuerint, ex Scriptura non constat. Hoc certè de Roboam legitur lib. 2 Paral. c. 12, v. 16, quorum opera prima atque novissima notata dicuntur à prophetis. *Opera*, inquit, *Roboam prima et novissima scripta sunt in libro Senaia prophetae, et Ado videlicet, et diligenter expostata. Et de Ahia cap. 15, v. 22: Reliqua operum verbum Ahia, viamque et operum, ejus, scripta sunt diligentissime in libro Ado prophetae*. Quod autem Orax operis, sive verba dierum Isaias scripsisset, habes eodem libro cap. 26, vers. 22; item Ezechiae cap. 52, vers. 22, et Jehu filius Hananiam Josaphat regis, ibidem cap. 20, vers. 34.

Haec porro, quae dicuntur verba dierum, seu singulorum dierum observationes, quae etiam aliquando dicuntur, *Libri Regum Israel, sive Juda*, aliquid esse diversum à quatuor libris Regum, quos nunc habemus, et esse communis scriptorum consensus, et probat Sixtus Senensis lib. 2, verbo *Regum libri*; adducitque inter alia, quae coelege videri possunt, illud 2 Paralip. 24, in fine, quod sic habet: *Parro filii Ica,*

et summa pecunia, quae adunata fuerat sub eo, et instaurationi domus Dei, scripta sunt diligentius in libro Regum. Et addit: Quae certe verba referri nequeunt ad historiam Regum canonicis Scripturis insertam, in qua tantum abest, ut ea quae praesenti Paralipomenon capite narrantur, fusiis et exactius referantur, ut nonnulla etiam in ipsa pretermissa sint ex his quae in hoc capite vel commemorantur, vel saltem indicantur.

Cum constet igitur, aut valde sit certe verisimile, reges Israel et Juda habuisse, qui quod singulis diebus dignum videretur publicae memoriae, in annales referret, explorandum nobis est, quis ex illis Commentariis et quae nunc in libris Regum habemus, historico stylo concinnaverit. Quidam Esdram existimant, quia ille aut restituit plurima, quae temporum et bellorum injuria ex Scriptura sacra perierunt, aut certe quae dissoluta erant, et ordine plane confuso dissipata, in suum locum et ordinem redegit (1). Alii Jeremiam, eo additio argumentum, quod isdem penè verbis suam prophetiam

(1) Non levibus tamen argumentis creditur Esdras historiam hanc scripsit tradidisse: nam unicus ejusdemque scriptoris opus esse, multis argumentis demonstratur. I. Stylo exarata est constanter, ac perpetua rerum gestarum series per totum opus regnat. II. Scriptor ad manus erat veteres commentarii, quos et laudat frequenter, et lectores non raro ad illos remittit, professus se compendio retulisse, quae fusiis ibi narrantur; unde phrasae non raro occurrunt: *Reliqua verborum, etc. scripta sunt in libro sermonum Hieronij regum Juda, vel Israel.* III. Scribitur vel ipsa aetate captivitate, vel post, quippe qui in postremo capite quartae Regum illam apertissime exprimat. Alii etiam narrat, quae aetate adhuc decem tribus in Assyria captiva teneri, penas luentes criminum, et oracula prophetarum ea de re implentes. IV. Nonnulla observat quandoque, et repetit summam; quae omnia indicia sunt auctoris non coevi, sed qui veterum monumentorum fidem secutus, prius meditatus, quae scribitur. Vide 4 Regum 17, 6, etc., usque ad 24, ubi narrata eversione regni decem tribuum per Salmanasarem, et translatione in Assyriam eorumdem tribuum, ubi sub aetate captivae tenebantur, docet, populum illum refractarium jam inde a facta ex Juda secessione, nunquam ab idololatria caeterisque criminibus cessasse; frustra missos identidem a Deo prophetas, quinam personarum ad saniora consilia revocaretur. Quare, inquit, cum in impietate animam adfirmatum haberent, neque sceleri modum aliquem impingerent, id commiserunt, ut tandem rejecti a Deo, in potestatem hostium permitterentur: hinc unum tantum in Palaestina regnum Juda Hebraeis mansit. Sed, addit, neque Jude melior fuit in Deum fides; pessimum enim Israelis exemplum secutus meruit tandem ut simili poena subiretetur; ex quo factum est, ut

terminavit, quibus libri Regum finantur. Unde non sine gravi fundamento conjectant, ab eodem auctore libros Regum, à quo extremum vaticinium caput, fuisse aut compositos, aut compilatos. Sed si haec ratio quidquam valet, potius ego dicerem ab Isaia quatuor Regum libros in ordinem illum fuisse digestos. Nam primum eodem penè modo scripta sunt tria capita lib. 4 Reg. 18, 19 et 20, quo quatuor ex Isaie vaticinio, nempe 36, 37, 38, 39, Adde quod, quemadmodum paulò ante observavimus, Isaías scripsisse dicitur gesta Ozia, 2 Paralip. 26, et Ezechia ibidem 20, 52. Quare hoc opus historice sacrae contextendae ad suum tempus, id est, ad regnum usque Manasse, Isaie ego potius quam Jeremiae tribuerem. Sed quando hic conjecturis agimus, et per vestigia caecorum librorum auctorem indagamus, non pua-

Israelitarum gentis omne Deus tandem abiecerit. Haec sane omnia animadversiones sunt auctoris, post captivatem Judae et decem tribuum scribentis, cui tota rerum catastrophe sub oculis versaretur. V. Scriptor manus sacerdotis omnino gessisse videtur: quare historiam politicam non satis accurate narravit, ac brevitè ea tradens quae rerum et expeditionum granditatem, militum virtutem, atque penitentem palatium artem commendant, fusiis prosequitur ea quae ad templum, religionem, caeremonias, solemnia, cultum Domini, pietatem principum, constantiam prophetarum, penas criminum, et premium justorum pertinent. Gloriam domus Davidicae studet in primis. De regibus Israelis veluti aliud agens et in decursu locutus, curas suas omnes vertit rebus regni Juda narrandis. Haec animadversione digna in eo opere occurrunt, quod ad capiendam de scriptore conjecturam pertinet.

Porrò characteres hi omnes nemini melius quam Esdrae conveniunt; cui sanè nullus non congruit; quare operis scriptor probabiliter haberi potest. Fatetur quidem, occurrere quaedam ab aetate Esdrae aliena, ut quae narrantur de arca Domini adhuc in templo mansione; nam leguntur de separatione duorum regnum Juda et Israelis, quas utraque adhuc subsisterent; uti et duo mensium nomina Zif et Bul occurrunt, neque Hebraea, neque Chaldaica, ac tandem à sermone Esdrae aetate vernaculo aliena. Tandem auctor suae aetatis historiam scribere videtur, ac raro personam coevi scriptoris deponit. Quid haec porrò ad Esdram?

Sed haec facile conciliantur, si ita digestum opus ab Esdrae dixerimus, ut non raro et veteribus monumentis non historiam modò, sed et verba desumpserit, atque in suum commentarium transferret. Qua indoles est sinceri scriptoris, et veracitatis argumentum aperisimum: tantà enim religione fidem historiam in veteribus monumentis narrare servavit, ut ne verba quidem mutaverit. (Desumptum ex Calmet.)

tarem illum a verò proci aberrare, qui collectorem putaret Ezechiam regem, aut eo juvente alios, quibus id negotii rex ipse mandavit, si verum est quod dicitur, ab eo fuisse in ordinem digesta, quae invenit non tam aptè composita, quam confusè dispersa plurima Scripturae loca. Sic sanè habemus Proverb. 25, v. 1: *Haec quoque parabolae Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiae regis Juda.* Hunc etiam nonnulli putant auctorem fuisse libri Judicum, imò apertè et librorum Regum. Ita sanè historia scholastica in praefatione lib. Judicum, à qua sumpsit Hugo; quae tamen in Prologo librorum Regum, collectorem, aut compactorem illorum dicit Jeremiam. Quòd si demus ab Isaia, vel Ezechia quatuor hosce libros fuisse compactos, cum hi duo tantum ad Manasse regnum vitam prodixerint, dicendum est, quidquid ad finem usque compactum est, ab alio fuisse elaboratum, à Jeremia putat, vel ab Esdra, aut ab alio quovis, de quo nihil est certum.

§ 2. De horum librorum titulo.

Hebraei duos priores libros nomine Samueles inscribunt; cur ita fecerint, videndum nobis est. Quidam putant ab scriptore habuisse nomen, quia uterque à Samuele conscriptus est: sicut à Gad et Natham, qui novissima Davidis tempora scripturae mandarunt, sui etiam libri nomen acceperunt, 1 Paralip. cap. ultimo, in fine: *Gesta, inquit, David regis priora et novissima scripta sunt in libro Samueles historia, et in libro Nathan propheta, et in volumine Gad videbitis.* Haec tamen sententia facile suam sibi falsitatem profiti; duo enim libri non poterunt à Samuele componi, cum in libri primi 25 capite decesserit. Quare novissima tempora Davidis duo alii prophetae monumentis mandarunt. Dicit autem sunt libri Samueles, quia in utroque aliquid est, quod ad Samueles nomen opusque pertinet. Nam in primo agitur de sacerdote Heli, in ejus ipse societate vixit, et de Saul, quem regno profecit Israel; in secundo, de David, quem ipse unxit, et abjecto Saulis ad regni gubernacula vocavit. Quare in utroque libro est aliquid, quod suum sibi Samuel possit agnoscere.

Latini à materia *Libros* appellant *Regum*, quia de regum gestis regnorumque sive administratione, sive conversione insituti sunt. Septuaginta *Regnorum* vocant *libros*; quod non probat Hieronymus, quia non de pluribus regibus, sed de uno Israelitico textur historia. Et quidem cum duo posteriores libri de Israeli-

tico populo jam diviso, in quo duo jam spectabantur regna, loquantur, quibus aptius erat *Regnorum* nomen, hebraicè non inscribuntur מלכות, *Melachoth*, id est, *Regnorum*, sed מלכים, *Melachim*, id est, *Regum*.

§ 3. Quae tempora regum historia compactatur.

Libri hi Regum res continent gestas duorum judicum Israel, Heli, videlicet et Samueles, et omnium regum Israel et Juda ad illud usque tempus, in quo excessa fuit ab hoste Chaldaeo Hierosolyma, et templum exstium, et regum nomen in populo Judaico ad longum tempus prorsus extinctum. Haec verò historia ad annos ferme quingentos et quadraginta porrigit, quae incidit, si annos Heli à principio numeres, anno mundi 2900, ut putat Tornellius, et finita est in captivitate populi, quae in annum incidit ab orbe condito, eodem auctore, 5446. Sixtus Senensis, tom. 2, aliter numerat; putat enim duos priores libros annos completi centum et viginti, et omnes simul 537. Sed modicum est discrimen.

§ 4. De horum librorum divisione (1).

Quatuor libri Regum in Hebraeo duo tantum sunt libri, nempe liber Samueles, et liber Regum; quod quidem suo tempore fuisse animadvertit S. Hieronymus. Utrumque verò librum Septuaginta interpretes in duos distinxerunt libros, quos primum, secundum, tertium et quartum *Regnorum*, Latini vero, *Regum*, inscripserunt.

Samuel est tertius liber eorum quos vocant *Judici*, *Prophetas priores*, quorum primum *Jamnan*, secundum *Judicem*, tertium *Samuelem*, et quartum *Reges* faciunt. Samueles autem gemini, ut nunc habemus, libri, sive duo priores libri Regum in unum olim in Bibliis hebraicis continuabantur. Unam textus seriem consueverunt in versione S. Hieronymi ex Hebraeo; hinc fit, ut in veteribus ejusdem exemplaribus titulum omnium utriusque libri capitum indiculus priori libro praefatus legatur: tum et marginales numeri, varia textus membra distinguunt, perpetuo ducta usque ad calcem secundi libri regnum. Sed brevi in exemplaribus Latinis vetus ordo, bipartiti scilicet operis, rediit, manente caterum versione S. Hieronymi. Nonnulli putant in editione bibliorum Hebraicorum Bombergiana, primum apparuisse

(1) Hic et duo sequentes paragraphi curà Editorum Sancti prolegomenis additi sunt.

distinctionem primi et secundi libri Samuelis; item duos postremi Regum libri olim apud Hebraeos perpetuâ serie juncti in unicum coalescebant; sed cum prolixior videretur liber, idcirco successu temporis Judæis ex unico duos elicere, bipartito opere ad nostram imitationem visum est. Priori parti nomen mansit, *Primus Regum*; alteri inditum, *Secundus Regum*; apud Septuaginta verò inscribuntur, *Tertius et quartus Regum*. Ab Origène lausantur sub nomine *librorum Regiorum*; quamquam à Judæis in fronte operis posita animadvertit priora verba textus tertii libri: *Veniamenitech David*. Ex quâ Origène relatione duo colligitur: 1^o ambos hosce libros nam adunc tum constituisse in exemplaribus Hebraicis; 2^o nondum apud Judæos inscriptum fuisse opus, *Libri Regum*. Ipsa etiam S. Hieronymi eitate, ex quattuor libris Regum Judæi duos tantum constituebant; uti et in hodiernis Hebraicis Bibliis duo hi postremi perpetuâ textus serie junguntur; quamquam ad initium quarti novæ marginales notæ capitulis recensendis apposita sunt, et in supremâ paginarum orâ scriptum legitur, *Primus Regum*, et deinceps, *Secundus Regum*. In Græcis vetustis Scholis animadvertitur, correctissima Septuaginta exemplaria eundem, quem nos, terminum, secundo Regum libro constituisse, ducto tertii exordio ab historiâ Abisg Sunamitidis; sed Dioscorus et Theodoretus post Davidis obitum insistant, »

(Calmet.)

§ 5. De excellentiâ et utilitate librorum Regum.

« Hoc sœculo animadvertendum multa allegorica, multa tropologicè narrari in Regum libris. Nam, ut ait S. Hieronymus (Epist. 405 ad Paulinum), « Samuel (1), in Heli mortuo et occiso Saül, veterem legem abolitam monstrat. Pôrrè in Sadoe atque David, novi sacerdotii novique imperii sacramenta testatur. *Meluchim*, id est, Regum tertius et quartus liber à Salomone usque ad Jechoniam, et ab Jeroboam filio Nabath usque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Juda et regnum describit Israel. Si historiana respicias, verba simplicia sunt; si in litteris sensum latentem inspexeris, Ecclesiam paucitas et hæreticorum contra Ecclesiam bella narrant. »

« Omnes enim reges Juda fœdè tyri Christi ex eis nascituri, qui est Rex regum et Domi-

(1) Id est, primus ac secundus liber Regum.

nus dominantium, ut ait hic S. Gregorius; unde S. Augustinus (lib. 22 contra Faustum cap. 24): « Dico, inquit, illorum hominum non tantum linguam, sed etiam vitam fuisse propheticam, totamque illud regnum gentis Hebræorum magnum quendam, quia et magni cujusdam, fuisse prophetam. »

Andi S. Gregorium (hic in Proœmio): « *Historia Regum*, quia eo spiritu condita quæ et cætera Scripturæ sanctæ volumina cognoscuntur, non debet credi eis esse minor sacramentis quibus non est inferior titulo auctoritatis. Nam omnes scriptores ejus fuisse propheta referuntur, qui cum historica narrant, spiritalia signant; exteriora loquuntur, et intima innunt; terrena proponunt, ut celestia exequantur, » etc.; et post nonnulla: « Sævus est historia Regum in superficie litteræ, atior in typis allegoria, moribus instruentis nullis, lucida in exemplis exhibendis. » Et D. Augustinus (lib. 17 Civit. cap. 1): « Ipsa Scriptura que per ordinem reges eorumque facta et eventa dirigens, videtur tanquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrantis, si adjuvant Spiritu Dei considerata tractetur, et vel magis vel certè non minus prænantiantis futuris, quam præteritis enuntiandis invenietur intenta. » (Cornel. à Lap.)

Multa in hanc sententiam habet Sacy, qui, ut putamus, summâ cum voluptate legatur: « L'Écriture-Sainte, selon la remarque de saint Augustin, n'est pas seulement admirable dans cette profondeur de sagesse et de vérité qu'elle renferme; mais encore en ce qu'elle diversifie en plusieurs manières ses instructions, pour les proportionner à l'intelligence et même aux goûts différents de l'esprit humain. On y peut distinguer, selon la pensée de ce saint, trois genres d'écriture: les livres de la sagesse, les prophètes, et l'histoire. »

« Les livres de la sagesse touchent de grands sens en peu de mots; et ce sont des règles pour toute la vie. »

« Les ouvrages des prophètes sont des discours suivis qui, sous des expressions figurées, nous apprennent à craindre les ennemis invisibles, et à révérer la majesté de Dieu par la haute idée qu'ils en traçent dans l'esprit et dans le cœur. »

« Les livres d'histoire ont un caractère très-différent les uns des autres. C'est une représentation simple et naturelle des choses passées, dans laquelle Dieu fait voir clairement

qu'encore que toute sa conduite soit comme convertie du voile des causes secondes, c'est lui néanmoins qui est l'arbitre souverain des rois et des peuples, et qui ordonne dans le ciel tout ce qui se passe sur la terre. »

« Les livres des Rois, comme nous l'enseignent saint Augustin, sont tout autres dans la vérité qu'ils ne nous paraissent d'abord; car à ne les considérer que par les premières vœux qui se présentent à ceux qui les lisent, on n'y trouvera qu'une histoire de plusieurs rois, qui décrit les principales choses qui se sont passées sous leur règne. Mais si l'on entre par l'esprit de Dieu dans les mystères qui y sont cachés, on trouvera que cette histoire n'est pas moins une prophétie des merveilles futures de la loi nouvelle, qu'une représentation des choses passées. »

« Saint Grégoire a confirmé ce principe par la manière pleine de piété dont il a expliqué les seize premiers chapitres du premier livre de cette Histoire. Théodoret a fait aussi quelques réflexions générales sur quelques endroits des quatre livres des Rois. »

« Si l'on considère les deux premiers livres des Rois par rapport aux instructions morales qui en naissent naturellement, il est difficile d'en trouver dans toute l'histoire sainte qui soient, ou plus admirables pour les marques de la Providence et du doigt de Dieu qui s'y fait sentir de toutes parts, ou plus utiles pour la beauté des exemples et des instructions qu'elle renferme. Les particuliers, et tous ceux qui sont en autorité, y trouveront non seulement des règles, mais des images excellentes de ce qu'ils doivent faire pour servir Dieu selon l'état où il les a mis. »

« Anne, dont il est parlé d'abord, est un modèle admirable pour les mères chrétiennes; elle est long-temps affligée et humiliée; elle n'a recours qu'à Dieu dans ses peines; elle lui demande un fils, et il la rend mère de Samuel. Aussitôt qu'il est hors de la mamelle, elle le porte dans le temple pour y demeurer toujours. Elle se prive de ce qu'elle avoit de plus cher au monde, afin que ce fils qui étoit le fruit de sa prière, fût consacré uniquement à Dieu qui le lui avoit donné. Et cet enfant né et élevé de cette sorte, devient la gloire du peuple de Dieu, et l'un des plus grands prophètes qui fut jamais. »

« Abigail apprend excellentement aux personnes engagées dans le mariage, avec combien de sagesse et de circonspection elles doivent

se conduire envers ceux à qui Dieu les a unis par un nœud sacré, lors même qu'ils n'ont pas toute la lumière et toute la prudence qui seroit à désirer pour soutenir la qualité de chef que Dieu leur a donnée dans leur famille. »

« Le grand-prêtre Héli est un exemple terrible pour tous ceux que Dieu a appelés à la disposition des choses saintes: ils doivent apprendre de lui à veiller sur ceux que leur ministère divin rend leurs enfants, et à punir leurs désordres avec une charitable sévérité, au lieu de les dissimuler par une indulgence cruelle, qui ne pourroit qu'attirer la vengeance de Dieu et sur ceux qui leur sont soumis et sur eux-mêmes. »

« Saül est une image sensible du néant des grandeurs de la terre, et du péril extrême que les environne. D'un particulier peu considérable, il est choisi par un ordre du ciel pour être roi du peuple de Dieu. Cette gloire qu'il n'avoit point cherchée lui élève le cœur. Il désoûle à celui qui l'avoit comblé de biens; et un bonheur si grand en apparence, devient pour lui la source d'une infinité de maux. »

« David est un miracle de la grâce et de la Providence qui règle le monde. Ce qui lui arrive dans toute la suite de sa vie est si extraordinaire, qu'il semble que la sagesse de Dieu ait pris plaisir de confondre par la beauté et par la vérité de cette histoire, les merveilles fabuleuses et les héros imaginaires que l'esprit de l'homme a inventés pour satisfaire la curiosité de ceux qui se repaissent de chimères et de songes. »

« Tant que cet homme de Dieu demeure particulier, c'est un modèle pour toutes sortes de personnes d'une parfaite vertu. Il est sacré roi en secret lorsqu'il étoit encore tout jeune, et occupé à conduire des brebis. Il reçoit par cette onction une si grande force, qu'il déchire les lions et les ours, et il ne s'en élève point. Il combat ensuite sans armes, il tue ce géant si fameux qui seul faisoit fur toute l'armée d'Israël; et il demeure aussi humble après cette victoire, qu'il l'avoit été auparavant. Saül conçoit contre lui une haine mortelle; et David ayant eu deux fois entre les mains, lui sauve la vie par une générosité qui est admirée de celui-là même qui ne pensoit qu'à le perdre. »

« Mais comme cette histoire est l'histoire des rois, Dieu l'a composée par son esprit, afin qu'elle servit aux princes et aux souverains. Et il seroit digne de leur piété, qu'ils y cherchassent les règles de la conduite que Dieu veut

qu'ils gardent dans le gouvernement de leurs états, et qu'ils ne refusassent pas d'y écouler, comme leur maître, celui qui doit un jour être leur juge.

« Saül et David sont deux modèles bien différents, qui sont proposés à tous ceux qui tiennent les premières places dans le monde. Dans l'un, on peut voir la laideur du vice, et dans l'autre, l'excellence de la vertu. L'envie et la cruauté de Saül servent à relever davantage la bonté et la générosité de David. Et le Saint-Esprit mêle avec une admirable sagesse les actions si différentes de ces deux princes dans le tableau qu'il nous veut tracer d'un roi véritable, afin que les grandes qualités qu'il demande de lui éclatent davantage par l'opposition de celles qui leur sont contraires : comme l'art d'un peintre se sert avantageusement des ombres et des couleurs les plus noires, pour donner plus de force et plus d'agrément aux figures qui doivent être les plus éclairées.

« Mais ce qu'il y a de plus extraordinaire dans cette histoire, et qui surprend plus l'attente et les pensées des hommes, qui sont souvent bien différentes de celles de Dieu; c'est que bientôt après que David a été élevé à la souveraineté, nous voyons qu'il avait paru si digne, il ne peut porter cette grandeur à laquelle il avait été destiné depuis tant d'années, et il succombe sous le poids de sa gloire.

« Un saint, un prophète, un homme dont la vertu ayant été exercée par de si rudes épreuves, semblaît hors d'attente à tous les artifices du démon, tombe en un moment, et il devient adultère et homicide. Mais cette chute même, comme remarque excellemment saint Ambroise, nous rend cette histoire sans comparaison plus utile. Dieu pouvait faire aisément que David demeurât toujours dans l'innocence, et que, continuant comme il avait commencé, à marcher dans la voie de la justice, il s'élevât jusqu'au comble d'une vie parfaite, mais alors son élévation aurait paru en quelque sorte inaccessible à notre faiblesse; et nous contentant d'envisager son exemple avec une admiration stérile, nous l'aurions jugé inimitable.

« Dieu donc, par une conduite pleine de sagesse, a abaissé ce saint jusqu'à nous, afin de nous faire monter jusqu'à lui. Il a permis qu'il soit tombé dans l'abîme du péché, afin que l'en relevant ensuite par une grâce toute puissante, il apprit à tous les hommes que, comme il n'y a point de vertu stable si sa main ne la sou-

tient et ne l'affermir, il n'y a point aussi de plaies si profondes qui ne puissent être guéries, comme l'ont été celles de David, par une foi vive, et par l'humilité et la sincérité de la pénitence.

« C'esont même les jugements que Dieu exerce sur ce prince pour venger le sang d'Urie, et pour lui faire sentir le poids de son crime, qui rendent cette histoire non seulement plus avantageuse pour notre instruction, mais encore plus agréable par la variété des événements dont elle est remplie.

« Les sujets de ce roi pénitent se soulèvent contre lui; son propre fils se déclare chef de cette révolte; il est obligé de fuir devant lui, et de lui abandonner la capitale de son royaume; mais comme il ne perd point Dieu de vue, et qu'il le considère comme la première cause de tous ces maux qu'il sait avoir si justement mérités, il demeure calme et intrépidé dans un si grand trouble. Il attire sur lui la protection de Dieu, par l'humble soumission qu'il rend à ses ordres; et cette tempête qui se dissipe en peu de jours, ne sert qu'à lui procurer de nouveau l'admiration et l'affection de tous ses peuples.

« On peut remarquer encore dans la suite de cette histoire, et principalement sous le règne de David, divers exemples qui peuvent nous instruire de ce que nous devons, ou faire, ou imiter dans le règlement de notre vie.

« On voit dans Jonathas un modèle d'un prince parfait, qui cède de tout son cœur à David la couronne, qui semblaît lui être destinée par sa naissance, et qui se tient plus heureux d'être l'ami d'un homme si grand et si saint, que d'être le fils et le successeur d'un souverain.

« Miphiboseth, son fils, imite parfaitement la modération et la générosité de son père; et il paraît plus grand dans son malheur, que les autres ne le sont dans le comble de leur gloire.

« Absalom est un redoutable exemple de ce que peut une ambition démesurée dans l'esprit d'un prince, qui avait d'ailleurs de très-grandes qualités. Et Dieu le punit d'une manière si effroyable, qu'il sera pour jamais un monument du profond respect que les enfants doivent à leurs pères.

« Job est un homme rare selon le monde; il sert David dans la bonne et dans la mauvaise fortune, avec une inviolable fidélité; il prend des villes, et il gagne des batailles, mais il ne travaille que pour sa propre grandeur; et il la

sontient en assassinant des princes et en en rendant redoutable à David même.

« Achitophel est un parfait politique. C'est le plus sage de tous les hommes; il est infailible dans ses conseils. Mais parce qu'il n'a pour règle que son ambition et son intérêt, et qu'il emploie toutes ses lumières pour favoriser la révolte d'un fils contre son roi, et contre le meilleur père qui fut jamais, Dieu se joue de sa sagesse; il fait retomber contre lui-même la malignité de ses desseins concertés avec tant d'artifice; et il périt malheureusement.

« Berzellai est un excellent modèle d'un homme zélé pour les intérêts de son roi et de l'état; il prodigue ses richesses pour secourir l'armée de David, qui se trouvait dans un extrême besoin. Et lorsque ce prince a pacifié toutes choses, et qu'il le conjure de venir avec lui à Jérusalem, pour jouir du fruit de sa victoire, à laquelle il a eu tant de part, ce vieillard illustre ne lui demande pour toute grâce, que la permission de vivre et de mourir dans la maison de ses pères, et il ne prend de lui d'autre récompense que la gloire de l'avoir servi.

« Dans les deux derniers livres des Rois, on verra aussi des événements qui peuvent être d'une grande instruction pour tous ceux qui s'appliqueront à les regarder avec les yeux de la foi; car, comme dit saint Grégoire, pape, il y a une différence très-grande entre l'écriture sainte et les autres choses dont le prix dépend en quelque façon de la manière dont les beaux esprits ont l'art de les relever, et de les rendre estimables. L'écriture sainte, au contraire, étant inspirée de Dieu, surpasse autant toute la pénétration des beaux esprits, que ces esprits, quelque grands qu'ils soient, sont eux-mêmes au-dessous de Dieu, et qu'ils ne sauraient rien découvrir dans cette élévation toute spirituelle des livres saints, que ce que celui qui les a inspirés à ceux qui les ont écrits daigne lui-même leur révéler.

« Il ne faut donc pas se contenter de lire ces événements comme historiques. Mais il faut encrever et chercher avec la lumière de la foi ce que l'Esprit-Saint, lorsqu'il les a fait écrire, a eu dessein principalement de nous y faire remarquer. Ainsi toutes les circonstances du sacre de Salomon, la construction si magnifique du temple de Jérusalem, la sagesse surnaturelle qui parut dans les premières années du règne heureux de ce prince, sa chute effroyable après de si beaux commencements; la division de son royaume après sa mort; l'idola-

trie et les excès des rois d'Israël; ce renversement général de la vraie Religion parmi un peuple que Dieu avait élevé et si magnifiquement protégé contre tous ses ennemis; l'innuité des remoutrances et des miracles des plus saints Prophètes, tels qu'étaient Elie et Elisée; et enfin la dure captivité, qui fut la juste punition du dernier endurcissement de ceux qui s'étaient glorifiés si long-temps d'avoir Dieu pour leur Seigneur, nous fourniront des sujets très-amplés pour faire plusieurs réflexions sur nous-mêmes, si nous avons soin d'élever un peu nos esprits pour envisager ce qu'il y a de spirituel et de moral dans tous ces faits historiques, et pour profiter de ces exemples des siècles passés, en faisant l'application de ce que nous y lisons à ce qui se passe en nous.

§ 6. De interpretibus librorum Regum.

« Ad litteram scripsit Questiones in libros Regum S. Hieronymus; sed de his meriti dubitat Bellarminus et alii, an sint S. Hieronymi, quia S. Hieronymus (lib. de Script. eccl.) testatur se scripsisse Traditiones sive questiones Hebraicas in Genesim, Luca hebraica et nomina Hebraica, sed de Traditionibus, sive questionibus Hebraicis in libros Regum nihil dicit; præterea in Questionibus Hebraicis in Genesim adscribit idem S. Hieronymus passim verba Hebraica; in Questionibus autem in libros Regum non nisi semel aut iterum id facit. Denique gravior videtur scriptio illa in Genesim, quam ista in libros Regum; sed conjunctum sic hoc opus, non magis refert. Questiones has esse S. Hieronymi pernegat Serarius; sunt tamen antiqui auctores. (Corn. à Lap.)

« Angelomus, écrivain du neuvième siècle, les cite quelquefois. Baban Maur, qui vivait au commencement du même siècle, vers l'an 920, les cite aussi, et dit que ces Traditions sont d'un auteur hébreu qui vivait alors, et qui était fort savant dans la loi; *Hebraei capitula modernis temporibus in scientiâ legis florentiâ capitula traditionem Hebraeorum habentia.* (Prelat. in lib. Regum.) Au reste, ces traditions sont peu considérables en elles-mêmes, mais il est toujours important de savoir les sentiments et les traditions des Juifs. Le P. Martianay remarque que l'écrivain de ces Traditions croyait en Jésus-Christ. C'était apparemment un Juif converti. (Calmet.)

« S. Augustinus scripsit librum ad Simplicianum, in quo quinque questiones ex libris Regum resolvit. Item in Canticum Annæ (lib. 17

de Civit. e. 4). Ad hæc in variis Regum locos sermones decem de Tempore, et priatum inter homillas 50.

« S. Eucherius ex monacho Lugdunensis episcopus, anno Domini 441, tempore Leonis primi, pontificis, et Theodosii Junioris imperatoris, scripsit in libros Regum, quem hæc elogio ornat Claudianus Manertus episcopus Viennensis illi cœteris (lib. de Statu animarum) :
 « Eucherius viridis ævi, maturi animi, terre desquens, cœli appetens, humilis spiritu, arduus merito, ingenio subtilissimus, scientiâ plenus, eloquio profusus, magnorum sui seculi pontificum longe maximus, etc. Verum, ut recte avvertit Bellarminus (de Script. eccl. in Eucherio) : « Hi commentarii nequeunt esse Eucherii, eo quod auctor sæpe S. Gregorium citat, et ad lineam expositionis libri primi Regum lectorem invitet ad Moralia S. Gregorii perlegenda; sanctus autem Gregorius plus centum annis fuerit Eucherio posterior. Fortasse qui hos libros Eucherio tribuerunt, ex eo permoti sunt, quod Gennadius testatur scripsisse Eucherium ad Solomonem et Uranium de obscuris sanctarum Scripturarum capitulis. »

« Porrò auctor horum Commentariorum videtur fuisse anglicus, et vixisse paulo post tempora S. Gregorii. Nam in tertio libro Commentariorum in libros Regum, c. 22, sic loquitur : « Nostris nuper temporibus, sanctus Gregorius Papa evangelicis roboratus eloquiis, romanam rexit Ecclesiam, et reverendissimi Patres, Augustinus, Paulus et alii socii eorum, jubente illo, venerunt in Britanniam, etc. Atque ab auctore multa iisdem penè verbis descripti Beda in suis Questionibus super libros Regum, unde doctores Lovanienses et Sixtus Senensis suspicantur hos Commentarios non esse Eucherii, sed Bedæ. »

« Venerabilis Beda, qui floruit anno Domini 750, scripsit Questiones in libros Regum, quæ incipiunt : *Post librum Judicum.* »

« Angelomus, Gallus monachus ordinis D. Benedicti, congregationis Lexoviensis, vir in divinis Scripturis nobilitate ingenium, jussu Drogonis episcopi Meldensis, filii Caroli Magni imperatoris, collegit à commentariis veterum Patrum opus in quatuor libros Regum. Claruit anno Domini 850. Porrò Angelomus primò sensum litteralem, deinde allegoricum prosequitur, idque ferè ex Questionibus D. Hieronymi in libros Regum. »

« Posterioribus seculis scripsere in hos libros

Lyrannus, Hugo, Tostatus, fuscè et exactè. Post hos Cajetanus, Vatablus, Mendosa, Serarius, (Corn. à Lap.)

« Origène a fait une longue homélie sur le commencement du premier livre des Rois. Théodoret et saint Grégoire-le-Grand ont aussi travaillé sur les livres des Rois.

« Outre le commentaire tiré des œuvres de ce saint Pape par saint Paton, son disciple, nous avons sur les livres des Rois un commentaire suivi qui porte son nom dans les éditions de ses ouvrages. Il y a toutefois sur cela quelques difficultés entre les savants, les uns l'attribuant tout entier à saint Grégoire, les autres soutenant qu'il n'est point de lui; mais le sentiment qui paraît le mieux soutenu, est que Claude, abbé de Classe et disciple de saint Grégoire, l'écrivit après quelques explications que ce saint Pape en avait faites en sa présence de vive voix, et conservant, autant qu'il lui fut possible, non seulement le sens et les pensées, mais aussi le tour de la phrase de saint Grégoire.

« Toutefois, ce saint docteur, quelques années après, se fit apporter tous les exemplaires de cet ouvrage qui se trouvaient au monastère de Classe, afin qu'à son loisir, il pût le retoucher, et le mettre en tel état qu'il lui parut convenir pour le sien. Mais on ne sait pas s'il exécuta ce dessein, et il n'a pu empêcher que les copies de ce livre ne se répandissent dans le monde. Voyez la préface qui est à la tête de ce commentaire : au reste, cet ouvrage est tout moral.

« Angelomus a composé des commentaires sur les livres des Rois imprimés à Rome en 1568, in-fol. seconde édition. Le père Le Long attribue cet ouvrage à Angelomus et à saint Eucher. Ces commentaires ne sont que des tissus de passages des Pères, et des explications mystiques et ligées selon la méthode de Raban Maur, maître d'Angoulême. Il y cite souvent les Traditions hébraïques sur les livres des Rois. Cet auteur était pieux et savant pour son siècle.

« Saint Ambroise a écrit deux apologies de David, et quatre livres intitulés : *De Interpretatione Job et David.* Il a aussi écrit sur Elie, Naboth et Achab, dans le premier tome de ses ouvrages de la nouvelle édition. Ce n'est autre chose qu'une morale édifiante selon sa manière d'interpréter l'écriture.

« Les Annotations de Hugues de St-Victor sur les livres des Rois, sont courtes et assez littérales; mais on sait qu'en ce temps-là, l'étude des langues et la critique n'étaient pas ce qui occupait les théologiens.

« Richard de St-Victor a donné une description du temple de Salomon, et une manière de concilier les années des rois de Juda et d'Israël, mais alors la chronologie sacrée n'était pas assez débrouillée pour pouvoir réussir comme il faut dans un tel ouvrage.

« On a imprimé à Paris en 1691 un ouvrage sous ce titre : *Concordia librorum Regum et Paralipomenon cum annotationibus et variis indicibus*, qui peut suffire pour concilier les variétés et les contrariétés apparentes des dates, qui se trouvent dans les Rois et dans les Paralipomènes. L'auteur est un ecclésiastique de Chartres ou plutôt de Rouen, selon le père Le Long, et se nomme Jean-Baptiste Lebrun des Manettes.

« Dans cet ouvrage, il n'a rien omis ni retranché du texte des quatre livres des Rois et des deux des Paralipomènes; celui qui contient le récit le moins étendu est en plus gros caractère; si bien que le lecteur peut reconnaître d'une même vue ce qui est des livres des Rois, et ce qui est de ceux des Paralipomènes; en quoi les livres s'accordent, et en quoi ils semblent ne se pas accorder.

23. Elicana son mari lui dit : Faites comme vous le jugerez à propos, et demeurez jusqu'à ce que vous ayez sevré l'enfant; je prie le Seigneur qu'il accomplisse sa parole sur vous et

minus verbum suum. Mansit ergo mulier, et lactavit filium suum donec amoveret eum a lacte.

24. Et adduxit eum secum postquam ablactaverat, in vitulis tribus et tribus modis farinae et amphorâ vini, et adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infans.

25. Et immolaverunt vitulum, et obtulerunt puerum Heli.

26. Et ait Anna : Obsecro, mi domine, vivit anima tua, domine : ego sum illa mulier quae steti coram te hic orans Dominum.

27. Pro puero isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam quam postulavi eum.

28. Idcirco et ego commodavi eum Domino cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adoraverunt ibi Dominum. Et oravit Anna, et ait :

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *ET FUIT (1) VIVUS ESSE DE RAMATHAIM SOPHIM DE MONTE EPHRAIM.* Quia in libro hoc primo multus futurus est de Samuele sermo, ideo, juxta aliarum historicarum auctorem, aut morem, de illius genere atque natalibus aliquid promissum oportuit. Quod ad genus attinet, fuit ex tribu Levi, ut ex lib. 1 Paralip. constat, cap. 6, v. 33, ubi illi fidem commemorantur parentes Samueles, quos hoc loco legimus. Natalis verò locus fuit in Ramathaim Sophim. Sed plane incertum est, ubi sit, aut quae civitas ista, ubi primo Samueles incunabula. Hebraice est *רַמְתַּיִם סוֹפִים*, emm ha Ramathaim, quod optime convertit Interpres, de Ramathaim. Ex quo non constat, an ibi Samueles parentes habitaverint, vel inde certè traherent genus suum, quasi non tam ibi orti quam inde oriundi. Ego utrumque credo: ille enim dicendi modus locum indicat, ubi quis natus et suum etiam domicilium habet. Sic David lib. 1 Reg. cap. 12, dicitur esse de Bethleem; sicut etiam Ruth, cap. 1, v. 1. *Ephraim*, quod perinde est, ac si diceretur, *Bethleemites* quo modo Hispanus.

(1) Textus hebraeus, Septuaginta, et Chaldaeus ferunt: *Et fuit vir natus*, quasi scilicet continuatio haec esset precedentis historiae. Librorum historicorum S. Scripturae plerique invicem persimili ratione conjuncti sunt, sine inscriptione, sine transiitione.

(Calmet.)

sur l'enfant. Anné demeura donc au logis, et nourrit son fils de son lait jusqu'à ce qu'elle l'eût sevré.

24. Lorsqu'elle l'eut sevré, elle prit avec elle trois veaux, trois boisseaux de farine et un vaisseau plein de vin, et amena son fils à Silo en la maison du Seigneur. Or l'enfant étoit encore tout petit, n'ayant que trois ans.

25. Ils le présentèrent à Héli, après avoir immolé un veau.

26. Et Anne lui dit : Il est vrai, mon seigneur, comme il l'est que vous vivez, que je suis cette femme que vous avez vue ici prier le Seigneur.

27. Je le suppliais de me donner cet enfant, et le Seigneur m'a accordé la demande que je lui ai faite avec promesse de le lui consacrer.

28. C'est pourquoi, l'ayant reçu de lui, je le lui remis entre les mains, afin qu'il soit à lui tant qu'il vivra. Ils adorèrent donc le Seigneur en ce lieu; et Anne, pénétrée de reconnaissance, fit sa prière en ces termes :

COMMENTARIUM.

quem Toletanum vocamus, eum esse dicit de Toledo. Est autem Ramathaim in duâ numeris; neque mihi dubium est, quin duæ fuerint ejusdem nominis civitates, quarum quaelibet diceretur *Ramah*, quae excelsum aliquid sonat, quia sita erat in sublimi loco: altera erat in monte Ephraim, ubi fuerunt prima nascentis Samueles incunabula, altera in tribu Benjamin, per quam existimantur transisse captivi, cum ex Hierosolymâ abducerentur Babylonem. De quibus dixit Jeremias cap. 51: *Vox in Ramah audita est, ploratus*, etc. Cum autem duæ istae civitates proximae essent, dualem sumpserunt terminationem, quasi propter vicinitatem in unum penè corpus coalescerint. Quomodo duæ civitates propter similitudinem vocatae fuerunt Oronaim, cum illarum quaelibet diceretur Oron, ut diximus in nostris Commentariis in Isaiam, ad illud cap. 15: *Et in via Oronaim, clamorem contritionis levabunt.* Et utem apud Hispanos oppida non pauca, quae in montium jugis sunt edificata, à montibus sibi nomen acceperunt, sic etiam civitates, quae excelsis insederunt locis, à situ apud Hebraeos *Ramah* vocatae sunt. Sanè Saligianus cap. 3. tit. 6, quinque dicit esse civitates, quae vocantur *Ramah*.

Sophim, hebraicè *סוֹפִים*, *apudam* significat, quare nomen adjectivum esse arbitror quia

duæ illae civitates, utpotè in praefato montium fastigio collocatae, longè lateque quid in circumfusis locis rerum fieret, speculabantur; aut certè, quia ibi excitatae fuerant speculatoriae turres, in quibus orbium, regionisque custodes ac vigiles perpetuas agerent excubias: Morabatur autem Elcana Samueles pater, non in duabus illis civitatibus, sed in illarum alterâ, quod et ipsa rerum natura postulat. Et cap. 1, v. 19, Elcana cum uxoribus redisse dicitur in domum suam in Ramatha: ubi singularis ponitur numerus. Sed cur historicus sacer dualem adhibuit numerum? Sanè non praeter consuetudinem. Est enim usitatum apud Hebraeos, ut pluralis numerus pro uno aliquo illorum adhibeatur, quos pluralis illa terminatio complectitur. Quam regulam tradidit in suis Institutionibus Pagninus, lib. 4, cap. 15; psal. 1, v. 5: *Quod plantatum est secus rivulos aquarum* (sic enim ille legit), id est, secus unum è rivulis. Et Judicum 12, ubi Vulgatus de Jephthe: *Et sepultus est in civitate sua Galaad*, hebraicè est, in civitatibus, id est, in unâ civitate. Plura adducit exempla Pagninus, quae tu vide, et in illis hoc nostrum de Ramathaim Sophim. Juxta hæc hunc ego locum sic accipio, habitasse quidem Elcanam in unâ duarum civitatum, quae dicebantur *Ramah*, seu *Ramatha*, ubi aut viginti erant custodiae, aut speculares turres. Sed quia dubium esse poterat, in utrâ illarum civitatum suum sibi domicilium statuisset Elcana, ideo additum est, *de monte Ephraim*, ut ab illâ aliâ distingueretur, quae esset in Benjamin, quod potius reor: nam esse alteram *Ramah* in tribu Benjamin, docet Hieronymus in Locis hebraicis, aut in tribu Juda: nam tres istae familiae communibus se finibus attingebant.

Illud hic observandum, eandem civitatem appellari tam *Ramah*, quam *Ramatha*, ut voluit interpretum plerique. Quod si ita est, facile intelliguntur, quae supra à nobis dicta sunt. Sin autem *Ramatha* urbem dicamus esse diversam, dicamus etiam necesse est, duas esse eodem notatas nomine civitates, quae situ distinguantur, quarum quae in monte visitur Ephraim, natae fuit solum Samueles. Haec porrò *Ramatha* quidam illam esse putant civitatem, quae extremis hebraicis republicae temporibus appellata fuit *Armathia*, cujus civis fuit ille Josephus, qui Christum Dominum è cruce rexit.

Hæc porrò civitas sacerdotalis (1) esse videtur (1) Cessisse *Ramah* Levitis suspicari legimus;

tur; aliter in eâ non habitasset Elcana, qui ex familiâ Leviticâ propagatus fuit. Levitas autem nullum habuisset funiculum, quæ sortem in terrâ promissionis, sed esse familiis aliis undecim permixtam, res est nota, et constat ex Num. cap. 35, v. 2, et Josue 21. Quare quidam non bene colligunt, Ephraimitam esse genere Samuelem, quia in Ephraimitico solo natus est, in quibus est Gregorius. Dicitur autem Elcana Ephraetæus, id est, Ephraimita, non quòd genus ducat ex Ephraim, nam esse ex tribu Levi speret dicitur lib. 1 Paral. cap. 8, v. 33, sed quia in civitate, quæ in tribu Ephraim pro Levitis assignata fuit, natus et educatus est; quomodò in Actis apostolicis saepe Judæi appellantur Græci, Cretes, Arabes, etc., eâ tantum de causâ, quia in Græciâ, Arabiâ, Cretâ, suum sibi domicilium habuerant. Ephraetæum porrò eundem esse, qui Ephraimita, satis docet Septuaginta translatio, quæ pro *Ephraetæo Ephraim*, posuit, sicut proximè dixerat: *de monte Ephraim*, et clarior Judicum 12, ubi ad vada Jordanis, qui ex tribu erant Ephraim, seditionemque moverant contra Jephthe, rogabantur, an essent Ephraetæi, id est, Ephraimitæ.

VERS. 2. — *ET HABUIT QUAS UXORES, NOMEN UNI ANNA, ET NOMEN SECUNDE PHENIXA.* Quomodo superioribus seculis permixta fuerit polygamia, diximus pluribus in nostris Commentariis super Cantica, et probant sanctorum virorum exempla, ut Abraham, Jacob, David, qui nunquam multis se conjugis implicuissent, nisi id foret à lege permissum. Est au-

quantum incolis habebat Levitas posterus Sophi, vel Suph, vel Sophi, è genere Gath: hinc nomen urbi inditum *Ramath Sophim*, seu filiorum Soph. Aegre divinamus, quâ ratione et causâ ea Levitarum familia illic migraverit. Totam illam regionem appellatam *Ramath* fuisse terram Suph, infra patebit. Vite suæ annos plerosque egit Samuel in Ramatha: ex quo scilicet Judæi Israelis remuneratus fuit. Licet Domini obsequio matris religione consecratus, minime tamen idcirco sedem habere perpetuam debebat in Silo, unde alio acclius est à munere, quod sibi imperatum à Deo gerebat. Plures erant in Judæâ urbes *Rama*, vel *Ramatha* appellatae. Urbs hujus situs, teste Scripturâ, in montibus Ephraim constitutus, argumentò esse potest, aliam fuisse urbem quæ à geographis ponitur inter Lyddam et Jerosolymam, in viâ ex Joppa Jerosolymam Ramatha Sana, in viâ ex Joppa Jerosolymam collocanda est. Occurrit hodiè pariter inter Gubam et Bethel in viâ è Samarâ Jerosolymam urbs *Rama*, cujus nomen in historiâ maxime celebratur, quam Samueles patriam agnoscendam esse minime ambigens affirmo. (Calmet.)

tem satis verisimile, Ideo Elecanam accepisse Phenennam, secundarium nimirum, et quasi proleptiarum uxorem, quia Annam, quae mater erat familiaris, iam longo usu sterilem esse cognoverat. Quare sicut Abraham, uxore non invitâ, cui jam desierant heri muliebria, Agar superinduxit ancillam, quae quod filium conceperat Ismaelem, dominam suam Sarâm, eò quòd infecundam haberet vulvam, despectui habuit, sic etiã Elecanâ Phenennam duxit, non tam familiae reipue domesticae, quam tori sociam, quia ex Annâ parvulam se fore non sperabat. De hac uxorem multitudine disputare longius, non est interpretis negotium; consulendi sunt scholastici in 4. d. 53, ubi omnes penè licitam olim fuisse polygamiam affirmant, ubi illorum plurimi divinam dispensationem agnoscunt. Quoniam hæc de re hoc loco Abulensis informat; illam tu vide (1).

VERS. 5. — ET ASCENDEBAT VIR ILLE DE CIVITATE SUI STATUTIS DIEBUS, ET AGORARET ET SACRIFICABAT DOMINO EXERCITUM (2) IN SILO. Tria tempora constituta erant, quae pietatis ergo Israeliticum genus ex suis domibus ad templum advocabant. In quibus Deus sic peregrinantium rebus et commodis consulebat, sic desertas domos et urbes tuebatur, ut nunquam magis essent ab hoste securae, quam cum abentibus viris, ab omni humano praesidio deserta viderentur. Quod ut Deus promissit, sic etiã tribus illis festis religiosum et obsequentem populum praesitit incolentem. Sic autem Deus Exod. 54. *Tribus temporibus anni apparuit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Dei Israel. Cùm enim tulerit gentes à facie tua, et dilataverit terminus tuus, nullus insidiabitur tibi: tunc accedent te, et apparente*

(1) Allegoria Phenenna fecunda significat Synagoga Judaeorum, quae olim filibus filii abundabat. Anna sterilis significat Ecclesiam gentium, quae olim sterili erat, sed per Christum omnes gentes Deo peperit. Ita S. Gregor. Rupert. Hugo, Beda, Lyrân. et Dionys.

Symbolicè, Anna significat vitam contemplativam Deo gratiam, Phenenna vitam activam proximis utilitatem. Ita S. Gregor. Hugo, et Dionys. Utamque enim complexi debet Elecana, id est, vir eximius, possidens Deum. (Cor. à Lap.)

(2) Hic primùm occurrit nomen, *Jehovah Sabaoth*, vel Dominus exercituum: quod Castallo reddidit *Jehovah Belipotes*, Maluerim ego, vulgarè interpretationem aequens, exponere de exercitibus caeli, de angelis vel astris, quibus imperat Dominus; vel de exercitibus Israelis, quorum ille princeps erat ac imperator. Ex hoc *Jehovah Sabaoth* expresserunt profani suum illum *Jovem Sabazium*. (Calmet.)

in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Tria verò festa numerantur Deuter. 16, v. 16: *Tribus vicibus per annum apparbit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit; in solemnitate Azyrnorum; et in solemnitate Hebbomadaram* (hoc est, Pentecoste) et in solemnitate Tabernaculorum (1).

Illis ergo diebus à lege constitutis vir religiosus ac pius Elecana, sic obibat templum sedulo atque constanter, ut nullum intermitteret diem à lege constitutum. Id enim significat ille dicendi modus Hebraeis familiaris, pro quo Vulgatus reddidit, *statutis diebus*. Sic autem ubi hebraice *nyamim iammah*, id est, de die in diem, diebus nempe singulis, nullo videlicet onisso. Quod locro poterat non difficile, cùm à moenibus Ephraim, ubi erat Ramatha, non procul abesset Silo ubi tunc erat arca. An verò temporibus aliis suam secum adduxerit familiam, seu constat; hoc tamen tempore, de quo nobis commentatio praesens, disputandum non est, cùm aperte id habeamus à textu, qui docet Elecanam cum duobus uxoriis ac filiis, filiisque stielis ad tabernaculum, et ibi de more sumpsisse cibos. Quod item fecit secundò, ut habes statim v. 21.

Dicitur autem ascendisse Elecana in Silo, ubi tunc erat tabernaculum; cùm tamen postea descendisse dicere debeerit; cùm Ramath, sive Ramatha, juxta sui nominis notationem, in loco sita sit sublimi, unde late in regiones alias patet prospectus. Vel quia Silo, quò tum progressum Elecana mollebat, locus erat excellentis et multò magis quam Ramatha: et hoc mihi certius. Sic Adrichomius in descriptione tribus Ephraim, num. 95; Silo, inquit, *mons altissimus est omnium in circuitu Jerusalem; atque adeò supereminet universis terrae sanctae montibus*. Aut quia verbum tam secundo quam descendisse, ex proprietate sermonis hebraici, idem est quod venio, ut docuimus in nostris Commentariis in Jeremiam ad illud cap. 23: *Descende in domum regis Auda*.

Fuit porro tabernaculum cum arca in Silo, quae ad sortem Ephraimideam pertinebat, à tempore Josue, qui cùm esset Ephraimita in

(1) Porro viris tantummodo id imperatur in lege; sed pluribus exemplis demonstratur, feminis pariter et pueris permissum fuisse ut venirent, eosque hujusmodi religioni non de-fuisse. Elecana omnem familiam secum duxit, uxores geminas, et filios Phenennae. Invenere videtur alieni Moyses, ipsos utrosque sexus servos (Hebraeos) eò pariter convenisse, sed praecipuum nullum datum erat feminis, pueris et servis. (Calmet.)

Ephraimitide terrâ eximium illud sacrum esse voluit, usque ad tempus Heli, quando capta fuit à Philisthaeis arca, per annos ferme trecentos sexaginta. Quomodo verò inde translata, et quomodo in aliis locis haeserit, antequàm sedem in Salomonis templo stabilem haberet, alio in loco commodius adducemus.

Ascendebat autem ad tabernaculum Elecana, neque apparere voluit vacuus in conspectu Domini, quod multis locis Deus ipse praeceperat. Quare sic adorare voluit, ut etiã manus sacrificiis ac donis oneratas attulerit. Neque hoc faciebat vir ille religiosus et prudens sine causa: nam cùm aliquid à Deo impetrare studeret, prudentis putabat esse consilii afferre aliquid, seu referre potius Deo, quod ab ejsus accepisset liberali manu. Extat eà de re Chrysostomi homilia 1 in 2 ad Timoth. gravis exhortatio: *Non apparebis*, inquit ex Exod. 23, *coram Domino vacuus. Jubebis ista dicere tibi, quòd magis nobis? Idcirco namque pauperes ante fores stant, ut nemo vacuus ingrediatur, ut misericordiam comite securus introeat. Intras, ut misericordiam consequaris, prior ipse miserere; qui autem posterior venit, amplius dat. Nam cùm copiamus nos, secundum amplius ponit. Fac tibi et debitorum Deum, et ita demum illum exige.*

ERANT AUTEM IBI DEO FILII HELI, OPERARI ET PUMAS, SACERDOTES DOMINI. De horum sacerdotum corruptissimis moribus, videtur in omnem impudentiam vesaniamque projecta, dicimus suo loco commodius. Cur verò nunc ante sumum tempus nominentur, et videtur esse ratio, ut magis appareat Elecanae constantis fidelis religio, cùm duorum sacerdotum inurbana atque inverecunda intemperie, dicimus plurimos à templo, reque sacrificii deterrebat, non modò non sit ab eo quod lege tantum erat deprelus, sed etiã aliquid adderet sponte, ad quòd religione ac lege nullâ ratione cogebatur. Masculus tantum religio diebus certis ad templum advocabat; sed eo tempore, quo minus sanctè sancta tractabantur, uxores secum et filios et ex sua familiâ plures adducebat; et cùm sciret quid in sacrificiis et victimis impuri illi atque seolesti sacerdotes auderent, ipse tamen nihil quàm misera minus sacrificabat.

Querere hic non nemo, cur eum hi duo non tam religiose custodes et sacrorum antistites, quàm omnis sanctitatis hostes et pestes, vocentur tamen sacerdotes Dei, quasi divina curarent religio ac piè, cùm tamen postea dicantur filii Belial, id est, qui legis jugum aut

subierant nunquam, aat cùm admisissent aliquando, è suis cervicibus excusserunt. — Respondet Gregorius, sacerdotes ab illis diis sibi nomen assumere, quibus religiosum exhibent cultum et obsequium; quomodo apud gentes Flamines diales illi vocantur, qui Jovi, Cereales, qui Cerei, Balli, qui Herculi, Corybantes qui Cybelli sacrificant. Sic sacerdotes dicuntur Bel, Danielis cap. ultimo; Baal, 4 Reg. 11, v. 18; Dagon, 4 Reg. 5, v. 5; Melchon, Jeremia cap. 40; Chamos, idem esp. 48. Ad hunc ergo modum duo hi filii Heli, licet profligatae vitae pessimo exemplo, non tam religionem et cultum veri Dei alant et foveant, quam evitant et reverè filii vocentur Belial, dicuntur tamen Dei sacerdotes, quia templum obeunt ubi verus cultus Deus, et ad illius aram utuntur sacrificant: « Cùm dicuntur sacerdotum res Domini, ait Gregorius, per insignia fidei eò simulacrorum cultoribus discernantur. Sic enim verbis eorum fides, et non vita praedicatur, quia et pravitate exercebant operis, sed non errabant in fide conditoris. » Idem pene Abulensis in hoc cap. q. 10.

VERS. 4. — VENIT ERGO DIES, ET IMOLAVIT ELECANÀ, DEDITQUE PHENENNÆ EXORII SUE, ET CUNCTIS FILIIS EJUS ET VILLARIS PARTES. Quis sit iste dies, non constat; fuit autem unus ex illis tribus, in quibus lex undecunquæ masculos ad tabernaculum advocabat. Immolavit autem Elecana de more, et ex eo quod ad offerentem ex sacrificii ritu pertinebat, partes inter uxores et filios, quique ex illius familiâ censebantur, distribuit. Cùm verò soboles et quasi familia Phenennae esset copiosa, necesse erat ut magnam victimarum partem pro capiti numero sibi vindicaret; ad Annam verò una pars è nullis mittebatur, quae res, cùm amulae praeterea sine contemptu accederet, magno illi dolori atque pudori fuit.

Hic nobis aliquid accuratius observandum: Primum, hanc victimam, quam immolasse dicitur Elecana, non fuisse holocaustum, quia hoc totum Deo consecratur et debetur; unde etiã fit, ut totum ab igne consumatur: neque pro praecito, quia illam totam eis lege sacerdotibus assumunt. Fuit ergo hostia pacifica, cujus bona pars ad offerentem post immolationem redibat; Deus enim ex illâ victimâ vindicabat adipem; sacerdos arum et peccatum; quidquid erat reliquum, in usum et cibum (1).

(1) Et in religiosa convivia ad quae Deus saepe adeò vocari jubet Levitam, egerum, viduam et orphanum. (Calmet.)

cedebat offerentium. Vide Levit. cap. 5 et cap. 7, et Abulensem hic q. 11. Ad partem porro suam, qui spontaneam et pacificam victimam offereret, non solum familiares et domesticos, sed etiam alios, quoscumque vellet, advocare poterat. Ita habes Dent. cap. 12, v. 12, et cap. 16, v. 12: *Oblationem spontaneam manūs tuæ, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui, et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu et filius tuus, et filia tua, et servus tuus, et ancilla tua, etc. in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.* Hinc constat, quomodo Eleana cum familiā totā, immolatis victimis, spontaneis videlicet, atque pacificis, vesci poterit, idque in loco sacro.

Deinde explorandum, quid portium significetur nomine, quas uxoris suis ac filijs largitus est Eleana. Hieronymus in Traditionibus hebraicis super lib. Regum, ait, in partibus vestes interligi, nempe puras, quales et tabernaculi majestas, et sacrificiorum religio postulat. Quanta porro mundities sacrificantes, aut sacris quoque operantes deceret, diximus in nostris Commentariis in Ezechielem ad illud cap. 44: *Et non accingatur in sudore.* Quod etiam observasse in re sacrificali gentiles, docet multis Alexander Neapolitanus, et apud illum Tiraquelus, lib. 4 Genial. cap. 17. Sed est communis illa sententia, quæ hic in partibus portionem intelligit, quam singulis ex immolata pacificā victimā tribuebat Eleana illius tantæ familiæ pater et dominus. Neque hic usus rarus tam apud sacros quam apud profanos scriptores. De profanis est illud Suetonii de Caligulā: *Quæ epulatione equit Romano contra se hilarius avidisque vescenti cæpartes suas misit.* Apud sacros pars in eā significatione capitis occurrit. Psal. 10: *Ignis et sulphur, spiritus procellarum, pars culicis eorum.* Estræ 2, cap. 8: *Comedit pinguis et bibit mulsus;* et *mittite partes his qui non preparaverunt sibi.*

VERS. 5. — ANNE AUTEM DEDIT PARTEM UNAM, TRISTIS, QUIA ANNAM DILIGEBAT. Ubi Vulgatus *tristis, hebraicè est apaim.* Quæ vox facies aut furoris, seu tristitias valet. Sed quia in homine facies est pars omnium honestissima, fit, opinor, ut pars, seu portio, quæ datæ est Annæ, esset omnium electissima atque optima. Sic sanè mercatores, quod optimum est atque speciosissimum in mercibus, coram statuant, ut emptorium capiat oculos; quod dici posset *mercimonium facierum*, quia mercium est quasi quædam facies, et illarum prims commedatio.

Sic sanè reddidit Rabbi David, qui partem vocat *honorabilem*; et Chaldeeus, qui *electam*.

Alii qui in *apaim*, *furorem* et *tristitiam* intelligunt, datam esse partem unam dicunt ab Eleana, tristi, quia tristem videbat Annam, quam diligebat, neque datis pluribus partibus sicut Phœnna, illius poterat angorem levare. Quæ explicatio nostrò placuit interpreti, qui omnino alius preferenda est. Quod verò *ira*, quod præcipue sonat *apaim*, sumatur pro *tristitia*, sicut contra sæpè *tristitia* pro *iracundia*, res est satis nota. Neque alio fortassis sensu dixit Jonas, cap. 4, se meritò vehementer frasci, cum hedera, ex quā sibi paratum viderat umbraculum, exaruit. Quem Jonas affectum statim Dominus explicuit, cum dixit: *Tu dolens super hederam, in quā non laborasti, etc.*

Hieronymus, aut quicumque est auctor Traditionum hebraicarum, datam esse dicit Annæ dupplicem portionem in illo convivio, quia illam diligebat, et idèd in epularum distributione illam reliquis prælatam et liberalius acceptam esse voluit. Quod ex nomine *PHENNA*, sumpsisse potuit fundamentum quod formam habet numeri dualis. Quasi dicas, dedit illi portionem duarum facierum, vel duas partes portionis; ad utrumque etenim sensum patet textus hebraicus; *facies* porro idem interdum valet, quod res cujus est facies. Unde sæpè audimus *faciem gladii, faciem frigoris, faciem arcis, pro gladio, frigore, arcu.* Quare pars, seu portio duarum facierum, seu due facies portionis, idem erunt quod portiones due, aut una duplex, quæ duarum instar habeat et pondus. Simile aliquid fecisse dicitur Joseph, Gen. 44, v. 54, ubi pars in epulis data Benjamin quincuplo dicitur esse major partibus, quas à Joseph reliqui fratres acceperunt (1).

DOMINUS AUTEM CONCLUSERAT VELVAM EIUS. Hic loquendi modus in Scripturâ sacrâ frequens

(1) Novam quamdam conjecturam subjicit Grolius, reddens datam Annæ *maxillam unam victimam*, cum altera sacerdoti cecisset; quasi scilicet innat littera: *Dedit unam partem faciei suæ.* Sed quoniam Scripturæ testimonio doceatur, sacerdotes pro suo jure hostiæ maxillam sibi vindicasse? Legimus in Hebræo capitis 18, 3, Deuteronomii, sacerdotum partes fuisse *brachium, et maxillam, et ventriculum fœm et ovis, quæ immolabantur.* Quamvis autem fateremur, dicta hæc accipi oportere de consuetis sacrificiis, non obscuro tamen exprimit textus, utramque maxillam, vel si maxis, mandibulam, fuisse sacerdotis, nullisque argumentis demonstrabitur, alteram ex illis in potestatem illius venisse, qui victimam dabat. Adde, *facies* nullibi maxillas significare.

(Calmet.)

est, quod significatur infœcundæ vulvæ dura necessitas. Sic de se Sara, Genes. 16: *Concluserit me Dominus, ne parerem.* Et Gen. 22: *Oravit Abraham sanavit Deus Abimelech et uxorem, ancillasque ejus, et pepererunt; concluserat enim Deus omnem vulvam domus Abimelech.* Quæ loquendi forma omnino indicat vim omnem fecunditatis à Deo provenire, qui clavam secum habet naturæ, quæ infœcunda est, et rerum omnium egea, cum claudit, quando verò aperit, rebus omnibus ad humana comoda necessariis abundat. Clausa videtur rigente hyemē agrorum vulva, et in terræ visceribus extincta, aut compressa fecunditas; cum tamen incante vere cælum intepuit, aperit Dominus terræ vulvam et ubera, atque felici partu mundum exhilarat atque implet. Unde ortum est, ut terra in illo hyemali statu clausa, aut certè tempus aperiri dicatur. Vide in hanc sententiam plura in nostris Commentariis super Isaiam, ad illud cap. 45: *Aperiat terra, et germinet Salvatorem.* Hanc Dei in naturâ moderantia potentiam explicuit optimè sub eadem metaphora Chrysostomus, homil. 38 super Genesim ad illa verba Saræ, de quibus nuper: *Ecce concluserit me Dominus, ne parerem.* Vide prudentem animam, inquit, et quomodo nihil asperum loquitur, nec suam deplorat sterilitatem; sed solum hoc nobis declarare vult, quod naturæ Domino et optime sic hoc adscribens, fortiter et leniter ferat, et malens quod Deo placebat, quam quod ipsa concupisceret; et hoc unum spectans, ut et virum soletur. *Quoniam*, inquit, *Dominus me conclusit, ut ne parerem.* Quanta hujus verbi emphasis est! quam ineffabilem ostendit Dei potentiam et providentiam! Quasi diceret: Sicut nos aperimus et claudimus domos, ita et Dominus in naturâ operatur, et suo præcepto claudit; et iterum quando vult, aperit et ejus jubet naturam, quod suum est, operari.

VERS. 6. — AFFLIGEBAT QUOQUE EAM ANIMULA EIUS (1). Accedebat ad dolorem ex diuturnâ sterilitate conceptum, æmulo hoc ipsum exprobrantis injuria, quod fuisse assiduum et penè familiare convictum, ex hoc loco non obscure liquet, sicut etiam singulis annis utramque uxorem cum familiâ totâ ad tabernaculum

(1) Hebræus: *Et adversaria (inimica) ejus irritabat eam, ita ut frenare faceret eam, quia Dominus concluserat vulvam; vel potius: Angustiabat, ut murmurare eam faceret; vel, ut queri cogeret, obloqui, ægere terre. Septuaginta: Irritabat eam annula ejus, quia illam despiciat.*

(Calmet.)

ascendisse. Ubi hoc habebat Phœnna promptum, et quasi legitimum approbrium, quo lacerasset Annam, quod infœcunda esset, et ad humanum genus prostratis inutilis. Sumebat autem occasionem ex partibus quas ex immolatis hostijs ipsa pro se ac liberis copiosas acceperat; cum tamen ad Annam, utpote solitariam, pars una tantum perveniret. Quam ignominiam et maxime ab æmulâ toties iteratam, cum femina honesta et nobilis sustinere non posset, secum ipsa tacite concoquebat, et interdum sperè probebat lacrymando (1).

VERS. 7. — ET NON CAPIEBAT CIMEM. Fortè id accidit, quoties statuit à lege temporibus ad tabernaculum tota Eleanz domus ascendebat, quia eadem erat alius etiam dicitur causa quæ lacrymas exenteret, et ciborum omnium non solum fastidium, sed odium moveret, cum ex magnis victimis lautique mensis vix ad se parum admodum exigua periret. Sed credo, utpote que de reliquo tempore consideres, hic tantum agi de extremæ profœctione, quam exors sobolis Anna, et ignominie plena in tabernaculum instituit; quod exadent non difficilè ea quæ proxime sequuntur.

VERS. 8. — NUMQUID NON EGO MELIOR TIBI SIM, QUAM BEMEM FILII? Consolatur Eleana uxorem cæ ratione, quæ vulgo hominum existimatur gravissima. Illa enim femina fortunata creditor, quæ virum habet honestum et nobilem, sui amantem, et quocum illi benè con-

(1) Phœnna était glorieuse comme étaient les Juifs qui se glorifiaient de leurs bonnes œuvres, s'imaginant qu'ils observeraient par leur propre force les commandemens de Dieu, lorsqu'ils par les enfans de Phœnna. C'est pourquoi ils ont insulté à l'Eglise assidue qu'elle a paru, parce qu'ils ne reconnaissent nullement la grâce que signifie le nom d'Anne, qui est comme l'essence et le cœur de la loi nouvelle; et que s'imaginant que leur volonté seule leur suffisait pour les rendre justes, ils croyaient qu'il était en leur pouvoir de se rendre en quelque sorte les pères de leur vertu, et les principes de cette sainteté que Dieu leur a demandée quand il leur a dit: *Soyez saints, comme je suis saint.*

L'Eglise, au contraire, dont Anne était la figure, reconnaît, à l'exemple de cette sainte femme, et déplore sa stérilité. Elle sait qu'elle ne peut par elle-même ni former une seule bonne pensée, ni concevoir un saint désir. C'est pourquoi elle s'adresse à Dieu avec beaucoup de larmes, étant persuadée qu'il n'appartient qu'à lui seul de la remplir de son esprit pour la rendre ensuite féconde en des œuvres d'une vertu et d'une piété véritable: *Dei misericordia incorporeo si dici potest amplecti, dit saint Augustin, anima veris impletur fecundaturque virtutibus.*

(Sacy.)

venit, qualis sine dubio fuit Elcana. Et quemadmodum ille infertatus existimatur, et solus, qui patre orbatus est, licet rebus aliis et commodis abundet, sic etiam illa quæ, licet egregia sit nobilitate sobole, à viro tamen, id est, ab altera sui parte spoliata est. Quare miseri, et qui aliorum injuriis sunt expositi, viduarum aut orphanorum nomine significatur. Hinc argumentum sumit Elcana, ut probet non esse, cur se vivente ac sospite, tantopere se filiorum desiderio dandiciat, cui pro mille filiis quamcumque operam atque officium præstabit. Tradunt Hebræi, ut refert hic Lyra, decem ex Phenennâ natos esse filios, quibus in circuitu mense illius genialis sive erat circumdata, sicut oliva succrescentium novellarum sylvæ circumfunditur. Cum vero Anna instar aridi ligni se ipsam videret à prole vacuum, suam non solum tacite, sed etiam aperte vicem lamentabatur. At ergo Elcana, juxta hanc Hebræorum traditionem, meliorem esse se decem filiis, quos Phenenna genuerat, hæque tan usui fatores Phenennæ decem filios, aut etiam Annæ, si totidem esset caeca, quam ipse, qui uxorem amabat valde, et de illius commoditate ac usu non minus laborabat, quam si numerum esse illa prolem suscepisset. Sed dicendum est omnino, his decem ex frequenti Scripturæ consuetudine sumi pro multis, neque alium esse sensum, quam viram apud uxorem multorum filiorum instar obtinere.

VERS. 9. — SURREXIT AUTEM ANNA, POSTquam conseruatur, ET ELEGIT IN SIFO. Obsecuta est Anna conjugis voluntati ac iuribus, qui in summo etiam dolore ciborumque fastidio repugnare, scelus arbitrabatur. Comedit autem in Sifo, in domo vicinâ, aut certe non longè ab ostio tabernaculi. Nam, ut habes Deuter. cap. 16, et cap. 22, spontanea, seu pacifice victima, quales immolasse existimatur Elcana, in conspectu Domini sumebatur. Surrexit ergo e convivio loco, postquam vii suam modicum aliquid, ut est verisimile, gustaverat, ut orationis gratiâ ad tabernaculum accederet.

ET HELI EXERCITE SEDENTE SUPER SELLAM ANTE PORTAS TEMPLI (1) DOMINI, HELI summus erat sacerdos, tum prætorum iudex in Israel.

(1) Sedit Heli facile extra et præ fortibus atrii, neque Annæ interitus quam ad primum illum portam processerat, ut oraret. Quin et ignoro, an feminis datum esset, ut ulterius intra tabernaculi atrium ferrentur. Porro nomen tempore datur hic tabernaculo Sifo, quamquam nullum ibi erat edicium, nisi forte septum murorum loco aserum, quos Moyses constituerat. Historiæ hujus auctor spectavit

qui sacra profanaque curaret, et tam de sacris quam publicis aliis controversiis responderet. Quære locum elegit publicum et communem, in quem frequens erat hominum concursus, ut cum minori populi molestiâ et adiri posset, et consensuum stadiis ac dubiis satisfacere. Sedit autem ante ipsius tabernaculi postes, nempe in vestibulo, ubi iudicariis erat thronus, aut pontificia sella, quæ ultrò ingreditibus tabernaculum pontificem offerret (1).

etatis suæ mores, cum scilicet jam templum stabat; vel loquendi tropum vulgarem usurpavit, quo tentorium, domus appellatur, et tentorium regis, regia domus dicitur: ubi Deus colitur, ibi ejus templum est. In hunc sensum Jacob dedit Bethel nomen domus vel templi Domini, et porte caeli. Persimilis pharsis crebris sunt, et præsertim in Psalmis Davidicis exempla, ubi appellatur templum, et, domus Dei, et, mons sanctus, mons ille Sion, ubi consistebat arca et tabernaculum, quamquam nullum ibi adhuc templum excitatum erat. Jesus Christus appellat domum Dei tabernaculum illud Sifo, ex quo David accepit panes propositionis, et enses Goliath. (Calmet.)

(1) *Com esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, Heli largider.* La manière dont cette sainte femme prie est un excellent modèle de la prière. Dieu donne des desirs et des paroles à ceux à qui il a résolu d'accorder ce qu'ils lui demandent; et l'ardeur avec laquelle lui le prie est déjà un effet de la grâce qu'il leur doit faire. Si une femme a prié avec tant d'instance, dit saint Grégoire, pour obtenir de Dieu qu'il la rendit mère, comment le devons-nous prier, nous qui lui demandons qu'il nous rende dignes d'être ses enfants? On peut remarquer dans la prière de cette sainte, les principales qualités qui doivent rendre la nôtre agréable à Dieu. Premièrement, sa prière est humble. Elle s'appelle par trois fois la servante, ou l'esclave de Dieu. Elle le conjure de daigner la regarder et se souvenir d'elle, et elle se repand devant lui dans l'amertume de son cœur. Souvent lorsqu'on est affligé, ou l'on murmure, ou l'on tombe dans l'abattement et dans le trouble, et on ne pense qu'à chercher des soulagemens humains. Cette sainte, au contraire, nous apprend que plus on souffre, plus on doit s'humilier; et que moins on a de secours de la part des hommes, plus on en doit chercher en Dieu, et attendre de lui seul, ou la fin, ou l'adoucissement de nos maux.

Secondement, sa prière est accompagnée du jeûne et de la miséricorde, qui sont les deux ailes avec lesquelles elle monte au ciel, comme dit saint Augustin. Car il est marqué apparaissant, qu'elle n'avait pas voulu manger, et avait observé en silence les reproches de Phenenna, elle avait fait par avance ce que Isaccharus nous a depuis ordonné de faire, qui est d'être doux envers les autres, vû que Dieu le soit envers nous.

Troisièmement, sa prière est fervente et spirituelle. Elle veut être à Dieu pleinement et parfaitement. Elle lui demande non une fille, mais un fils, selon virilem: comme l'Eglise est

VERS. 11. — ET VOXIM VOXIT (1) DICENS: DOMINE EXERCITUM. Magnum orationi suæ pondus addiderat Anna, dum ad preces addidit lacrymas; sed addit multo gravior, dum non tam orat, quod suo, quam quod ipsius Dei futurum sit usui consecratum; si enim prolem à Deo masculam acceperit, illam se sacro ministerio consecratam esse promittit; ita ut non tam in paternâ domo parentis vois, quam in templo divinæ voluntati serviat. Est autem honesta postulatio, quæ id orat, quod in largitoris gloriam et obsequium convertendum est totum.

DETERISSE SERVIRE TUÆ SEXUM VIRILEM; DABO EUM DOMINO OMNIBUS DIEBUS VITÆ EUS, ET NOVACULA (2) NON ASCENDIT SUPER CAPUT EUS. Nollus hic de feminâ sobole sermo, vel oratio, non quia talem Anna non admitteret, cum vehementer horreret infœcundæ nomen; sed quia de voto et consecratione foetis cogitabat. Femina autem apta non erat templi ministerio, licet in Nazaraïs numerari posset, ut Numer. cap. 6 constat. Sed majus aliquid cogitabat Anna, quod præstari non posset à femineo sexu. Erat quidem Levita Samuel, atque idem addidit erit templi ministerio, ut comparare dans l'Evangile à une femme qui après avoir souffert de grandes douleurs se console lorsqu'elle a enfanté un fils, elle veut servir Dieu avec un cœur mâle, et un amour purifié; munera charitas, comme disent les saints. (Sacy.)

(1) VOXIM VOXIT; cæ lege, si Elcana assentiretur, quo inscio, nullum ab eâ nuncupatum votum exipere potuisset. Nec de viro magis quam par erat, sibi pollicebatur, rata non defuturam ut obscundaret promissioni suæ, quæ non viro minus quam sibi conducebat. (Calmet.)

(2) DABO EUM DOMINO OMNIBUS DIEBUS VITÆ EUS, ET NOVACULA NON ASCENDIT SUPER CAPUT EUS. Novacula usus apud Hebræos nullis argumentis facile demonstrari potest; utriusque illipitibus forcis ad tendendas tomas. Hebræum Morab redditur à Chaldeo terer. Verum quis sententiæ hujus sensus esset? Terer hominis non erit super caput eius. Legunt Septuaginta: Ferrum non ascendet super caput eius. In nonnullis codicibus additur: Vinam et isobriantem non bibet. Vulgatum nos quidem retinemus, quam fœdit aliorum lecturam collatio, in quibus Morab usurpatur pro novacula vel forcis.

Veteris quædam arbitrat sunt. Samuelem leges omnes Nazaraëtis servasse, seseque perpetuò à vino continuisse, quamquam id non textus hebræus nec Vulgata expriment. Series historice demonstrat, prius Samuelem exemplum se censuisse ab opere serviendi tabernaculo, cùm propheta et iudex populi reunitus fuit. Postrema hæc dignitas non ferrebat utique onus assidui famulatus, altari et tabernaculo Domini præstiti. (Calmet.)

sacerdoti navare illam operam, quam à Levitis exigebat Hebræorum religio. Sed aliquid addit Annæ votum, idque non leve, supra Levitarum votum et officium. Primum, quia cùm Levitis cessationem aliquando lex ipsa concederet à templi ministerio, votum tamen Annæ æterno Samuelem alligabat officio. Certè, ut habes Numer. c. 4, v. 2, Levitas ante trigessimam ætatis annam non cogebantur interesse templo; et anno ætatis quinquagesimo vacationem ab illo sive onere, sive munere obtinebant à lege: Tolle, inquit, unam filiorum Caath de medio Levitarum per domos et familias suas, à tricesimo anno et supra, usque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingreditur, ut stent et ministrent in tabernaculo fœderis. Et rursum cap. 8, v. 24: Hæc est lex Levitarum, à viginti quinque annis et supra, ingreditur, ut ministrent in tabernaculo fœderis; cùmque quinquagesimum annum ætatis impleverint, cessare cessabunt. Ubi lex legi videtur adversari; capite enim 4, annus designatur trigessimus, in quo Levites suum in templo ministerium aggreduntur: hic vero vigesimus quintus. Conciliat hoc quoque Abulensis in proximum locum, ex Numer. 8, q. 24, usque ad q. 31, et docet, q. 24, anno ætatis suæ vigesimo quinto consecrari Levitas, ut opus docerentur Leviticum, illicque assuescerent; anno vero trigesimo incipere datum sibi à lege munus obire. Quæ de re pluribus disputare non est nostrarum partium.

Voxit præterea Anna, si natus sibi nasceretur, futurum esse Nazaraem; id enim valet illud: Novacula non ascendet super caput eius. Cùm autem Nazaraëtis votum perpetuum esse posset, et ad aliquod tempus delinuit, ut liquet Numer. c. 6, perpetuo voto quidquid natum esset, mater obstrinxit. Perpetuo item voto obligatus est Samson, Jud. 13, quem altera Anna parvula ante hoc tempus ex sterili jam fecunda concepit. De Nazaraem instituto nihil hic dico, quia paucis multa concitari non possunt. Illud erat precipuum, ne unquam capillos è capite tunderent, quorum erat insigne quasi legitimum profusa casaries; deinde ut à vino, et ab eo quod inebriare potest, quoad illi duraret votum, abstinerent. Hæc autem lex non sunt, cùm casaries caput non modicè gravet, et dolores afferat interdum non exiguos. Sane Absalon auram casaricam, quam habebat speciosam, cum studiosus esset elegantie, ultra annum sustinere non poterat. De quo 2 Reg. 14: Semel in anno tondebatur, quia gravabat eum casaries. Absti-

neri autem ab eo quod vitis generat, non est omnibus, neque omnino jucundum.

Multa Chrysostomus variis locis de Annæ virtute atque constantiâ meditatur, quæ nes breviter suis quoque locis attingemus. Primum Homil. 24 in Epist. ad Ephes. et Homil. 79 ad populum, ubi eadem penè verba repetit. Supponit autem omnes, qui ex Elcanæ familiâ accubere mensæ, alios aliò peracto convivio fuisse dilapsos; alios ad somnum, ad fugas alios, alios ad aliâ animorum oblectamenta; idque fortassis habuit in codicis, quem tunc è Septuaginta translatione nactus est. Sic autem ille Homil. 24 ad Ephesos: « Surgebant, inquit, « omnes de mensâ (inquit, nempe Scriptura), « et illa confestim non ad somnum conversa « est, non ad quietem. » Deinde cum agit de voto, liberalium illius, et ingenium animum agnoscit, et amplificat: « Si dederis, inquit, « vultu filium, dabo illum donum Domino quoni- « tempore. Non dixit, unum dumtaxat, aut al- « terum annum, quemadmodum nos solemus; « neque dixit: Si dederis mihi puerum, dabo « pecuniam; sed ipsum donum totum retri- « buam, primogenitum, et orationis filium. « Ipsa erat Abraham filia: ille postquam petitus « erat, filium suum dedit; ista verò ante peti- « tionem dedit (1). »

VERS. 15. — LABIA ILLIUS MOVEBANTUR, ET VOX PERIITUS NON AUDIEBATUR. Limphatici, aut ebrui est, aut ejus qui aliquid patitur à Pythone, et Fauno, corporis et oris maxime gesticulatone ac motu significare animi fanaticos, atque impotentis motus sine ullo vocis dearticu-

(1) Cum illa multiplicaret preces, ut Heli observaret os ejus. Heli animum advertit ad verba mulieris; sed mariorum quidem, non verba audivit, nihil enim conceptis verbis illa edens, suspiria tantum et tacita ex imo corde vota ad Deum dirigebat. Jesus Christus vitii arguere videtur preces proluxas Scribarum et Phariseorum: *Va vobis, Scribæ et Pharisei, orationes longas seratis; item et paginorum: Orantes nocte multum loqui, sicut ethnici; purant enim quod in multitudine no exaudiantur.* Damnantur his verbis videntur longius protraxisse sanctæ hujus femine preces. Hanc tamen longam Annæ orationem exprimebat animi fervor, vota que orantis formabat in ejus animo spiritus, qui intus in illa orabat, neque fundebat se in verba vanasque et inutiles commentationes; denique aliter precabatur, ac Pharisei et profani quos Christus reprehendit. Precabantur Pharisei ostentationis et sordibus cupiditatis gratiâ; profani verò superstitione tantum, nullo spiritus ardore ducti, nec proluxas preces omnes aequè damnat Jesus, cum idem ipse longioris temporis moram orando protraxerit, egerit orando noctes, ac mandati ut jugiter et constanter orems. (Calmet.)

lata, atque rationalis sono. Quare non sine aliquo fundamento conjectabat Heli aliquid Annam à vino pati, quam sic videbat intrinsecus agitari, ut acres motus et indecoros gestus cohibere non posset. Sed longè aliter de labiorum motu linguæque silentio judicabat Chrysostomus. Hom. 2 de Annâ: « Illa, inquit, « potissima est deprecatio, cum ab intimis « voces sursum feruntur; hoc præcipue men- « tis est exercitatio, non intensio vocis, « sed animi fervore preceationem absolvere. « Sic oravit et Moses; cui, cum nihil voce « resonaret, Deus tamen: *Quid, inquit, cla- « mas ad me?* Homines quidem externam hanc « vocem tantum audiunt; at Deus et ante hanc « intus inclamantes audit. Itaque fieri potest, « ut etiam qui non clamant audivantur, ut per « forum ambulans quis ore accuratissime, ut « in concessu amicorum, aliorum quivis aliud « agens vehementi clamore invocet Deum (1). »

Libet hinc adducere quoddam abusuodi orationis nuntia, quia intus in animo formatur, et admodum canore, quia ad celum usque jucunde resonat, accommodatum symbolum. Quod habemus perbellum in cicada, quæ, ut tradit Plinius lib. 11, cap. 26, una ex omnibus animalibus os non habet, quare et patere cœlitis canit; et eodem ex cœlesti rore patitur alimentum. « Enim hoc, inquit, ex his, que « vivunt, sine ore est. Pro eo quidam aculea « tum linguis simile, et hoc in pectore, quo « rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum, « hoc canunt. » Præclara hæc effigies spiritalis oratoris, cujus clamor non tam est ab ore quam ab animo, eo maxime tempore, cum urit gravis aliquis æstus, sive doloris, sive desiderii, sive illorum motuum, quibus nescit, aut nequit mens durè fatigata resistere. Cantant autem cicadæ æstivo tempore, sub meridiem, quando torrentur agri æstu injuri. Unde cicadæ cantus pro meridiano tempore, aut pro calore maxime fervente adhiberi solet. Sic sanè Virgilius Eclog. 2:

*At mecum rancia, tua dum vestigia lustræ,
Sole vis ardentis resonant arbuta cicadæ,
Et lib. 5 Georg. 3:*

*Inde ubi quarta nitim cœli collegerit hora,
Et cantu querula rumpit arbuta cicadæ.*

(1) S. Cyprianus (lib. de Oratione Domini- câ); « Adm Ecclesie typum portans Domini- cum non clamosa petitione, sed tacite et modestè intra ipsas pectoris latentes prece- tatur. Loquebatur non voce, sed corde, et quia sic Deum sciebat audire. » etc.

(Corn. à Læp.)

Hæ verò et canendi studio, et calore meridia- no, in ipsâ cantandi contentione aliquando rumpuntur. Habes in Testamento veteri duas cicadas, quæ cantant non tam ore vocali, quam pectore vehementer æstuant; quibus si minus cantandi contentio pertinax spiritum admittit, non tamen pro mystici illarum cantus pretio mori, ut opinor, recusarent; Moysen videlicet, quem, cum illius vox non audiretur, loquentem tamen Deus audiebat. Ad quem Deus Exod. 14, v. 15: *Quid clamas ad me?* Et Annam hoc loco. Habemus cicadam aliam in Testamento novo, Paulum videlicet, quem Ecclesie organum et cicadam appellat Chrysostomus, Homil. de Turture. Quia licet tuba esset evangelica, et non minus quam Apostolorum quivis, vocem haberet canoram et assidnam, cicada tamen appellatur, quia vocem illam non tam formalitè halitus à pulmonibus per fauces emissus, quam Spiritus ille divinus qui in ipsis visceribus habitabat. Quare vox illa expressa potius dici potuit ab animo quam à lingua, et ut cicada, cum gravior est æstus, cantando rumpitur et perit, sic etiam Paulus, dum solitum meditari canticum, vitam amisit, imò postquam extremum exhibuit spiritum, alio spiritu quo sapienter loquebatur, teringemina- vit dulcissimum et augustissimum Jesu nomen.

VERS. 14. — ESTIMAVIT ERGO EAM HELI TEMULENTIAM, DIXITQUE EI: USQUEQUO TERRA EMIS (1)? Ex motu illo labiorum sine aliquo rationali

(1) Anne avait témoigné auparavant sa modération à l'égard de Phœnema; elle en témoigne maintenant une plus grande à l'égard d'Héli. Elle a souffert qu'une femme lui reprochât sa stérilité; elle souffre maintenant que le grand-prêtre l'accuse d'un dérèglement criminel, et qu'il fonde cette accusation si injurieuse sur une action sainte qu'il lui voyait faire. Cette femme si humble lui répond avec une admirable douceur; et elle nous donne, selon saint Grégoire, un excellent modèle de la manière avec laquelle nous devons nous défendre contre les reproches de ceux qui sont au dessus de nous. « Il peut arriver quelquefois, dit ce saint, que les pasteurs se préviennent contre des personnes très-tendres, et qu'ils les traitent avec beaucoup d'aigreur et de dureté. Et alors il faut que ces personnes s'efforcent de les apaiser de la manière la plus douce et la plus humble qu'il leur est possible. Car encore que les ministres de l'Eglise soient véritablement fort de s'élever ainsi contre ceux qui ne font rien que de très- louable; néanmoins la déférence qui est due à leur dignité, demande toujours que nous nous tenions dans le respect, lors même que leur conduite envers nous est irrégulière et déraisonnable. » *Etsi se irrationabiliter contra rectè agentes erigunt, reverentia tamen supe-*

sono, et oris mutatione multiplicet, aliquid à vino passum esse Annam existimabat Heli. Quare illam à crapulâ teneri suspicatus, graviter illam eo nomine reprehendit, et jubet (ut verisimile est, et meditatur Chrysostomus Homil. de Fide Annæ) ut excedat ab eo tabernaculi loco, ubi condecorat, et vinum quod immoderatè hauserat, edormiscat. Putat autem Philo lib. de Temulentia, non longe post medium, et Chrysostomus Hom. 2 de Fide Annæ, et Homil. 15 in Acta, non ab Heli exprobratam esse crapulam Annæ, sed illius nomine, atque mandato à servulo, quia fortasse Heli à pontificis judicis personâ alienum putabat cum temulentâ semina habere sermonem. Et hoc ipsum habet Septuaginta translatio in omnibus fermè codicibus; habet certe in Sixtina: *Et dixit ei puer Heli.* Ubi Chrysostomus magnum ab Annæ modestiâ ad perferenda convicia documentum agnoscit. Cum enim nullum grave dedisset ebrietatis indicium, unde sacerdos aut quilibet alius illam largius bibisse pruden- ter conjectaret, ebrietatis tamen intemperantiam objicit, et imperiosè jubet, ut excedat à templo. « Unde, inquit, suspicari potuit sacer- dos? Neque enim videndum vidi, neque sal- ce tantem, neque vertiginem concidentem; nec audivit ullum verbum obscœnum, aut illi- cè herale sanantem. » Quare injuriosa erat et illiberalis illa reprehensio. Sed illa nihil res- pondet immoderatam et asperum, aut contra pontificem, à quo sciebat severum illud man- nasse convicium; neque contra puerum, cujus ætati se conditioni nullam videbat reverentiam debere; aut quia non tam illud convicium à puero quam ab ejus domino profectum agno- verat; aut quia jam assuetâ ab amulâ suâ non dissimiles audire contumelias; aut certe quia illum fructum, si modò vera, parit oratio, ut nemo ad ejusmodi assultus maneant ignavis et inertis. Sed illud pro religiosis præclarum est documentum, non spectandum, à quo proximi correctio prodeat, nimirum ab homine, sed à quo primum, et à cujus imperio, nempe

rioris ordinis exigit, ut tunc honorantur cum modum rationis excedant.

Ainsi cette sainte femme nous apprend d'une admirable manière à nous acquiescer en même temps de tous nos devoirs dans une occasion si importante et si difficile. Car nous satisférons comme elle à la justice, en représentant la vérité et en rendant raison de nos actions. Nous satisférons à l'humilité et ne nous irritant pas de ces mauvais traitements; et nous satisférons à la charité en honorant ceux mêmes qui nous déshonorent. (Sacy.)

Deo, Stultè nimis faceret Anna, si pontificis immemor sciret in servulum, per quem pontifex loquebatur, et iudex Israel; neque minas esset stultus subditus, si odium conciperet in prelatum, à quo ignavia aut violata religionis arguitur, cum id non tam suo faciat, quam divino nomine: « Si sacerdos, inquit, fuisset conviciatus, non erat perinde miranda tolerantia, propterea quòd dignitatis magnificentudo, ac magistratus auctoritas, vel invitam illam compulisset ad modestiam. Nunc est verò vel adversus sacerdotis puerum indigna non est, quò magis sibi conciliavit Deum. » Hæc juxta Septuaginta translationem. Sed est longe probabilius, magisque ad lectionem vulgatam et hebraicæ codices, non à servo, sed ab ipso sacerdote Annæ reprobatam esse violentiam.

Ebrietas in feminâ fœda est turpitudò, ita Chrysostomus in Matth. Rom. 16, et Homil. 71 ad populum: *Quid, inquit, ebriâ turpis vociferat? quanto magis hæc est infestissima, tanto magis est naufragium.* Et Hieronymus in Regulâ somnitiomaliâ ad Eusebium cap. 56, ebrietatem in feminâ sacrilegium appellat. Hinc multis locis vini usus interdicitur feminis. Sanè id severè cautum apud Romanos docet Valerius Maximus lib. 2, cap. 1; Plinius lib. 14, cap. 15, optimè Aulus Gellius lib. 10, cap. 25, ubi docet, non levius in feminâ temulentiam, aut etiam vini usum, quam adulterium puniri. Vide et de re plurà apud Tiraquelum de legibus Consubialibus lib. 9, n. 54, et Alexandrum lib. 5 Genal. cap. 11. Et quidem eam ob causam inducta est consuetudo apud Romanos, ut docet Plinius lib. 14, cap. 15, et Athenæus lib. 10, ex Polybio, ut propinquis oscularentur feminas, ut eo modo commodius explorarent, an temetum olerent. An Hebræis feminis aliquid esset à lege præscriptum, seu etiam à consuetudine introductum, incertum est.

Ego non puto feminas in illo populo ab usu vini fuisse repositas. Quod ex eo colligere posse non incommode video, quia Numer. cap. 6, v. 5, id viro atque mulieri iudicatur, si Nazæorum votum emiserint, ut abstinence à vino, quod quidem otiosè feminis foret inunctum, si illis esset hoc à lege prius, aut à consuetudine prohibitum. Et Judic. 15, v. 3, dixit Angelus ad matrem Samsonis: *Cave ne bibas vinum, aut siceram, quia concipies, et paries filium, cuius non tanget caput necanda; erit enim Nazæus.* Quod nisi vini feminis à lege foret,

vel consuetudine permissum, non erat cur angelus commendaret abstinence à vino. Neque Heli sacerdos et iudex tam egisset in Annam, quam ebriam existimabat, elementer, si contra cautum esset à lege, et supplicium indictum. Sanè Paulus ad Titum cap. 2, v. 5, feminis non admittit vinum; sed illius usum moderat et temperat. Non multo, inquit, vino servientes.

VERS. 15. — RESPONDENS ANNA: NEQUAGRAM, INQUIT, DOMINE MI; NAM BELLEA INFELIX NIMIS EGO SUM. Responderet alia post reprehensionem illam, que non poterat esse non molesta, cum reprobraret id, quod tam est feminis indecorum, longe durius, si non se prius contra iustitiam assaluit oratione et lacrymis munisset; diceretque ut in Homilia de Fide Anna meditatur Chrysostomus, quod plerique solent homines: « Hanc sacerdos itane qui alios docet, temulentiam ac violentiam mihi reprobrat? Sed dominum appellat, et morte estè crimen à se ebrietas depellit. » Ubi Vulgatus, *infelix*, hebraicè est *beata* *inachi*, id est, *mulier iusti*, sive *amari spiritus*. Quæ vox ad illa omnia potest, que spiritum contrahunt et contrastant; quare que sterilis est, et ideò dolet, quam aliorum intemperies et contumelia vexat, aut quæcumque alia causa angustet aut inclementer afflicta, spiritum contrahit habere durum et amarum. Et sanè Latinus, quæ adversa sunt, et studiis votisque contraria, dura vocat; Vulgatus *infelix* reddidit, quæ etiam vox plura votis, studiisque contraria significat. *Infelix* autem vocari potuit Anna, quia infœcunda, quod hebræe feminæ maximum putabatur esse convicium; quòd contumeliis à Phenennâ vexata; quòd eo nomine non à domesticis solum, sed etiam ab alienis contempta. Eterò felix appellatur illa, que filiis abundat; quò modo Roma à Marone lib. 6 *Æneid.*: *Felix prole virum* appellatur. Et Lia cum aucta esset illis ex ancillis susceptis, alterum vocavit *Gad*, quod *felix*; alterum *Asser*, quod *beatum* significat. De priori dixit Lia, *felicitè*, de posteriori: *Hoc pro beatitudine meâ; beatam quippe me dicent mulieres.*

SED ET ICHI ESIMAY REAM IS CONSPICIT DOMINI. Anima, hebraicè *nepheç*, multa significat. Primum desiderium, et hæc ratione effudit Anna animam suam, quia quiddam habebat in votis, Domino propositum, quod cum ex animo prodiret graviter affecto, externam etiam faciem variè commovit, et multipliciter finxit. Quia verò oratio desiderii est quidam dicitur et in-

dex, fit per metonymiam, ut anima sumatur pro oratione. Psal. 87, v. 15, ubi Vulgatus: *Ut quid, Domine, repellis orationem meam? hebraicè est, naphi.*

Abulensis quendam hic explicationem adducit, opportunam quidem ad mores; minus tamen, ut opinor, ad litteram. Quid enim fecerit, aut oravit, significavit ipsa prius non obscurè, cum votum emisit, et eripi sibi petiit sterilitatis opprobrium. Sumit enim hic *animam* pro irâ, et *effundere animam* idem esse putat, quòd conceptum animo virus acerbitatis evomere. Illum autem furorem conceptum in memulam maluit coram Deo, quam coram adversariâ sibi feminâ profundere, ne illi noceret amaro spiritu, et voce magis acri ac liberâ quam deceret, eturgia suscitaret, turbaretque domum, cuius paci consulere debuit prudens materfamilias. Quòd documentum sanè optimum est, cum fervet ira, neque homo satis est compos sui. Tunc enim satius est furorem suum, et quid meditetur, quò rapiat præceps animi impetus, Deo proponere; et maxime eo articulo, ubi effervescente irâ nullum à seipso homo sanum potest sperare consilium, quam in hostem evomere, quod læcessitus, et amarus cogitat, aut optat spiritus. Ex quo id consequitur homo, quem spiritus ille violentus exagitat; ut, evaucto animo coram Deo, nihil habeat in pectore veneni, quod in hostem effundat; et ut emissio non suo tempore furoris aucto, cum ipso pariter animam amittat. Quòd accidere apibus, dum aculeum exerant, et aliis insigunt, tradit Plinius lib. 11, cap. 18, et Seneca lib. 1 de Clementiâ cap. 19: « Ut nam, inquit, eadem homini lex esset, quæ et apibus, et ira cum telo frangeretur, nec satius pibus liceret nocere, quam semel; facile enim læssaretur furor, si per se sibi satisfaceret, et mortis periculo si vim suam effunderet. » Non possunt autem, ut ait Aristoteles, aculeum insigere, nisi cum illo ipsa quoque viscera elidant et effundant.

Sed adde tu juxta hæc Abulensis cogitationem, effundendam esse animam coram Christo crucifixo, maxime cum pro his, à quibus actus erat in crucem, Parentem oravit; tunc enim nisi mentem prorsus abiecerit, nihil tibi furoris erit reliquum, quod in hostem effundas. Ex Dei conspectu, ubi animam suam effunderat Anna, vox illa primum eripit, quæ Dominum suum illum appellat, à quo fuerat tam gravi exagitata convicio; ehm non solum, quod optimè supra Chrysostomus notavit, non inve-

nerit injuriarum levamentum aliquod, sed graviorem ibi contumeliam accepit. Est enim gravius à summo sacerdote et iudice violentam, quam à muliere sibi non aequâ infœcundam vocari. « Illo, inquit, licet hujus mulieris et philosophiam perspicere; domi exprobrat et æmula, venit in templum, et sacerdotis puer afflicta illam contumeliâ, et increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticam tempestatem; venit in portum, et rursus invenit undas; venit acceptura medicamentum, et vulnus et exasperatum est. » Sed in illâ tam gravi contumeliâ sacerdotem dominum appellat, et postquam illi sacerdos os occlusit, illius obsecuta est imperio, ab oratione desistit, et exiecit à templo.

VERS. 16. — NE REPUTES ANCILLAM TUAM QUASI GRAM DE PHILADE BELIAL (1). *Belial* idem valet quòd sine iugo; jugum autem pro lege vel imperio sumi res est valde nota; unde servo dicitur jugum imponi, et ille dicitur jugum excutere, qui imperium detrahit, et qui suo potius vult arbitrari, quam alieno vivere. Quare ille dicitur *filius*, aut *filia Belial*, qui legem abiecit et pudorem, qui aliquibus est pro lege, quique nolentes interdum in officio continet. Talis est, qui neque Deum timet, neque homines reveretur, qui lascivientis nature motibus servit, qui vino immoderatus indulget, qui sibimetipsi imperavit nullam habendam esse rationem honestatis, quò voluptates, aut comoda, que captat, assequatur. De hoc est illud Jeremie cap. 2, v. 25: *A seculo confregisti jugum, rapisti vincula; et dixisti: Non serviam (2).*

VERS. 17. — TUUM HELI AIT: VADE IN FACE. Ebrietas modestiæ est et rationi contraria, quare in ebriis nihil sani est, nihil ingenii, nihil quòd sit cum officio pudoreque conjunctum. Quocirca cum Anna, licet verbis læcessita, quæ illius pudorem et ingenium non libenter non deberent, responderet tamen modestè, neque contra quam pontificis dignitas exigebat, facilis sibi persuasit pontifex, satis

(1) Septuaginta ad litteram: *Feminiam pestilentem*. Hebræus: *Ne dederis ancillam tuam ad facies filii Belial; ne me compares, nove mæceas cum illius Belial*. Postrema hæc vox propriè sonat quiddam nihil est, inutile, vel etiam perniciosum. Græci reddunt interdum *stultum, hebetem*; interdum verò *perniciosum, pestilentem, impium*. (Calmet.)

(2) *Ex multitudine doloris et morborum*. Hebræus: *Ex multitudine meditationis meæ et indignationis meæ*. Sensus, quibus animus meæ exprimitur, ac dolorem, quò angor, coram Domino effundo. (Calmet.)

Annam sobriam esse, et femine pudoris non immemorem. Ita ferè Gregorius in hunc locum, et Chrysostomus, Homilia accepit citat. Quare qui accusator antea fuerat, jam se patronum proficitur; cui, usitata Hebræorum formâ, et benè precatur, et à se cum bonâ gratiâ dimittit. Cùm autem apud Hebræos pax bonorum omnium cumulum significet, cum pace illum, qui benè cupimus, excipimus, aut aggredimur, dicendo: *Pax tibi*, aut cum pace dimittimus, cùm illi precamur fausta, et votis prosequimur abeuntem cum hâc amica precatione: *Vade in pacem*. Exempla sunt obvia (1).

VERS. 18. — *UTINAM INVENIAT ANCILLA TUA GRATIAM IN OCVLIS TUIS*. LOCUS iste vultu à variis exponitur; sed duas tantum explanationes adducam. Altera est Theodoretii, Abulensis, Hugonis, Vatabli, Dionysii, Cajetani, et penè communis. Orârat proxime sacerdos pro Annâ.

(1) Comme nous voyons dans cette sainte femme une image de ce que doivent faire les âmes humbles à l'égard des pasteurs qui les traiteraient d'une manière moins favorable; nous voyons aussi dans Héli la manière dont les ministres de Jésus-Christ doivent se rendre à la vérité lorsqu'ils ont reconnu qu'ils s'étaient mépris dans leurs pensées, et que les apparences les avaient trompés. Il paraît par la suite de ce livre que ce grand pontife craignait Dieu, quoiqu'il fût faible en certaines choses. C'est pourquoi aussitôt que cette sainte lui eut rendu raison de sa conduite, qui lui avait déplu d'abord, il la crut sans peine; il prit pour une marque et pour un effet de sa piété, ce qui lui avait paru un développement; et il joignit ses prières aux siennes pour obtenir de Dieu l'accomplissement de ses desirs.

Il peut arriver quelquefois que l'on se prévienne d'une telle sorte contre les personnes innocentes, non par une seule méprise, mais par une préoccupation toute volontaire; que l'on se trouve, sans que l'on y pense, dans la disposition où étaient autrefois les païens, qui ne voulaient plus rien entendre qui pût justifier les premiers chrétiens selon que Tertullien dit excellemment, de peur d'être moins libéraux à condamner ceux qu'ils étaient résolus de haïr toujours.

Mais les vrais pontifes de Jésus-Christ sont dans une disposition toute contraire. Ils n'ont point de peine à se dérompre lorsqu'on peut leur faire connaître la vertu de ceux dont ils avaient eu d'abord une opinion moins avantageuse, et ils se plaisent ensuite à leur témoigner avec une effusion d'autant plus grande leur charité paternelle, qu'elle avait été auparavant suspendue par la fausse idée qu'on leur avait donnée d'eux; car ils se souviennent sans cesse que comme ils sont sur la terre les juges des hommes, ils ont un Dieu dans le ciel qui les doit juger, et ils sont persuadés que le plus grand malheur qui puisse leur arriver est que leur autorité devienne redoutable à la vertu et au mérite, au lieu qu'elle en doit être le plus fidèle appui.

(Sacy.)

cùm dicit: *Deus Israël det tibi petitionem tuam*. Quam vocem excepit Anna leta, et cum gratiarum actione; et cùm multa, ut par erat, peteret in oratione pontificis, optat et orat illum, ut sui in familiari precatione meminisset. Utinam, inquit, abs te hanc ineam gratiam, ut meam gratiam tuis precibus commendatam esse velis. Aliter Chrysostomus, qui hoc esse putat Annæ desiderium, ut ex eventu sacerdos intelligat, illam oris mutationem non tam ex ebrietate quàm ex animi angore, et prolix casto desiderio provenisse. Ebriorum enim irrationales et vacuæ à sanâ mente preces exitum felicem obtinere non solent. Sic autem eo loco Chrysostomus: « *Inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis, id est, utinam è fine, rerum, que exitu discas, quod hanc obsecrationem deprecationemque fecerim, non ex violentiâ, sed ex angore.* »

VELTESQUE ILLIES NON SUNT AMPLIUS IN DIVERSA MUTATI (1). Pro affectuum varietate multiplici, multiplex esse solet vultus mutatio. Cùm Anna, ut est verisimile, adversus Phenennæ injurias succenseret, illius vultus aut inflammabat furor, aut distorcebat dolor; deinde cùm in se sterilitatis visum agnosceret, demittebat vultum; quod faciunt illi, quos ignominia pudet. At ex illâ oratione sic prodiit affecta, ut illam neque æmula, aut domesticorum injuria ita commoverent, ut furoris in facie signum ostenderet; neque dolor et pudor ex facie desiderio conceptus vultus demitteret. Egressa quippe fuit à tabernaculo spei plena, et animo ad omnia perferenda alacri ac prompto; qui orationis fructus aut præcipuus est, aut inter præcipuos numeratur. Atque ideò que amaro prius animo ad oblatas epulas nauseabat, aut certe illas præfectæ respuebat, jam ultrò poscit. Denique quod in morosis ingenii detestatur, non alios, atque alios in singulis horis vultus assumptis, neque laborum ille motus, qui videri fanaticus poterat, usquam apparuit (2).

(1) VELTES ILLIES NON SUNT AMPLIUS IN DIVERSA MUTATI. Hebræus: *Facies ejus non fuerunt ultra ei; seu non morsio et dejecto vultu, ut prius, sese prodidit*. Septuaginta: *Facies ejus non coarctata ultra; non ultra exhibuit spem illam et squallidam oris imaginem*. Utiurque Scriptura hæc phrasim: *Car concubitus fecerit me? signis de Caino nullâ animi æmulatione in Abelen irritato*. Interpretes quidam textum originalem reddunt: *Iram depositi; ab iracundiâ in Phenennam convulsi*. Apud Hebræum facies usurpatur sæpè pro ira: *Vultus Domini super factientem mala*. (Calmét.)

(2) Symbolicè, Rupertus et S. Gregorius (l. 35 Mor. 21): « *Anna non mutavit vultum,*

VERS. 9. — *COGNOVIT AUTEM ELICANA ANSAM EXOREM SUAM*. Modeste Scriptura exprimit conjugalem operam, quod facit sæpè in explicandis illis que propriis notata vocabulis, pudicis auribus aliquid obijcerent tetrum et obscenum.

ET RECORDATUS EST EUS DOMINE. Loquitur Scriptura juxta hominum morem, qui tunc aliquem oblitum esse putant, cùm nullum appareret memoris animi signum, aut officium. Qualis juxta hominum sensum videri poterat Deus, cùm post tot annos non abstulisset ab Annâ sterilitatis opprobrium. Dicitur autem in præsentia recordatus, quia tunc primum ex congressu maritali concepit. Illud autem, *ejus*, ad Annam referendum est, non ad Elicanam, quia affixum pronomen generis est feminei. Hic porro Theodoretus duo in hâc Annæ conceptione considerat: alterum est, hoc opus esse Dei alterum, plurimum ad rem conjugalem prole successum pontificiam benedictionem conferre. Ex quo maxime apparet benedictionum nuptialium, quibus Ecclesia novos et quia oculis mentis semel per orationem in Deo defixos ab eo deinceps non arerit, sed constantem in eo tenuit et in oratione persistit, ut semper Deum haberet in mente. (Gorn. à Lap.)

Nous avons vu d'abord que lorsque Phenenna insultait à Anne, en lui reprochant que Dieu l'avait rendue stérile, elle se metait à pleurer, et ne mangeait point; et qu'Elicana, dont elle était partiellement aimée, avait besoin de la consoler. Mais le Saint-Esprit marque expressément, qu'après cette prière si humble et si ardente dans laquelle elle repandit son âme devant Dieu, elle ne fut plus sujette à ces impressions de tristesse et de trouble qui avaient paru auparavant sur son visage.

C'est ainsi que les âmes qui ont une plûte sincère, avancent peu-à-peu dans la voie de Dieu. Elles peuvent être sujettes d'abord à quelques faiblesses. Elles sont touchées des jugements moins avantageux que l'on fait d'elles, et l'impression que ce traitement fait dans leur cœur trouble leur paix, et paraît souvent au dehors. Mais si elles se servent de cette affliction, comme cette sainte femme, pour avoir recours à Dieu avec plus d'instance; et si elles s'appuient d'autant plus sur son secours, qu'elles en ont moins de la part des hommes, non-seulement Dieu essuiera leurs larmes et leur adoucira l'amertume de leur cœur, mais il les fortifiera même d'une telle sorte, que leur âme demeurera comme inébranlable, et se conservera toujours dans la même assiette parmi les diverses agitations de cette vie. (Sacy.)

Ces détails, dit Volney, (Histoire de Sammé) sont de nature à faire supposer que quoiqu'un aurait tenu précè-verbal de la conversation d'Héli et d'Anne.

Quid porro mirum scriptorem à Deo inspiratum vel minima scire eorum que acta sunt?

S. S. IX.

conjuges de more prosequitur, vis et commendatio. « Agricola, inquit, est proprium semina dejicere, Dei autem dejecta perfricere, ita matrimonium quidem est propria conjunctio; Dei autem est proprium annuere nature, ut effingat et formet animal. Hoc cùm aperte sciret Anna (nam cùm longo tempore cum viro habitasset, fructum non produxit) coniugit ad officium, et intensâ oratione et lacrimis mutilatam curavit matricem, et clausam aperuit. » Et paulo post: « Pontificalem assecuta est benedictionem. » Audivit enim: *Vade in pacem; Dominus Deus Israel det tibi omnem petitionem tuam, quam ab ipso petisti*. Cum tantâ autem fide audiret benedictionem, ut omnem abijceret tristitiam, et cum fiducia ad virum accesserit, et conceperit (1).

VERS. 20. — *ET FACTUM EST POST CREBREM MIEREM, CONCEPIT ANNA, ET PEREIT VILICUM*. Quidam primo concubitu concepitse putant Annam; alii post aliquod tempus, de quo non constat, cum dicitur *circum* audiamus, non numerum. Et hoc postremum tenent interpretum plerique. Docet hoc loco Abulensis, Annam non statim à reditu post conjugale commercium gravidatam esse; sed aliquot post diebus, postquam dari cepit opera rei maritali. Neque enim Deus, inquit, quoniam illius amovisset precibus, conceptionis tempus definiit, acut fecit Sara, Genes. cap. 18, de qua dictum est ab angelis Abraham: *Juxta conductum revertar hoc eodem tempore vitæ comite ad te, et habebit filium Sara*. Et l. à Reg. cap. 4, eadem penè verba audivit ab Eliso. Sunamitis, que benignum propheta præbuerat hospitium.

Ego ad primum concubitu arbitror in Anna vultu conceptum fuisse nobilium illum

(1) L'auteur de l'Esprit du Judaïsme n'a pas rougi d'insinuer que Samuël était un enfant adultérin du grand-père Héli; « Anne sa mère, dit-il, alligée de n'avoir point d'enfant et d'Elicana son mari, s'adresse au grand-père Héli..... Elle met au monde un fils qu'elle nomme Samuël; le grand-père voulut bien se charger de son éducation; il sembla obtenir l'intérêt le plus tendre à cet enfant obtenu par ses soins. » Jamais soupçon n'a été plus temporaire; il est pleinement réfuté par l'histoire. Héli était âgé pour lors de plus de quatre-vingt-dix ans, cassé de vieillesse, réduit à demeurer sur une chaise à l'entrée du tabernacle. Anne alligée, ne s'adresse point à lui, mais à Dieu. Héli diéme de sa longue prière croit qu'elle a pris du vin par excès, et de lui reproche: lorsqu'elle lui a dit le sujet de son affliction, et de ses vœux, il lui répond simplement: Que le Seigneur vous accorde votre demande. (Duclot.)

factum; neque enim credo orationis tam infamatae atque anxie dilatatae esse fructum. Neque modus ille loquendi huic cogitationi quidquam incommodat: *circulus enim dierum* non significat, ut apparet, necessarium aliquos dies à primo congressu fuisse transactos; sed praeterfuisse legitimum aliquod tempus, intra quod rei uxoriae operam dari, aut lex, aut consuetudo non permitteret. Quae fortassis fuit, quod proxime ab aditu tabernaculo, seu immolatis victimis consecutum est. Fuisse autem aliquot dies positos in Silo, in quibus orationi tam ab Anna, quam ab illius conjugio vacatum est, mihi difficile non est; eo vero tempore quia dubitat à conjugali congressu fuisse cessatum? Sane Paulus 1 Cor. 7, v. 5, abstinendum monet ab usu matrimonii orationis tempore: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut dicetis orationi.* Quare ex quo tempore egressi sunt domo duo illi conjuges religiosi ac pii, donec eodem sunt reversi, abstinerunt omnino ab usu conjugali; quod circulus dierum, id est, legitimum numerus vocari potuit. Eo vero transacto circulo, qui ex profectione, ac reditu, et mortis, quae posita est in tabernaculo, constat, ad primam, ut opinor, concubitus concepti Anna. Et hoc mihi certissimum est. Nisi major tunc dictam esse concepisse, cum conceptionis aliquid signum deprehensum est, quia multa natura ipsa praebet, et ipsa vorunt facta. Ex usu patet Scripturae, ut sequens à nobis observatum est, tunc aliquid fieri dicitur, quando factum esse cognoscitur. Ad verò docet exemplum omnino simile 2 Reg. c. 19, v. 5. Rediit domum Bersabee concepto foetu, quod ipsa, cum è domo regressa discessit, ignorabat; post verò se ex certo signo concepisse cognovit; idque Davidi renuntiari iussit; atque eo modo, quasi tunc primum ab illo concepisset: *Revertens est in domum suam concepto foetu, cuius conceptio mutavit David, et ait: Concepti.* Quod si ita est, mirus habet difficultatis nostra sententia; circulus enim dierum ille est, quem in formando atque edendo facta natura desiderat; nempe quadraginta dies, donec firmetur in utero puer, et cesset mensurus sanguis, et novem menses ad partum. De quo numero consulendi sunt medici, qui non eodem omnes modo questionem doctant. Nobis satis est nosse à concubitu, et receptione seminis ad conceptionis cognitionem esse dierum circulum à natura descriptum, id est, legitimum numerum, et alium etiam circulum ad partum,

qui novem absolvit mensibus. Quare sensus est: Post circulum dierum à natura definitum cognovit Anna se concepisse, quia videlicet formatum iam foetu desiere menstrua; aut quia visus est in utero moveri foetus. Et post dierum circulum, novem peractis mensibus, enixa est. Haec mihi explicatio difficilis non est; in priorem tamen pronior est animus.

VOCATIVUM NOMEN EUS SAMUEL. Nomen in Scriptura, ut plerumque aliquid significat, sic etiam certam habere solet, et accommodatum illi, cui nomen illud imponitur, notissimum. Sic Jacobo à luctu, Isaaco à risu, et aliis aliis de causis inditum nomen. Quia verò Samuel postulat est à Deo, idem convenienter illi datum est nomen, ut scriptor sacer festinus exposuit. Sed si rationem nominis exacte consideres, Samuel non proprie significat postulatam à Deo, cum à verbo *Saal*, à quo derivatum indicat sacer textus, in Samuele nomine unum tantum elementum appareat. Sed revera *Samuelis* nomen filium illum à Deo fuisse datum, et quasi à Deo parente generationis significat; quia filius orationis fuit, quia magis Annam sterilem antea, quam Eleam maritalem opera fecundam reddidit: atque idem Samuel non iam Eleam, quam Deum appellare potuit parentem. *Postulatam autem à Deo, idem est hoc loco, quod concessum à Deo, et figurè, quod antecedens pro consequenti ponitur, petitio videlicet pro concessione.*

Cum igitur hoc ipsum vellet Anna in sui filii nomine omnibus esse notum, ut quoties Samuelis nomen audiret, divinum in illo beneficium agnosceret, quasi Deus illius pueri genitor foret, nomen imposuit, quod Dei esse filium, aut à Deo datum sui notatione portenderet. Significat ergo *Samuel*, ut exponit Hieronymus de Locis hebraicis in lib. 1 Reg. 4, nomen eius *Deus*. Quod item affirmant plures alii, Gregorius, Angelomus, Glossalaterlinearis, Pagninus, Rabanus. Alii, *positus à Deo, vel dedit illum Deus*. Lira in lib. Differentiarum, nomen eius à Deo. Quare non tam etymoni nominis, quam rationem cur tale nomen puer habuerit, reddidit Anna. Neque enim Samuel dicitur est à *saal*, quod postulare sonat; sed vel à *sem*, quod est nomen, et 78 *Deus*; quasi nomen habet Dei, vel à Deo fuerit nominatus. Vel à verbo *sam*, id est, *pono*; quod verius potest, quia illum posuit in rerum natura, et quasi genuit Deus, cum fecundam reddidit Annae vulvum, cui ad generandum natura vim fecunditatis abstulerat. Vel nomen eius à Deo, quia Deus illi

nomen imposuit, quod filius parentes ex antiquo gentium consuetudine communiter imponunt. Hoc ergo nomen filio, quem à Deo mater postularat, quemque Deus materis precibus et voto concesserat, accommodatum esse existimavit, ut oblatum beneficium nonquam excederet à gratia memoria; et Samuel quoties suum audiret nomen, debere se Deo recordaretur, quod esset et viveret, et libentius Nazarei status molestias sustineret.

VERS. 21. — UT IMMOLARET DOMINO HOSTIAM SOLEMNEM, ET VOTUM SUUM. Ascendit, opinor, Eleana exacto anno, postquam contigerunt quae nunc à nobis exposita sunt. Quod si superiora illa in ultima trium solemnitatum contigerint (nam tribus solemnitatibus cum tota familia ascendere solitum ad tabernaculum Eleanam statim in principio capitis audivimus), ante expletum annum natus est Samuel. Et quidem quando profectionem moliebatur Eleana, iam Anna lactabat infantem, et sic erat à pauperum languore confirmata, ut ipsa quoque profecti poterit; alioquin non petisset à viro facultatem remanendi domi. Dixit enim: *Non vadam, donec ab lactetur infans.* Ex quo apparet illud esse verum, quod ante conjectabamus, peracto peregrinationis circulo, ad primum concubitus conceptum esse Samuellem.

Ascendit Eleana ut hostias immolaret solennes, quia certis anni diebus immolantur, sive ex lege, sive ex consuetudine. Atque idem textus hebraicus habet *hostiam dierum*; qualis nimirum statutis à lege diebus immolari solet. Ad quam homines religiosi ac pii aliquid conferunt, ut suis sumptibus aut rem sacram promoveant, aut templum collata pecunia, aut oblati victimis liberent ab impendio. Habebat praeterea Eleana votum; quod de re conceptum, non constat, veri tamen simile est, commune cum Anna votum nuncupasse; nempe si ex illa prolem suscepisset, allaturum se ad tabernaculum domum aliquod, aut victimam ex earum numero, quae in sacrificiis pacificis numerantur.

VERS. 22. — DONEC AB LACTETUR INVANS (1). (1) Anna hic videtur non servasse legem purificationis praeterita; implendum 40 dies à partu (Levit. 12), quando parentes primogenitum offerunt Deo et redimebant quinque siclis (Exod. 13). Respondet Ahlers. (p. 27 et seq.) Levitas (qualis erat Anna et Eleana) hanc lege non fuisse obligatos, eo quod ipsi iam Deo erant dicati et consecrati, ac quod in ipsorum utilitatem sacrificia illa purificationis cedebant; unde primogenitos suos non redimebant quinque siclis, nec hostias ceteris praescriptas offerebant. (Cf. n. à Lap.)

Triennio plerumque apud Hebraeos lactabatur infans, ut indicat mater illa, quae lib. 2 Machab. cap. 7, sic est mortuorum pro patri religione filium allocuta: *To in utero nocem memibus portare, et lac triennio dedit.* Videtur autem ex illius regionis consuetudine locuta, in qua ad tertium usque annum lactatio producitur; sicut etiam novem mensium meminit, quibus factus in utero materno gestatur. Illud verò tempus lactandis pueris idoneum esse docet ex Galeno Valesius cap. 83 sacrae Philosophiae. Tantum verò temporis lactandis infantibus desinitur, de Conversione conjugat. tit. 35, cap. 2, ubi praecipitur, uti post triennium ab infideli matre eripatur filius, et fidelis patris curae commendetur.

Cum autem aetas haec infantilis mollis videretur et tenera, neque à matris sinu, atque complexu separanda, quidam metaphoricis quasdam ablationes excogitarunt. Ablactatio propria est, quae à nutrice uberibus infantem depellit, quae exacto triennio fit à alia, quam anno septimo iam adultam infantem à pädagogico liberat; alia quae, cum ad decimum, vel duodecimum annum veniunt est, tutorem à puero removet. De his vide Lyram, Hugonem, Historiam seholasticam. Dicunt igitur hi nulum hic esse sermonem de trienniali, id est, de propria ablatione, quia duram videbatur aetatem illam infantilem et teneram à matris indigentia depellere; et puer tunc tantulus molestiae plus esset sacerdoti, quam usui. Veruntamen alii, et meo iudicio verè, triennium puerum oblatum esse patenti, neque ab eo tempore ad paternam domum, aut maternum complexum redisse.

Et quidem ubi nihil occurrit absurdum, maxime in historia, significatio propria deservenda non est. Neque ablationis nomen (quod ego viderem) ad illum usum, quem alii excogitarunt, inquam est auditum; hoc non obscurè docet textus ipse; nam quae hic vocatur *ablatione*, vers. 25, *renovis* dicitur à *laete*. *Mauis ergo mater, et lactavit filium donec amoveret eum à lacte.* Haec autem omnia ab Anna sunt, non ab Eleana; eadem enim quae lactavit, ablati dicitur infantem: at siue ablationes metaphoricæ paterna sunt, non materna sedulitatis ei operæ. Et v. 24, puer cum offerretur in domo Domini, *infantibus* dicitur, quae vox tenerrimam aetatem sonat. Haec sententiae sunt Chrysostomus, tom. 4, Hom. 5, de fide Annae, paulo ante medium: *Adhuc et ac reliquit (Anna Samuellem), nec puer à*

• mamam divulsus molestè tulit, cum sciatis
• quam volent indignari pueri, quoties à lacte
• depelluntur. » Et non longè post : « Prima
• et statim pueritia à mamam matris venit ad
• mamam spiritualem. » Theodoretus q. 5
• secutus Septuaginta, hoc ipsum fatetur, Nam
• cum Septuaginta, ubi Vulgatus legit v. 24, in
• vitula tribus, ipsi habent, in titulo trienni : *Cum*
• *primum*, inquit, *ablactasset, obtulit eum Deo, et*
• *cum eo vitulum ei tempore æqualem*; triennium vi-
• delicet, quia triennis etiam vitulus erat. Idem
• tenent Dionysius et Serarius, et indicat Abi-
• lensis ad illud : *Puer autem adhuc erat infans*
• *luis. Ubi docet, oblatam esse puerum, ut pri-*
• *mum ablactatus est, cum nondum duos annos*
• *et dimidium implisset.*

Quod verò alios addidit, ut ablactationes ex-
• cogitent metaphoricæ, non admodum premit
• hanc sententiam. Nam cum alii, ut est verisim-
• ile, non pater ab infantia forent consecrati
• (nec enim hoc Anna sine exemplo videtur fe-
• cisse), cautum erat à sacerdotibus, ut aliqui es-
• sent in tabernaculo, qui teneram illam statim
• opibus alerent opportunis, et de illorum tam
• valetudine, quam educatione, atque insti-
• tutione curarent. Sanè difficilior erat puellam
• triennalem, quam triannulum puerum, ab ubere
• materno tantè primum avulsam, à matris sinu,
• atque indulgentià distrare. Atqui hoc acci-
• disse B. Virginii, et pluribus aliis, ut est non
• improbabile, docent communiter antiqui Pa-
• tres. Evodius Episc. ad Antiochenos, Nicepho-
• rus lib. 2, c. 5, et 1. 4, c. 7 ; Germanus ar-
•chiepiscopus Constantinopolitanus, Georgius
• Codrenus in Compendio histor.; Hieronymus in
• Histor. de Ortu Virginis. *Cum trium aunarum,*
• *inquit, circulus rotaretur, et ablactationis tem-*
• *pus completum esset, ad templum Domini Vir-*
• *ginem cum oblationibus adduxerunt. Vide Capiti-
• lum 1. 1 Marial. c. 12, et Christophorum Castram*
• *in Historia Beipatre c. 3, ubi hæc de re pu-*
• *eribus.*

VERS. 25. — *PRÆCORQUE, UT IMPLEAT DOMINUS*
• *VERBUM SUUM.* Non apparet quodnam sit illud
• verbum, aut illa Dei promissio, quam nunc
• optat Elcana impleri à Deo. Nam si Deus Annæ
• filium promisit, cum oraret in tabernaculo, et
• coram Domino spiritum effunderet, aut certe
• per sacerdotem summum, cum dixit : *Vade in*
• *pax, et Deus Israel det tibi petitionem tuam,*
• *jam illud Deus orto Samuele compleverat.*
• Quare non apparet, quod spectet Elcana votum
• et oratio, Hebræi, ut referunt hoc loco Abi-
• lensis et Lyra, ut aliquid dicant, ut solent, ad

popularem plausum, aliquid hic sonantem ce-
• rebro suo non indignum. Dicunt enim audi-
• tam aliquando vocem in Silo, quæ diceret,
• nasciturum esse puerum Samuelem nomine,
• qui populum à tyrannico Palestinorum domi-
• nato, seu assidua incurratione liberaret. Quare
• cum hanc suæ familie laudem omnes expe-
• rent, si quis nasceretur filius, Samuelis illi
• nomen imponebant; sed rei eventus aperte
• demonstrabat, de alio Samuele illum esse ser-
• monem. Cum autem Anna eodem, quo alia,
• consilio datam à Deo infantem Samuelem vo-
• casset, cui nomini grandis prius à Domino fo-
• rent promissa, optat precaturque Elcana, ut
• in suo Samuele Deus promissionem illam im-
• plectat, quia ante illud tempus nemo consecutus
• fuerat. Hæc Hebræi; quorum commentum
• optime impugnant Abulensis et Lyra. Nec enim
• Anna ideo Samuelis nomen indidit filio, quia
• magnum aliquid huic nomini promissum au-
• dierat, sed quia à Domino prius illud postu-
• lasset.

Ego in verbo nullum intelligo promissum,
• sed tantum opus. Nōrunt autem qui sunt in
• sancta lingua versati medicorum, nomen *da-*
• *bar*, latine *verbum*, tam latè patere, quam latè
• patet *res*. Quare *videre, cognoscere, aut facere*
• *verbum*, idem est, quod *facere, aut videre rem*.
• Ab exemplis abstineo, quia nusquam non oc-
• currunt. Verbum igitur hoc loco erit, Samue-
• lem à Domino fuisse concessum. Quod opus
• non videretur esse completum, si puer in ætate
• adhuc infantili decederet; quia neque satis es-
• set factum Annæ desiderio, si ex utero trans-
• ferretur ad tumulum; neque voto, quo filium
• sacro ministerio in perpetuum adfixerat. Pre-
• catur ergo Elcana, ut Deus verbum, id est,
• opus suum impleat; id est, ut opus, quod
• tunc videbatur inchoatum, absolveret, et infan-
• tem servaret inchoatum, donec in virile robur,
• aut in senilem maturitatem adolueret. Non
• longè hinc abiit Abulensis, qui putat sub eâ
• conditione à Deo datum esse filium, ut templo
• ministraret, quia id Anna, dum oraret promi-
• serat. Quod opus perfectè adimpleri non po-
• terat, nisi diuturna vita Samueli contin-
• geret.

Multa hic aliqui ommissa fuisse putant ab Annâ,
• quæ tamen prescriberet Judæorum religio. Ut
• quod in statuto die templum non obierit, quando
• Elcanam tota familia comitata est; quod filium
• non presentaverit in templo, cum esset primo-
• genitus; quod denique purificationis legem
• non impleverit. Solutiones alias alii afferunt;

de quibus vide Abulensem à q. 27. Ego, quod
• ad primam questionem attinet, dico nihil ad-
• mississe, aut omisisse contra legem Annam, quia
• lex illa masculos tantum ad templum, seu ta-
• bernaculum vocabat. Exod. 34: *Tribus tempo-*
• *rius anni apparebit omne masculinum tuum in*
• *conspectu omnipotentis Dei Israel.* Idem Deuter.
• cap. 16, v. 16. Quod ad presentationem pueri,
• matrisque purificationem attinet, non video
• cur quis hoc loco dubitare debeat. Tantum hic
• negatur cum Elcanâ uxorem Annam ascen-
• disse, sed ascensus isto sine dubio fuit in aliquâ
• illarum trium solemnitatibus; in quibus ma-
• sculorum fiebat ex lege in tabernaculum gene-
• rale comitium; neque enim erat cur alio
• tempore ascendere Elcana cum totâ familiâ
• deberet. Tunc verò temporis non tenebatur
• Anna cum aliis adire tabernaculum, nisi forte
• dicamus, quadragesimum à partu diem in
• solemnem illum diem incurrisse, quod non
• credo.

Puto igitur ante hoc tempus, quadragesimo
• à partu die, sicut alias feminas, obtulisse Annam
• tabernaculum, et duas presentationis ac pu-
• rificationis leges implevisse; deinde rediisse
• domum, ut postquam à lacte depulisset in-
• fantem, iterum rediret, illo ad sacrum altaris
• ministerium in tabernaculo relicto. Neque huic
• cogitationi incommodat, quod neque purifica-
• tionem matris, neque filii presentationem in
• sacris monumentis habemus; tum quia non
• omnia que contigerunt, sacra prodit histo-
• ria; tum deinde, quia, que communia sunt
• omnibus, neque aliquid peculiare continent,
• quod notari debeat, mandari non solent monu-
• menti.

VERS. 24. — *IN VITULLIS TRIBUS, ET TRIBUS MODIS*
• *PARINE, ET AMPHORA VINI.* Non inveno legem
• illam, que cum tribus vitulis totidemque fa-
• rine modis, et vini amphorâ, dedecit ad taber-
• naculum puerum jubet, cum consecratur Do-
• mino, et incensat, aut solvit Nazaraei votum.
• Quare existimo hostiam illam et libamenta, que
• obtulit Anna ablactato puero, fuisse non conse-
• cratam, ut ita dicam, sed pacificam, in gra-
• tiarum actionem, quod filium à Domino, ele-
• menti ac liberali manu recepisset. Hostia vero
• pacifica, ut habes Num. cap. 15, erat e bobus,
• sive ovibus, cui farina admiscebatur et vinum;
• que omnia attulit gratâ ac liberali manu Sa-
• muelis mater. Ex tribus autem vitulis unus
• tantum immolatus est, ut statim dicitur v. 25;
• duos autem alios aut dedit sacerdoti, cui filium
• commendavit, aut pro statis atque solemnibus

victimis reliquit in templo. Tres autem attulit
• farinæ modios, et vini amphoram pro illo tan-
• tum vitulo, qui immolatus est, quia duo alii
• aut dati erant dono sacerdoti, aut ad templi
• sumptus necessarios relictæ. Pro singulis autem
• vitulis offerendum esse unum ephi, habemus
• Exech. cap. 46, v. 7: *Ephi per vitulum, ephi*
• *quoque per arietem facient sacrificium.* Ephi
• verò tres habet modios. Quare Anna ad vitu-
• lum unum, quem immolari voluit, satis attulit
• pro libationibus farinæ. Ubi Vulgatus *tres mo-*
• *dios*, Hebr. est *ephah*; quod Vulgatus apud
• Exech. reddidit *Ephi*.

Hic porò observandum, aliter transtulisse
• Septuaginta, et pro *tribus vitulis*, reddidisse,
• *vitulum unum triennale.* Et ita legit hic Theo-
• doretus q. 5, et Chrysostomus homil. 3 de fide
• Anna, sed minus, ut cullebit promptum est
• videre, ad textum Hebræicum. Est tamen ad
• moralem sensum gravis illa Septuaginta trans-
• latio; nam vitulus ille triennis, triennis item
• pueri personam referebat, eodem natus est
• tempore, cum illo crevit; crevit tamen, ut cum
• triennis esset, duceretur ad aram, et cultum
• subiret; sic etiam crescebat Samuel, ut avul-
• sus ab ubere victimæ fieret. Quia reverè qui
• Deo consecratur, qualis est religiosus et sa-
• cerdos, mortem subit; quia ut Deo in omnibus
• obtemperet, et Christum induat, necesse est,
• ut à se ipso deficiat, exuatque veterem homi-
• nem; quod qui facit, ille seipsum immolat.
• Neque enim aliud est, quod Christus monet
• abnegare se ipsum. Docuit hoc Theodoretus
• Septuaginta translationem secutus, qui sic de
• Annâ q. 5: *Cum primum ablactasset, cum obtulit*
• *Deo (1), et cum eo vitulum ei tempore æqualem,*

(1) S. Hieronymus (ad Ruth): « Quid tam
• plium quam sanctæ matri sanctum filium
• custodire? Anna Samuelem non sibi, sed ta-
• bernaculo genuit. » S. August. (in Psalm. 98):
• « Natus Samuel fuit apud matrem tempore la-
• ctis: mox ut cumablactavit, dedit in templum
• et ut ibi cresceret, ibi roboraretur in spiritu,
• et ibi Deo serviret. » Hinc S. Gregorius Na-
• zianz. (Orat. 40) episcopus Annæ docet matres
• debere suos filios ab infantia Deo consecrare.
• Audi S. Hieronymum (Epist. 7 ad Letam de
• Institut. filia): « Samuel nutritus in templo,
• et Joannes in solitudine preparatus; ille sacro
• crine venerabilis est, vinum et cicera non
• bibit; adhuc parvulus cum Domino sermo-
• cinatur. Hic fugit urbes: zonâ pellicæ cin-
• gatur, locustis altior acnellæ sivestri, et in
• typum penitentia prædicanda tortuosissimi
• animalis vestitur exuvias. Sic eruditus est
• anima que futura est templum Dei. Nihil
• aliud dicitur audire, nihil loqui, nisi quod
• ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non
• intelligat, cantica mundi ignoret, adhuc te-

qui pro eo accepit mactationem et sacrificium. Neque est improbabile, vitulum illum altissime domi, ut sapius occurreret oculis et immolationis opus, et immolandi pueri familiaris effigies. Et sicut vitulum illum mollior educationem tanquam aleum intuebatur, utpote altari ac templo destinatum, illumque quasi rem Deo sacram observabat, sic etiam filium, cuius in vitulo contemplantur imaginem, tanquam aliquid alienum, et Deo altarique devotum aspiciat et venerabat. Sic sanè homil. 3 de fide Annae meditatur Chrysostomus : « Conspiciat, inquit, infantem illum non tantum ut infantem, verum etiam ut rem Deo consecratam : coque matri geminus amoris stimulus insidius est, alter à natura, alter à gratiâ. » Ac mox quidem sententiam etiam reverebatur operum suam. Etenim si qui phylas, pœcœ lavæ aureæ Deo dicatari sunt, posteaquam ea jam concepta acceperint, dominicis reperuerint, nequaquam ac tanquam profana vasa intuentur, sed tanquam Deo sacra : neque audent ea temerè, cœrque causam contingere, quæmodòlibet cœtera. »

Illud hic notare lubet antiquum fuisse morem, ut cum puer primum susceptus esset in lætæ, aliquid statureretur illius diei ac pueri monumentum : quod plerumque fiebat depictæ arboris, que cum puero crescente ipsa quoque sensim adolesceret : in qua sibi, si quando filius abesset, domo, parentes filium habereat quodam modo presentem, et suam solitudinem, et natæ desiderium salarentur. Sic sanè docet Hygnatus, dum Maronis describit vitam. « Virga, inquit, populea more reposita in puerperis eodem statim loco deposita, ita brevi coarbit, ut multo ante satas populus adæquirit. » Eodem quo natus est die Marius, plantata ereditur quereus : que ab illo Mariana vocata est, de qua Cicero lib. 1 de Legibus.

PERE AUTEM ERAT ABRUQ INFANTILIS. Hebraicè, *naar naar*, que geminito valde pusillimum atque tenellum infantem esse docet, qualis est triennis, qui jam incipit cibis uti pro lacte (1).

« perà lingua ipsius dulcibus imbutur. » Et pluribus interjunctis : « Nutriatur in monasteria, sit inter virginum chorus : jurare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum, et vivat angelicè, sit in carne sine carne, omne et hominum genus sui simile putet. »

(Corn. à Lap.)

(1) V. 25. — ET IMMOLEBAVIT VITULUM, ET CŒLAVIT PUEM HÆLI. AUG. S. CHRYSOSTOMUS, Homil. 1 de Annâ, dubitantem an Annæ,

VERS. 26. — ET AIT ANNA : OBSECRO, MI DOMINE, VIVIT ANIMA TUA, EGO SCILICET. Illud obsecro interjectionis obtinet vim, sicut alia verba plurima, quæ attentionem excitat, et captat cum quâdam animi submissione ; interponit autem iurandum, ut fidem apud Pontificem consequatur oratio. Est autem hæc apud Hebræos familiaris juramenti concipiendi forma : *Vivo ego, vivit anima mea, vivit anima tua*. Cujus sensus est : *Ita vivam, ita vires ; aut, ne vivam, et sciens fallo ; vel certè, tam est hoc certum, quam me vivere*. Porro *anima mea*, idem est, quod *ego ; anima tua*, quid tu, ex familiari Hebræorum idiomaticè.

VERS. 28. — HÆC ERAT ET EGO COMMODAVI EN DOMINO CENCTIS DIEBUS, QUIBUS FUERIT COMMODATUS (1). Quia Deus donavit Annæ filium, id an Samuelis virtutem magis mirari debeat. « Cùm solent, inquit, indignari pueri, quoties à lacte depellantur ; nec ipse puer agrè tulit à matre divinus, sed ad Dominum respexit, qui matrem creaverat, nec ipsa mater se donat à puero sequenda, propterea quod naturalis affectus videt interveniens gratia, et uterque se alteri convivere estimabat. »

(Corn. à Lap.)

(1) Ad litteram : *Ego commoda Domino omnibus diebus, quibus fuerit ipse commodatus, obsecro illum ac oblationes, ut permittat Domino quandovis ipsum retinere opportunum Deo videbitur*. Cùm usum rei alienus alteri quis permittit, lamdiu retinendum quàm diu accipienti placuerit, toto eo tempore abdicat à se jus utendi et rei, eius dominium in alterum remittit. Agnoscit Anna, habere se filium à manu Domini, atque acceptum restituit, quàm diu suis obsequiis illum retinere voluerit. Non toto quidem vite sue tempore Samuel in tabernaculo fuit ; ut enim ad munus iudicis Israelis erectus fuit, sedem habuit in Bamatha. Deus simul illum iudicem destinaverat, et simul pariter exemerat à servitute in tabernaculo per se exhibendæ.

Favos ego tamen, hæc phrasim, *commodare Domino*, non satis, quantum assecuror, congruere natæ Samuelis. Filium illa suam, antequam nasceretur, devoverat, voto absoluto et perfecto, nullâ restitutionis conditione : cùm verò sermo est de voti fide impediendâ, commodatò tantum filius conceditur, quod retenti dominii et proprietatis iudicium aliquod exhibet. Igitur textum Hebræum ita reddere maluerim, versiculo hoc cum præcedenti conjuncto : *Pro puero isto oravi Dominum, et didi petitionem meam, quam postulavi eum ; v. 28. Hæc ERAT EGO COMMODATA TANTUM DOMINO. Ipse est Dominus cunctis diebus, quibus fuerit. Hæc est commodata, que Dominus est. Ultra agnosco, rem esse Dominæ, non meam : juris est illius, mihi commodata ; que restitutum illum vultu : depositum restituit. SUMENS SACRIS HÆLI sequenti capite his verbis Anna respondens, ita affatur Elicanæ : *Reddat tibi Dominus semen de muliere hæc profavore (pro petitione), quam illa habuit ad Dominum, quod commodatisti Domino*.*

circo illa habens Deo reddidit, ac donat in perpetuum ; ita ut se non invitâ puer in templo serviat, quantum ipsius vita, aut voluntas tulerit. Neque enim filii vota parentum, que

Dominus reddat tibi filium alterum pro eo quem Anna petiit, ut Domino consecraret.

(Calmet.)

Les mères chrétiennes ont dans la piété de cette femme un excellent modèle du soin qu'elles doivent avoir de leurs enfants. Elle ne désire d'être mère, qu'afin d'avoir un fils qui soit tout à Dieu. Elle le lui demande, pour le lui rendre après l'avoir reçu de lui. Rien n'est plus tendre que l'affection qu'elle a pour un fils si digne d'être aimé, et obtenu du ciel après tant de vœux. Et néanmoins elle se prive volontairement de la consolation de le voir, de peur que le commerce qu'il pourrait avoir avec tout ce qui viendrait tant soit peu de la contagion du siècle, ne ternit en quelque sorte la pureté de son innocence. C'est pourquoi elle veut que, dès son enfance, la maison de Dieu soit la sienne ; qu'il soit élevé parmi des personnes consacrées au ministère de son autel ; que la piété lui devienne comme naturelle ; que tout ce qu'il voit, et ce qu'il entend le conduise à Dieu, qu'il s'avance dans son amour à mesure qu'il croît en âge, et qu'il ne vive que pour le servir.

C'est là le modèle que les Saints ont proposé souvent pour ceux qui sont destinés à entrer dans le ministère et les dignités de l'Eglise. Ils ont vu, comme il a été souvent prescrit par les saints Canons, que leur vertu fut fondée sur la grâce de leur innocence et de leur pureté, afin qu'ils n'aient crû sans aucune interruption, durant plusieurs années, elle devint assez forte pour porter un poids aussi grand qu'est celui du sacerdoce de J.-C., et de conduire des âmes, qui sont le prix de son sang. Plus à Dieu que cette bienheureuse femme eût plus d'imitateurs dans ce siècle qui a tant d'avantages au-dessus du sien. Mais on peut dire qu'au sien cette sainte a servi en ce point les règles évangéliques et apostoliques avant le temps de l'Evangile et des Apôtres, et qu'elle a été chrétienne, selon l'expression de saint Augustin, au milieu des Juifs. On voit aujourd'hui, au contraire, un grand nombre de pères et de mères qui, étant chrétiens de profession, se conduisent d'une manière tout à fait judaïque et toute terrestre à l'égard de leurs enfants. Après s'être mis fort peu en peine de leur procurer une éducation qui soit quelques rapports avec la renaissance divine qu'ils ont reçue, ils choisissent pour le monde et pour la satisfaction de leur vanité tout ce qu'ils ont de plus cher et de plus précieux parmi leurs enfants, et ils ne donnent à Dieu que ce qu'ils estiment le moins, et souvent même ce qu'ils regardent comme le rebut et la charge de leurs familles.

Il suffit d'avoir marqué en un mot un si grand désordre. Mais les pères et les mères qui ont été éclairés de Dieu pour s'acquiescer de ce premier de tous les devoirs, doivent avoir une extrême consolation en considérant combien Dieu a béni la piété de cette mère si sainte, non seulement en lui donnant un grand nombre d'enfants pour ce fils unique qu'elle lui

personalia dicuntur, implere tenentur. Atque idè prædens mater offert filium sacerdoti ac templo, ita ut sibi necessitatem imponat, nunquam illum à templo revocandi ; non tamen filio, ut si voluerit, cum plenum haberit rationis usum, aliter de se vitæque modo statuerè possit. Ita videtur locus iste, quem alii variè accipiunt exponi posse : aliter enim otiosum videretur illud, *cunctis diebus, quibus fuerit commodatus*.

Notat hic Chrysostomus, homil. 3 de fide Anna, consecrato Samuele, et addito tempore ministerio, ipsam quoque matrem Divino consecratam esse ministerio ; que ut à seipsâ abesse non poterat, sic etiam neque à filio, qui ubique esset, materna secum viscera traheret. « Dùm talia, inquit, loquitur, se ipsam quoque dedicavit cum puero, quasi solido et quodam naturæ affectu se ipsam templo assignans. Etenim si ubi est thesaurus hominis, illic est et cor ejus, multo magis ubi puer mulieris, tibi et mens illius erat. » Quod explicari similitudine poterat, quam paulo ante adluserat Chrysostomus, ubi vult matrem, et illius palmis sobolem assimilat. « Eodem in loco fixa vitis in longum producit palmites, et ut va multo intervallo pendens, cum radice habet commercium, ita et in hac parte accedit femina, que in urbe manens usque ad templum extendit suum palmitem, » etc. Exemplo Annæ docent Nazianzenus, et Chrysostomus filios esse consecrandos Domino, et etiam adhuc teneram sanctis esse moribus informandam ; ille oratione 40, hic homil. 3 de Annâ. Quomodo Anna typus sit Ecclesiæ, vide Gregorium hic, Cyprianum lib. de Oratione Dominica.

ET ORAVIT ANNA, ET AIT (1). Totus ille sive

Hae mihi multo probantur magis, quia et ipsa non difficile veniunt ad textum, et quia magnos habent patronos, quorum nomen omnes merito suspicant. Dicam tamen, quod mihi etiam videtur non difficile, neque illud cuiquam persuasivo. Videtur hic Anna non hae asserere de uno Samuele prophetando, sed de omnibus, qui, suis freti viribus, pauperibus et iustis, quorum Deus causam et tutelam suscipit, imo et ipsi Deo illorum patrono ac vindicti bellum indixerunt. Quibus etiam, extremamve fortunam praedicit, sumpto argumento a superioribus saeculis, in quibus hostes nimium victoris atque opibus insolentes, ejaentatis desuper cum ingente fragore fulminibus extinxit. Quasi dicat: Extinxit oīa Deus tonando, et fulminando de caelo potentissimos hostes, qui contra populū suū commissum fidei aris sumptuerunt; neque minori stulto, non alio successu, eodem modo adversarios sibi populoque regno ac iusto, fulminando concidit. Ubi Hebraeorum more supplicia est similitudo, sachant que e'est par cette porte qu'il a voulu lui-même entrer dans sa gloire. (Sacy.)

diuis nota. Quod autem aliquando Deus de caelo pro populo in summā desperatione ac metu dimicaverit, armis usns coelestibus, multa doceant exempla, quae pro suā magnitudine ignorata esse Annam non est verisimile. Primum Genes. cap. 19, v. 24, de caelo Deus jaculatus est ignem, quo delagravit temporis momento Pentapolis, quān etiam mare Mortuum absorbit. Deinde contra Aegyptios non semel ē caelo dimicavit: Exod. 9, v. 25: Dominus dedit tonitru, et grandinem, et discurrentia fulgura super terram, quāloque Dominus grandinem super terram Aegypti. Josue cap. 10, v. 11: Misit super eos lapides magnos de caelo usque ad Azeca, et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quān quos gladio percussissent filii Israel. Item Judic. cap. 5, v. 20: De caelo dimicavit est contra eos: stella manentes in ordine et curam suo, adversariis Sisaram pupaverunt. Hinc, credo, ortum est proverbiali formā, ut magnum aliquod auxilium, quod a Deo provenit, hoc ipso, aut simili dicendi modo significetur. Sanē nihil ejusmodi accidit Davidi, qui tamen cum saepe a Deo contra hostes numero ac rebere praestantes adjutus esset, similia sibi contigisse praedicat. Sic autem ille Psal. 17, quem et ex ejus titulo constat, tunc cecinit, quando eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saül; dixerat v. 8: In tribulatione meā invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de templo suo sancto vocem meam. Deinde, eūm quale foret divinum auxilium, explicat: sit v. 16: Intonuit de caelo Dominus, et Aethiopus desit vocem suam, grandis et carbones ignis. Et misit sagittas suas, et dissipavit eos; fulgura multiplicavit, et conturbavit eos. Sic fortasse eūm Anna dicit: Super ipsa in caelis tonabit, nihil significat aliud, quān auxilium missum esse de caelo, et favente Deo concisum fuisse, aut exanimatum inimicorum exercitum, et principes deturbatos ē solo; et pauperis, quique superiorum potenter opprobrii, in sublimem gradum exaltatos. Hae mihi non improbabilia; in priorem tamen explicationem prior est assensus.

Dominus invocavit fixas terrae, et dabit incrementum regi suo, et multiplicabit regnum Messiae. Hae item ubi prophetae pulant ab (1) Hebr. et Chald. Messia suo; adverte Annam esse primam in Scriptura quae hic exprimat nomen Messiae sive Christi; hincque enim in Pentateuchō, Josue et Jedic, nomen Christi non audivimus. Chald. hae referens ad tempora Antichristi, Gog et Magog, sic verit: Faciet ultimum de Gog et Magog, et exercitū gentium

Annā praedicta. Quae plerique de Christo capiunt, cui Deus judicariam dabit potestatem, ut fines terrae iudicet, quos ante superbi principes moderati sunt, quique regnaceparum, seu potius iugum, non tam suis, quān subalteri humeris imposuerunt. Hos igitur terrae fines longe aliter iudicabit ac moderabit Christus, qui, ut de illo Isaias cecinit cap. 9, totum imperi sui pondus ipso portavit: Factus est principatus super humerum ejus. Commodē autem de Christo jam rege ac iudice sermo inducitur propheticus, quia prius depositos esse dixerat ē regali, aut regali proximo solio principes, quique de se vana loquebantur et magnifica; pauperes verō et iustos exaltatos. Horum magister et exemplar fuit Christus, quo nemo in terris magis ab omni naturae subsidio, nemo ab omni dignitatis publicae splendore atque ornamento nudus. Adeo ut virorum novissimum, et ut loquuntur physici, minimum quod sit, vocavit Isaias cap. 55, et ipse Psal. 21, vermem se appellat, et non hominem, opprobrium hominum, et plebis abjectionem. Huic igitur Deus tanquān iudici judicariam virgani, et tanquān regi summum tradidit imperium. Spectasse verō in Christo abjecto et paupere, id quod in pauperibus aliis Deus spectare solet, ut illos nempe ex pulvere suscitet et stercore, ipsa statim aperit prophetissā, dūm ait: Et sublimabit cornu Christi sui, id est, cujus cornu abjectum et fractum esse vultu illum confirmabit, et in sublimem attollet ordinem et locum. Quid aptem sit exaltare, seu deprimere carum, paulo ante diximus in principio captis.

In hunc sensum accipiunt Chaldaeus, Abuleusis, Hugo, Dionysius, Janenius, Lyra, et ex parte Theodoretus et Euthymius. Alii hae de Samuele accipiunt qui iudicavit Israelē; et de regibus, qui illius loco princeps rem curaverunt publicam. Et de hoc argumento tertiam raptorum qui venerat ex finibus terrae, et dabit fortitudinem regi suo, et multiplicabit regnum Messiae sui.

Tropologice S. Augustinus, lib. 7 Civit. 4, hae aliter tribuit fidei sancto et beato: hic enim est Christus, ad est, victus, scilicet christus Christus, in Bagiano et Gondermatione, ideoque quasi athleta, victor, rex et triumphator mundi, carnis et diaboli, cum Christo regnabit in caelo per omnia saecula. Porro hae aliter exponit R. Jonathan filius Uziel in translatione sua Chaldaica, eumque sequuntur Rabini posteriores, qui negant Christum venisse, unde hae a Christo detorqueant ad Levitarum successum, potentiam et victorias, quas habuerunt erant sub Samuele, et deinde sub Machabaeis, quibus illos Deo revelante Anno praeservit, et hic praeservit. (Cern. à Lap.)

Abuleusis expositionem instituit; et indicat Septuaginta transito, quae, pro rege, in plurali numero, reges additum. Neque mihi displicet, si ita hunc locum in cantico postremum interprete, et Deus auster imperium a rege non suo, id est, qui consilia sua divina voluntati non subdidit, qualis est vir potens et princeps in populis; et tradat regi suo, id est, iusto, qui voluntati Dei in gubernando attemptabit suam, vivetque instituetque alios iuxta legem sibi datam a Domino. Atque ideō illius coram, atque potentiam, quam principum arrogantia pessumdat, quod plus habet auctoritatis, in sublimem locum excitabit. Hic finitur Annae canticum; deinde peroxitur Samueus historia.

Vers. 11. — ITERA AUTEM ERAT MINISTER IN CESSIVIT DOMINI ANTE FACIEM HELI SACERDOTIS (1). Reversus est Eleazar cum uxore totaque familia in Ramatha, et infantem triennem reliquit in templo, ut Leviticam operam navaret sacerdoti, et interim dūm aliqui reboris accederet atalinea, sui ordinis ministeris assuesceret. Quis autem in templo tantillus puer praestare poterit, non videtur; aliquid tamen opere impendisse sacerdotis imperio, praesens hic locus indicat. Chrysostomus tom. 4 Homil. de Samuele, non exiguum indicat a triennali puero datam operam sacerdoti. Quod ego sic interpretor: Opus sacerdotis est alius ad hominam mentem, et pietatis studium institueret; quare qui ad hunc usum aliquid conferat opera, sive exemplo, sive labore suo, ille sanē cum sacerdote facit, et aliqui illum sollicitudine allevat. Neque ille minus est in conspectu Domini, quān sacerdos, quicumque alii fuerit; quia Deum praesentem habet, et assiduum sibi, cujus studia ac voluntati servit. Quemolō vero

(1) Audi S. Aug. in Psal. 98: e Samuele quid fecit infans ad templum datus? longevitatis et ante inter sancta sacramenta per se legit, ab e in mente atate famulus Dei. Ipsius enim praemittitur, et potius aqua erat, ait Josephus, et et quidem usque ad ejus mortem, et inquit Philo de Nazareno cap. 4, 57. Audi S. Hier. Epist. ad Levitam de Insit. filio: e Anna filium e quem Deo voverat, postquam altum in tabernaculo, nunquam recessit; indecens arce creverat, quae adhuc alius filius labore encephat. Denique postquam concessit ei pepercit, non est una ad triennium accedens, et e vena apparere coram Domino, nisi prius reddiderit quod debebat: talique immolito sacrificio reversa domum, quoniam liberis sibi gerit, qua primogenitum Deo pepercit. Miraris felicitatem sancto ministeris? imitare eodem. (Corn. à Lap.)

hunc usum sacerdoti ac populo præbuerit, indicat Chrysostomus supra: « Quamquam puero, » inquit, » ætas erat immatura, virtus tamen » aderat matris; nam ascendentibus in templum omnibus multa religionis ac pietatis » magister factus est. Siquidem illi, dum inquirant discentque modum natiuitatis illius, » abunde magnum solatium accipiebant spei, » et quæ erant Deum. Neque quisquam viso » puero tacitus descendebat, sed omnes glori » ficabant illum, à quo prius spem datus » erat. » Hæc Chrysostomus. Sed addo ego, ministrare Samuelem Deo coram Heli, eum molestiam docet in templo seruari, eum tantum in conspectu Domini genibus insistit, eum orat et silet, quod in ætate illa triennali perquam rarum est; eum rixidum natum, iam se totum Deo, habitu ipso, si quis erat Nazareus peculiaris cultus, consecratum esse fatebatur. Sanè ephod illud lineum, quod singulis annis accipiebat à matre, aliquid indicabat divino destinatum cultui; et res erat ad pietatis studium perquam gravis, videre infantem Heli iam ordini deuotum, in quo multa inueniebantur humanæ commoditati contraria. Nazareus enim neque ensariem tonsione deponit, neque vinum, et quod ex ura nascitur, gustare permittitur. Hæc verò populo, qui delicias capiat, et voluptatis sensibus impensè indulget, magno ad temperantiam incitamento sunt. Alia ministeria infanti Samuehi Abulensis attribuit, q. 8, ut, quod custodiret tabernaculum, excubaret ante arcam, aperiret, et clauderet tabernaculi portas. Sed hæc in infanti Samuele ætatem aptè cadunt, in infantem nullo modo; sicut alia que Vatablus meditatur. Ego, si ætatem illam triennalem considerem, nullum aliud in Samuele ministerium intueor: sed fortassè hic de aliâ etiam ætate iunioris adultæ sermo est, in qua in tabernaculi custodia ac curâ magno Samuel sacerdoti potuisset esse subsidio.

ANTE FACIEM HELI. Quid sonet littera, difficile non est, nempe assistere semper Samuelem Heli, et ab ejs in omnibus rebus pendere; sicut seruis dicitur esse curam domino, aut ante domini faciem, ita ut à domini oculis nunquam oculis dimoveat suos. Præterea erat ante sacerdotis oculos, ne quid faceret, quod lateret magistrum, aut quod seuerâ sacerdotis lingua non corrigeret. Quod ut in omni ætate necessarium est, sic etiam maximè cum rudis est ætas, et non aliter quam mollis cæra in varias imagines formari potest. Ad morum autem

innocentiam plurimum habet momenti alienus oculus, siue ille sit Dei, qui nusquam abest, quippe intima spectat animi consilia; siue humanis, qui nostra et videat attentè, et acutè corrigat. Senecam audi, qui ad formandos et continendos in officio hominum mores plurimum in hoc documento statuit esse momentum. Qui sic ad Lucilian lib. 1. Epist. 10: « Sic vive » cum hominibus, tanquam Deus videat; sic » vive cum Deo, tanquam homines audiant. » Et eodem lib. Epist. 11: « Aliquis vir bonus » nobis eligendus est, ac semper ante oculos » habendas, ut sic tanquam illo spectante viuamus, et omnia tanquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat. Aliquem habeat animus, quem veneretur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O fellicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque ejus se componat, atque ordinet! Elige itaque Catonem: si illic tibi videtur nimis rigidus, elige missoris animi virum Laelium; elige eum, cujus tibi placuit vita et oratio, et ipse animam ante te ferrens, et vultus illius tibi semper ostendit, vel custodem, vel exemplum. »

VERS. 12. — *FORO FILII HELI, FILII BELIAL: NECIENTES DOMINUM, NEQUE OFFICIUM SACERDOTIS AD POPULUM (1). QUINAM SINT FILII AUT VIRI BELIAL,*

(1) Sensus aliter, longè diversus à Vulgatâ, tribui posset Hebræo: *Necientes Dominum, et hoc officium illorum ad populum, eos qui immolabant victimas. Puer, vel famulus sacerdotis habebat fasciculum tridentem in manu sua. Vel aliter: Et in sacerdotum ad populum hæc erat; hoc sibi juris usurpabant. Posterior hæc interpretatio placet multis; sed et interpretatio Vulgatæ, quæ membris præcedentis negationem repetit, aequè litteræ coheret. (Calmet.)*

Or les enfans d'Héli étaient des enfans de Bélial. Les enfans d'Héli sont appelés des enfans de Bélial, c'est-à-dire, selon saint Jérôme, des hommes sans loi, sans loi et sans conscience. Et il est dit d'eux, qu'ils se commettaient à Dieu, et les obligations des prêtres envers le peuple. Car il était prescrit dans l'Écriture quelle devait être la part des prêtres dans la distribution de l'hostie qui était offerte, et il est marqué en quelques endroits, que l'épaulé et la poitrine leur étaient particulièrement réservés. Mais ceux-ci au contraire en prenaient par force indifféremment tout ce qu'il leur plaisait.

Il avait été aussi ordonné que l'on offrir à Dieu d'abord la graisse de l'hostie; et ils viciaient au contraire que l'on en prit pour eux de la chair avant toutes choses, se préférant à Dieu même dans ce partage, selon qu'il est marqué dans la suite. Ainsi ils renuersaient une ordonnance divine, et ils viciaient substituer en sa place une coutume nouvelle et inique que leur caprice avait inventée. Ils irritaient et

supra à nobis cap. 1, dictum est. Sunt autem illi, qui aut legis nunquam subierunt jugum, aut cum aliquando recepissent, excusserunt à collo. Qui quo suis obsequantur commodis, aut voluptatibus, nihil habent pensi, quid recta ratio, quid lex humana vel divina prescribat. Quid autem sit *filii Belial*, id quod statim adiungitur, optimè declarat, quod est illius accommodata descriptio. Qui nescit nempe Dominum, id est, qui de Deo non magis curat, ac si Deus non esset, aut certè formatus ex argilla, aut dolatus è ligno, in quo nullus esset spiritus ac sensus. *Scire autem, cognoscere*, et similia, in Scripturâ sacrâ idem est, quod opere complere quod scias. Quod si ex tuâ cognitione, quæ practica esse debet, nullus sequatur cognitioni consequens, et accommodatus eventus, existimaberis iuxta prudentum hominum sensum, nullam habuisse rerum cognitionem, quia illa mortua est, aut otiosa. Quæ de re sæpè à nobis dictum est. Eodem modo dicuntur nescire sacerdotum officium, qui licet ritus omnes sacrificiales nossent, longè tamen erant,

ils scandalisaient le peuple en violant les lois que Dieu leur avait données par Moïse, au lieu que c'était à eux à les faire observer aux autres avec une exactitude religieuse. (Sacy.) « Une plainte (des incrédules) contre les prêtres, c'est que, sous Héli assailli par les ans, ses enfans commettaient les plus grands excès, des exactions, des impudences: cette licence et cette tyrannie produisirent enfin une révolution; le peuple, las des prêtres, demanda un roi. »

Idè la chronologie est aussi maltraitée que l'histoire.

1^o Entre le sacerdoce de Phinée et le gouvernement d'Héli, il s'est écoulé plus de trois cents ans: il y a eu douze juges ou chefs de la nation qui n'étaient pas prêtres. Débora, juge du peuple, était une femme. Entre Phinée et Héli, il y eut six pontifes auxquels l'histoire n'attribue aucune autorité civile; ils n'ont donc pas pu contribuer à la corruption des mœurs par un mauvais gouvernement.

2^o Les plaintes mêmes formées contre la conduite des enfans d'Héli démontrent que la corruption n'était pas générale; que lui-même n'avait donné lieu à aucun reproche; jusqu'à l'âge de quatre-vingt dix ans, ce vieillard avait toujours honoré sa dignité de grand-prêtre par une vie irréprochable. Son seul défaut fut d'avoir eu trop d'indolence et de mollesse pour châtier et corriger ses enfans.

3^o Ce ne fut point sous Héli que le peuple demanda un roi, mais sous Samuël. Or Samuël n'était pas grand-prêtre, quoique de la tribu de Lévi et de la famille de Gaath. Le peuple ne se plaignit point de son gouvernement, mais de la conduite de ses enfans lorsqu'il fut avancé en âge. On suit donc les preuves du mauvais gouvernement des prêtres? (Duclot.)

ut illos in sacrificando religiosè seruarent, ut docent quæ mox dicuntur.

VERS. 13. — *SEN QUICUNQUE IMMOLASSET VICTIMAM, VENERAT PUER SACERDOTIS DOMI COGURENTER CARNES, ET HABERAT FUSCULAM TRIDENTEM IN MANU SUA. MULTA PECCABANT HI DUO SACERDOTES ET SACERDOTIS MAGNI FILII, QUI HOC LOCO SACERDOTIS VOCANTUR PUERI. PRIMUM, QUIA CUM EX VICTIMA TANTUM SACERDOTI DEBERENTUR PECTUSCULUM ET ARMUS (EX VICTIMA, INQUAM, PACIFICA, DE QUÀ HIC VIDETUR ESSE SERMO (LEUIT. CAP. 7), IPSI TAMEN AUT RESPUERANT HAS PARTES, UT ALIAS, QUÆ SIBI MAGIS ERANT AD PALATUM, ACCIPERENT; AUT CUM IPSI ALIAS ETIAM TOLLEBANT È SOLIDÀ VICTIMÀ, QUÆ VEL AD DEUM DE MORE, VEL AD VICTIMARUM DOMINOS PERTINERENT. ET ID NULLO MAGIS VIDETUR AD LITTERAM; ET ACCOMMODATE NAM DUM CARNES DE MORE COQUERENTUR, SACERDOTIS PUERI, OPHNI VIDELICET, ET PHINEES, AUT CERTÈ EORUM NOMINE PUERI IN EAM CURAM MISSI, CUM TRIDENTE FUSCULUM CAPIEBANT EX LEBETE, VEL OLLÀ, SEMIOCTES CARNES, QUASCUMQUE FERREUM ILLUD TRISULCUM INSTRUMENTUM EXTRAHERET; UT DEINDE, PRUT SACERDOTES ILLI VELLANT, ATTEMPTATÈ AD ILLORUM PALATUM VARIÈ CONDIRENT, CONTRA QUAM LEX STATUEBAT ANTIQUA; QUÆ NON ALITER QUAM ASSAS, AUT ELIXAS IMMOLATAS CARNES COMEDI JUBEBAIT. NEQUE HOC FACIEBANT QUI UNO, AUT ALTERO SACRIFICANTISSIMO; SED QUAM HOC ESSET IN RE SACRIFICALI LEGITIMUM, NEMO EX TOTO ISRAEL. QUI SACRIFICIUM ASCENDERET IN SULO, HANC SIVE VIM, SIVE INIURIAM DECLINARE POTERAT. Sic, inquit, faciebant universo Israeli venientiam in Sulo.*

Porrò, ut paulò antè dicebam, hæc intelligenda sunt de victimâ pacificâ, cujus pars aliqua ad Deum, aliqua ad sacerdotem, aliqua ad victimæ dominum pertinebat, ut liquet ex Leuit. cap. 3, ubi v. 9 prescribitur quid Deus ex victimâ pacificâ sibi seruatum velit. *Offerent, inquit, de pacificorum hostiâ sacrificium Domino adipem, et caudam totam cum renibus, et pinguedinem quæ operit ventrem, atque uirgulas vitulina, et utrumque reniculum cum adipem, quæ est iuxta sula, reticulumque jecoris cum renuculis, et adolebit in sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis Dei. Ad sacerdotem verò pertinebat pectusculum et armus dexter. Leuit. 7, v. 31: Pectusculum autem erit Aaron, et filiarum ejus: armus quoque dexter de pacificorum hostiâ cedet in primitiis sacerdotis. Quidquid præterea est reliquum, id totum victimarum domino relinquatur, ut habes statim v. 16.*

Ex victimâ pro peccato adipem, et reliqua,

que ex hostiâ pacificâ, Deus sibi vindicât; et præter hæc etiam caudam; Levit. 7, v. 5: *Offerret eæ eâ caudam et adipem, qui operit vitellum, duas reniculas et pinguedinem que juxta illa est; vitellumque jecoris cum reniculis. Et adolebit ea sacerdos super altare; incensum est. Domitâ pro delictis.* Reliquum ad sacerdotes pertinet, neque ex eâ quidquam sibi sumit, qui victimam obtulit. Statim y. 6, holocaustum totum est Dei, quia totum in altari comburitur, unde nomen accepit. Quare cum de holocausto nihil posset sumere sacerdos, neque illud coqueretur in olla, sed totum assaretur et consumeretur igni, non erat locus tridanti fuscinitæ, quâ carnes extraherentur ex olla. De victimâ pro peccato, non erat quod reprehenderetur sacerdos, si inde sumeret quidquam vellet, cum dempsit adipem et caudâ, reliqua cederent in sacerdotum epulas. Quare quo hæcâns dicta, de pacificâ victimâ intelligenda sunt. De his que sequuntur, fortasse alia ratio est (1).

VERS. 16. — ANTEQUAM ABOLERENT ADIPEM, VENIENS SUPER SACERDOTIS, ET DICENTEM IMMOLANTI: DA MIHI CARNEM, ET COCTAM SACERDOTI. Primum ex sacrificiis offerrebatur Deo in quo sibi ipse vindicabat et victimis: adeps videlicet, et illud de quo paulo ante in sacrificio pacifico et pro peccato dicebamus. Quod etiam institutum apud urbanos et bellos in convitiis observari cerimus. Primum enim aut ferculum, aut potum illi porrigitur, et aliquo in ordine superior est; quod cum esse possit bene instituti atque sospicati convivii. At isti irreligiosi et inurbani sacerdotes sumebant sibi primum in eo symposio, ino et alienum ferculum; nam antequam adoleretur adeps, car-

(1) IN LIBRIS, VEL IN CALDEARUM, AUT IN GELICUM, SIVE IN CARCHICUM. Quibusdam aliis voces exhibentur in statu originali a hæc aliquæ vasa distinguebantur facile inter se vel figuris, vel usâ, vel materia; sed discrimen illud accuratè defini vix ac ne vix quidem posset. Ex his autem intelligimus, moris fuisse apud Hebræos ut carnes hostiâ pacificorum ex aquâ coquerentur; quod non obtinebat apud Græcos autem sæculis, ut Athenæus animadvertit: *Hæbræi immolans boves, nec juremâ putat, nec elixat carnes aut cerebrium, sed putantur vitellæ que asiat; adeo prius vocat tenax fuit.* Ex Servio ad Iliad. Virgini. Eneidos 1. *Littore dæmon, locum aut, scribit athena non ad usum elixandi carnes, sed pedes lavandi; destinata fuisse; addit vero: Herodotus enim temporibus carne non rescebatur elixâ. Contrarium invenire videtur Hesiodus, vetans ne carnes sumantur nonsum sanctitate ex ahenis.*

(Calmet.)

nes et victimâ crudas extorquebant; neque incredibile est, quâ erant impudentia, et vicio turpitudine, cum carnis etiam abstulisse adipem et illa omnia que Deus è totâ hostiâ sibi reservarat. Quod ego tam de victimis pacificis, quam de illis que pro peccatis immolantur, intelligo; in utraque enim, quod est in victimâ pingue, comburitur, et adoletur Deo.

VERS. 16. — DICENTIQUE ILLI IMMOLANS (1): ESCENTATE PRIMUM JUXTA MOREM BOVUM ADEPS, ET TOLLE TIBI QUANTUMCUMQUE DESIDERAT ANIMA TUA. Modestissime immolantes sacerdotum audaciam, et nimis intemperantem ingulviam cohibebant; neque enim negabant aliquid ex eo quod ad se de totâ pertinebat victimâ (quod de pacificis erat, ut diximus), quodquid erant reliquum, præter adipem, quem Deo, et hauriam atque peccusculum, que sacerdoti lex sacrificialis designabat. Tantum enim orant, ut legitime Deo, quicquid illi debetur ex immolatiâ victimâ tribuatur, incenso prius adipem: de reliquo enim non laborant, liberent sicut se laturos, si à sanctitate, siquæ à lege destituta carnis, jejuni recedant. Sed nihil profecti hæc tam modesti atque humilis supplicatio apud eos qui non solum pudorem apud homines, sed etiam ipsam Deum omnino abjicerant Religionis officium.

Cur autem immolantes tam delectant ex vitima, in qua tanquam in imagine, personâ et

(1) *Calmet qui immolavit huius dicit: Que son frère bruler la graisse de l'hostie selon la coutume. Il paraît par là que le simple peuple étoit plus religieux envers Dieu que ces mauvais prêtres. Il conservait toujours beaucoup de respect pour leur dignité, et il témoignait leur vouloir être soumis en tout, pourvu qu'ils ne fussent pas ce qui étoit expressément défendu par la loi de Dieu. Et c'étoit cela même que ces ministres intéressés exigeoient d'eux. Ils s'étoient fait une règle contraire à la loi de Dieu. Ils voulaient qu'après lui suivre, et ils menaçoient de violence ceux qui ne s'y rendraient pas.*

Les enfants d'Abel n'exerçoient pas par eux-mêmes cette domination si injuste; ils en donnaient le soin à ceux qui étoient à eux. Mais l'Écriture ne distingue point ce que nous faisons par nous-mêmes, d'avec ce que nous faisons être à ceux qui nous sont soumis, et dont nous sommes responsables. Ainsi, ce seroit en vain que les premiers ministres de l'Église auroient l'attention pure et droite dans l'administration de leur charge, si la conduite de ceux qui agissent sous leurs ordres étoit violente ou intéressée, puisque non seulement ceux qui commettent l'injustice, mais ceux même qui y consentent en sont coupables; selon saint Paul. (Sacy.)

studium immolantis exprimitur, adeps et renes non immolentur priusquam reliqua in usum hominum veniant, illa potest moralis assignari ratio, quam in Epist. 128 ad Fabiolam tom. 5, adducit Hieronymus; qui in adipe, qui vitalia cooperit, et renibus, qui Deo ex victimâ primum omnium adoleant, aliquid agnoscit mysticum; de cordibus enim cogitationes exeunt, in renibus concupiscentiâ est. Hæc igitur primum omnium immolanda sunt Deo, in quibus totus sacrificatur homo, et fons totus libatur, unde reliqua profluunt, ex quo libamenta alia atque opera vim accipiunt inoralem, quâ placatur Deus, et ita afficiuntur in anima, ut illi odorem suavitatis inhalent. Quare jure plus quam optimo dolent, qui orant, ut primum adoleatur adeps et præcordia; ac si hæc prius Deo oblata non fuerint, reliqua, utpote minus ordinata, displiceant. Hæc verò igne cremantur, et non nisi in altari, cujus ignis est sacer, quia celestis ignis, qualis est Spiritus sanctus, aut qui est à charitate, omnino in renibus atque præcordiis humorem debet exurere, et que inde ebulliant cupiditates elidere.

QUI RESPONDENS AIEBAT EI: NEQUAquam; NINGENTI DABIS, ALIOQUIN TOLLAM VI. Hinc apparet intolerabilis sacerdotum insolentiam et stupor, qui non jam simulat, sed aperte vim propè afferunt hostilem et primum indebita sibi possunt, et que Deo debentur, aut prestari omnino vetant, aut certe tempore non suo, id est, posteriori. Quod perinde faciunt, ac si negarent ante omnia Deo offerendum esse cor, unde efficerent, quantum in se est, ut negotio corde, à quo accipiunt dona, ut gratia Deo sint, reliqua ingratum aliquid et molestum asperirent. Qui si profanus aliquis auderet, nemo sanus et pius ferendum putaret; quanto minus cum sacerdos faciat, cujus est populo conciliare Deum, et qui Dei sunt, accuratè prestare? Obtulit Cain oblationem Deo, ingrati tamen, quia male divisi, quia sibi se reservavit totum, et que extra se erant, obtulit Deo. Contra verò Abel, quia seipsum obtulerat prius, gratum Deo et suis obtulit sacrificium. Facit verò maxime ad hunc locum exemplandum, quod Abel de primogenitis dicitur obtulisse victimas, et de eorum adipibus sacrificasse. Ex quo intelligi potest, jam inde à primâ mundi constitutione primogenita sibi Deum à gregibus, et ex animalibus adipem elegisse; in quibus cor intelligitur, et præcordia; in primogenitis enim optimè cordis

exprimitur natura, quia ut primogenitus primum in nascendo nactus est locum, sic etiam in animali primum vivit cor, et in moralibus cordis intentio, ex qua moralium vim et naturam actiones sibi sumperunt humanæ. Ubi Vulgatus de Cain. Genes. 4, v. 7: *Nomen si bene egeris, accipies; sin autem male, statim in sibus peccatum tuum aderit?* Septuaginta legunt: *Nomen si rectè offeras, male autem obtuldas, peccabis?* Ubi peccati arguitur Cain, quod non bene se ac sua in sacrificando diviserit, quia nimirum typicum adipem, id est, cor negavit Deo et sibi retinuit, et que extra se ipsum erant, que Deus sine corde non admittit, ad altare delituit. Quid autem sit male dividere, explicuit Ambrosius lib. 2 de Cain, et Abel cap. 6 et 7: *Non quantitas oblationis, sed animus reddentis et qualitas consideratur, et affectus. Rectè igitur Cain obtulit, quia oblatio insignis devotivitas, et indicium gratiarum est; sed non rectè divisi, quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, ut à gratis inchoaret auctoritas. Rupertus lib. 4 Commentariorum in Genesim cap. 2: *Cain enim Deo offerret sua, seipsum sibi retinuerat, repositum habens in cupiditate terrenâ.* Hujusmodi portionem Deus non accipit: sed præbe, inquit, illi, cor tuum mihi; ac Cain cor suum retinuit sibi, et fructus terre obtulit Deo. Abel autem primum cor suum, deinde rem suam, et etc. Ex quo sequitur perquam aptè ad nostram cogitationem, quod proxime succedit: *Respectu Domini ad Abel et ad numerâ epus, quia in primogenito et ad seipsum obtulerat. Atque ideo que deinde ex tali oblatione nata sunt, quia offerentis secum portabant animum, non poterunt esse non accepta. Non autem respectu ad Cain, quia Deo non fuerat oblati, atque ideo neque respectu ad numerâ, que non erant typico, de quo prius, adipe conditi, quia longè à muneribus aberat animus.**

VERS. 17. — ERAT ERGO PECCATUS PUGNORUM GRATIE NIMIS CORAM DOMINO: QUIA RETRAHEBANT HOMINES A SACRIFICIO DOMINI (1). CAIN

(1) Regit locum: *Quia detrahebant homines sacrificio Domini. Hebræus habet: Natus, id est, ut Chaldaeus et Septuaginta operabantur, despectum habebant, abominabantur sacrificium Domini, videlicet illam irreligiosam avaritiam et gulam sacerdotum. (Corn. à Lap.)*

Colices mss., editiones Latinae, et nova editio S. Hieronymi ferunt: *Detrahebant sacrificio Domini.* Eadem est Hebræi sententia; *Contemebant viri sacrificium.* Dicitur populi causam filii Heli præbebant. Ladinus, qui im-

alias ob causas filiorum Levi peccatum esset grave, tum quia ex sacrificiis illa sumebant sibi, tum quia non tribuebat templi sacrarumque tardabant hominum, aut studia sacrificiorum morantur. Quod etiam in aliis non levi sit peccatum, in sacerdotibus non poterat esse non gravissimum, quorum id est munus, ut pietatis ac religionis studia promoveant, et homines, si in officio pietatis implendo fringere contingeret, acuant desistant, et prorsus infamantur. Homines vero ideo à templo abstergebantur et sacris, quia videbant nihil in sacris fieri legitime, neque eo ingenio esse sacerdotes, ut eorum commodis consilium esse vellet, cum optare potius debuissent, ut male illis esset, quorum mores et vitam non probabant. Alia deinde horum sacerdotum octo duntaxat dicitur, quae Religiosi incommoventur, de quibus nos suo loco pleribus. Vide in nostris Commentariis super Oseam cap. 6, gravem Domini reprehensionem contra sacerdotes, quia scandalo fuerunt aliis, quominus ad templum victimas, ut ante, deferrent. *Audite hic, sacerdotes, etc., quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansionis super Thabor; et victimas declinastis in profundum.*

VERS. 18. — SAMUEL AUTEM MINISTRABAT pressioni Vaticanae praesidebat. Mortellum impressorem Antuerpiensem per litteras datas die postremâ Juliano 1664, admonuit, hoc mendacium, retraherent pro detrahebant, irrepissio primò in editione Sixti, tum in aliam Clementis VIII, atque in duntaxat in omnes alios posteriores Latinas Babiliorum editiones derivatum.

Alibi le pèché de ces enfants d'Israël était très-grand, parce qu'ils détournent les hommes de sacrifier au Seigneur. Le pèché des prêtres est beaucoup plus grand que celui des autres, parce qu'il est capable d'embraser les fondemens mêmes sur lesquels la Religion est établie. Car les hommes se portent aisément dans l'oubli de la loi et dans le mépris des choses saintes, lorsqu'ils voient que ceux qui en sont les ministres les traitent indignement, et qu'ils approuvent aux autres à les regarder indifféremment par le peu d'estime qu'ils en font eux-mêmes. C'est ainsi que les peuples sont tentés de se délier de leur créance, et qu'il leur vient quelquefois dans l'esprit que leur religion n'est peut-être qu'une invention humaine, en voyant que ceux qui en ont la principale autorité colorent leur injustice et leur intérêt de l'apparence du culte de Dieu.

(Sary.)

ANTE FACIEM DOMINI, PUER ACCINCTUS EPHOD LINEO (1). Quo modo Samuel adhuc tantulus ministrare poterit in templo, et Leviticam operam navare sacerdoti, diximus supra, cum explicaremus eadem propè verba 7. 11. de Ephod aliquid hoc loco necessario dicendum. Et primùm, querendum, an Levitis aliquid certum esset indumenti genus, quod illos à laicis atque vulgari turbâ secerneret. Mihi certum est, Levitis nullam à lege designatam vestimentorum aut formam aut materiam; cum tamen si qua foret Levitarum specialis vestis, non videretur omittenda his in locis, in quibus de Levitarum consecratione satis videtur actum esse minutim, Numer. cap. 8, v. 6. Neque sacerdotes ipsi extra templum, sacrificaleque ministerium, ullam privatam haberint vestem; et à vulgari diversam. Quà de re nos plura in nostris Commentariis super Escheriel cap. 44, v. 17, et cap. 42, v. 11. Erant autem vestes illa lineae, neque quidquam lineum in sanctuarium inferri fas erat, Levit. 16, v. 8; Exod. 28, v. 40, et clarius Ezech. cap. 44, v. 19: *Cumque ingrediuntur portas atrii interioris, vestibus lineis induantur, nec accedat super eos quidquam lanae, quando ministrant in portis atrii interioris, et intrinsecus.* Has porro vestes extra sanctuarium auferre non licebat, etiamsi aliquid fieri oporteret, quod aliquid esset, aut appareret sacrum, Levit. 6, v. 10: *Vestietur tunicâ sacerdos, et femoralibus lineis, tolletque cineres, quas torax ignis exussit, et ponens juxta altare expoliabitur, indutnaque illis, efferet eos extra castra.* Idem Ezech. cap. 40, v. 14. Quare sacerdos egressus è sanctuario, nullo signo distinguebatur à laicis seu populari turbâ. Ita Josephus lib. 6 de Bello cap. 6, ubi sic de sacerdotis oratu loquitur, ut dum saceris non operatur, dicat nullo modo à plebeio secerari. Loquitur autem de sacerdotibus caesis, qui propè illud naturae vitium, non jam amplius obeant sacrificale ministerium: *Qui ex origine sacerdotum genus ducentes caecitatis causa munere non auferantur, cum inconvulsibus intra limitem audeant, partemque generis conseruantur, vestibus tantum utuntur plebeis.*

(1) Tropel. II. Petrus Damian. l. 2. Ep. 10: *Linum, ait, laboriosè pervenit ad candorem, et clerici modo literarum studiis insudando, et modo quibusdam gradibus ascendendo, dicitur hinc promovetur ad sacri ordinis dignitates.* Et S. Greg. hic: *« Bone, inquit, Sacerdotis vestis lineae fuisse perhibetur, ut novi sacerdotis gloria aperte ostenderet, quod novae pudicitiae moribus splenderet. »*

(Corn. à Lap.)

quoniam sacerdotali solus, qui sacra celebrabat, amittebatur.

Erant igitur vestes illae sacrae, quae non efferebantur è sanctuario, neque adhibebantur, nisi ad altaris sacrarumque ministerium, sicut vestes illae quae in ecclesiae sacrario ad sacros usus servari aedilui; quae non erant tam sacerdotum comparate sumptibus, quam à rerum sacrarum curatoribus ad sacerdotales usus concinnatae. Sanè, ut auctor est Josephus lib. 8 Antiq. cap. 2, non longè ante medium: *Salomon stolas sacerdotales è bysso fieri curavit, cum decies mille zonis purpurea; item alias stolas byssinas Levitis hymnorum cantoribus numero ducenta millia.* Quà ratione cum tempore Moyses nullum Levitae habuerint certum indumenti genus; scèhs autem tempore Davidis et Salomonis, et quando tabernaculum in Chanaanide regione consedit, docet Abulensis in hunc locum.

Observandam praeterea duplex esse ephod, quod aliquando Hieronymus *superhumale* vertit. Septuaginta converterunt *inchoa*. Alterum pretiosum, varium, multicolor, quod nisi concessum esset sacerdoti maximo, quod latè Exod. cap. 28, describitur; alterum est lineum, quod assumebant sacerdotes, cum suum sacrificiale caes atrium ingrediebantur; et in eodem ministerio, ac loco ephod item lineo utebantur Levitae. De sacerdotibus est illud I Reg. cap. 22, ubi ad imperium Sathis à Doeg (Iungo) occisi dicuntur octoginta quinque sacerdotes vestiti ephod. Haec porro vestis non videtur fuisse sacra, quando illa usi videntur qui neque sacri erant, neque è sacerdotali genere. Sanè eà indutus erat Samuel, antequam ad eam aetatem pervenisset, ut consecrari Levita posset. De consecratione Levitae habes Numer. cap. 8, v. 6, et v. 21, ubi dicitur, ne ante annum vigesimum quartum sacrificandi gratia in tabernaculum ingrediantur. Et David cum non esset è sacerdotali genere, ephod tamen lineum, quali, opinor, utebantur Levitae ac sacerdotes, induit; de quo 2 Reg. cap. 6, v. 14: *David saltabat totis viribus ante Dominum. Porro David erat accinctus ephod lineo.*

Cur in eà aetate Samuel habuerit ephod, cum tamen neque consecratus fuerit Levita, neque per aetatem consecrari poterit, ea videtur ratio assignari posse: Quia sicut David ante arcam operam sumpsit aliquo modo sacram, atque ideo vestem aliquo modo sacram, certe religiosam indutus est, sic Samuel, quia in tabernaculo erat sacerdotis minister,

E S. IX.

indumento potuit aliquo modo sacro vestiri. Neque quisquam posset, consideratae Samuelis aetate, suspicari, illum esse ministerio Levitum, licet esset ex genere Levitico; sed et vestimentum genere, aut quid amaret puer, aut ad quod vellet vite genus institui. Sicut in Hispaniâ, et aliis etiam, ut opinor, provinciis, matres filios suos adhuc infantes monachali habitu inducere solent, et à primis annis Religionem amant, et quoad ferre posset infans aetas, religiosi moribus assuescant. Adde, quod Anna filium illum sciebat sibi datum à Domino, atque ideo speciali voto Deo consecrata. Id verò Anna significare voluit tunicâ illâ lineâ, quae non tam Levitam esse illum, quam futurum ostenderet; quod non ignorabat sacerdos Ileri, atque ideo ferebat non inivis. Historia Scholastica in lib. I Reg. cap. 4, ephod illud lineum propheticum esse dicit, non sacerdotale. Sed neque tunc Samuel prophetae spiritibus ullum præberet documentum, neque vestis lineae erat prophetarum insignis; sed sacros cilicinus, aut pallium sacrum, ut docent Zacharias cap. 13, v. 4, ubi nos eâ de re pleribus. Quale habuit Isais, cap. 20, et Elias 4 Reg. cap. 1. Theodoretus q. 8, putat id Samuel concessum ab Ileri, quia in illo aliquid videbat eximium ephod, quod ille de eo videtur agere ephod, quod uni sacerdoti concessum est.

Illud mihi videtur minus ab re, concessum esse à sacerdote summo Samueli; ut in tabernaculo coram Deo, sed ante faciem Domini, id est, in interiori atrio ministraret, quò non quivis è populari turbâ, qualis tunc censeri poterat Samuel, admittebatur.

VERS. 19. — ET TUNICAM PAVAM FACIEBAT ET MATER SUA, QUAM APPPELLAT STATTUS DIERIS (1). Quam prius appellarat ephod, nunc tunicam illam appellat pavam, si modo illa tunica erat è lino, et non potius è lanae textu consuta, aut maternis manibus opere textili aut nulli collecta. Abulensis in hunc locum ephod esse:

(1) Babiliorum quidam puerilem hanc animadversionem formant in textu: censent enim matrem Samuelis parvam hoc pallium apud se retinuisse, utpote quod pretiosissimum fuisse putant, nec eò fuisse nisi diebus festis, cum scilicet filio profecti eâ veste utendum esset, statimque secum tulisset. Contraria omnia opinatur Drusius, ratus singulas moras vestes singulis solemnibus festis à matre allatas fuisse. Quorsùm hæc? nonne satis erat vestes pro necessitate matrem sufficere? an non hanc significationem prona textus littera admittit?

(Calmet.)

5

puat; ego eò magis inclino, ut putem aliud quidvis esse potius quam epinod. Primitivum, quia Hebraice non est epinod, sicut proximo, sed *mehil*. Quod statim solvens tanquam aliquid diversum. *Mehil* autem varii variè convertunt. Vulgatus modo vestem, modo *tanicum*, aut *palium* transferi. Neque minus sollicita esset debuit mater de vestibus, qua infantile corpus calefacerent, quæque non viderentur sacerdotis impendio comparandæ, quam de sibilis, sive epinod *mehe*, quod ubi sup. sumptu è tabernaculo accipiebant Levitæ. Et tunc in tabernaculo tantum sacroque ministerio epinod gestare sacerdotibus, quo Levitis liceret, non tantum usu dederetur ac conservaretur ephod, quam vestes illas conviventes, que gestantur ubique, et ad omnes alias funciones adhibentur. Quare de illis à matre singulis annis provisionem oportuit.

VERS. 20. — ET BENEDIXIT HELI ELICAM ET EXORAT EAS (1). Cùm nuptis significet *benedicere*, inferendum tamen neque interpretator item valet, quòd *bene precari*. Hæc bene autem sacerdotis præscriptam à Deo, et quasi legitimam benedictionis formam. Sic autem Deus ad Aijon et filios eius Nam. 6: *Benedicite filiis Israël, et dicite illis: Benedicat tibi Dominus, et exaudiat te; custodiat Dominus faciem tuam tibi, et miseretur tibi: convertat Dominus vultum suum ad te, et det pacem tibi.* Et hæc sine ulla benedictionem duobus conjugibus imperitus est Heli: *Redat tibi Dominus, etc.*

Hæc opinor tunc esse dicta, cum puer primam adductus est in Sôb, et templo consecratus, et sacerdotis curæ atque tutelæ creditus. Hæc verò per recapitulationem dicta sunt, sive quod idem ferre est, præteritum periclitum pro plusquam perfecto ponitur, quod accidit in Scripturâ non raro. Quia de re nos pluribus in cap. 5 Davidis ad illud v. 49: *Angelus autem Domini descendit in Azaria.* Quod idem accidit septies, quam in aliis plerisque linguis, quia apud Hebræos non tantum vox est utriusque temporis communis. Quare sensus est: benedixit Heli jam ante Elicam. Quam cogitationem confirmat, quòd statim rursus additur, cur optet præteritum sacerdotis, ut Deus Elicam et uxorem ampliori pasta festo nobilitet; quia quæ habuerant primogenitum, tam liberali manu consecraverunt Deo, et à se

(1) Referenda sunt hæc supra post finem capituli Annæ inter versiculum 11 et 12. Post obitum Samuelis, Heli utriusque parenti benedixit, qui ad propria remeantur. (Calmet.)

ipsis prorsus abdicarunt. Id verò factum est, non cùm singulis annis novus à matre afferretur amictus, sed cùm primùm trienniali ætate Samuel deductus est ad templum.

Rembat tibi Dominus semen de muliere hac pro uxore, quod comobasti David (1). Observat Chrysostomus homil. 3 de fide Annæ, dici hoc loco Deum non tam dare, quam reddere, quasi famori Samuelem accepisset, qui sicut pecunia creditori usuras, sic ille parentibus aliquid in eodem genere incrementum pareret. Initio, inquit, cap. 1, v. 17, non à dixerat: *Redat tibi, sed: Det tibi Deus: verum postquam illa Deum fecerat debitorem, ait: Redat, bonam de futuro spem præbens. Etiam si dedit, cùm nihil deberet, et multo magis reddidit, est, postquam accepit. Ille porro observandum, uxoris voto et pietati studio consecratum esse Deo Samuelem; et tamen dictum ab Elicam parente accommodatum esse atque oblatum Deo; et idem pro illo favore susceptum ex Annâ conjugem, fuisse sollem et numerosam sobolem. Quia licet Scripturâ sacra non exprimat clarè, satis tamen indicat illius voti Elicam exortem non fuisse. Et quidem cùm contradicere vir potuerit uxoris voto, et illud facere irritum et vanum, ut habes Num. 30. v. 11, cùm Elicam ratum esse voluit Annæ promissum, ipse quòque eam illi nuncupasse votum existimandus est.*

VERS. 21. — ET CONCEPIT, ET PEREPIT TRES FILIOS, ET DUS FILIAS. Sicut terra, que felicem habet et uberem glebam, multo plus reddit, quam accepit, imò nonnumquam cum proventu centuplo, sic etiam Deus quod accepit, quasi debitor esset homini, et non potius etiam lo accipiendo creditur, pro uno Samuele, quam parentibus reddidit prolem. Observat autem Chrysostomus loco, de quo proxime, Samuelis ex predicatione, reliquos autem ex benedictione originem duxisse. Ea est enim benedictionis vis atque potestas, ut fecundum reddat vultum ante conelatum, et donum addeat, quam sterilitas assurgere non sine-

(1) Relegendus est postremus versiculus capituli præcedentis, in sensus horum verborum attigisse. Anna summum Sacerdotem affatū dicitur: *Pro pueri isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam: idcirco et ego commendavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit consolatus Davidum.* Respondet hic Heli, sermone suum ad Elicam convertens: *Redat tibi Dominus semen de muliere hac pro uxore, quod comobasti Domino.* (Calmet.)

tat. Et quia hos non solum conjugalis congressus; sed etiam sacerdotalis benedictio susceperat; idcirco hic non solum duorum conjugum, sed etiam sacerdotis filii vocari possunt. Totus, inquit, mulieris fructus sanctificatus est. Atque hic primogenitus (fructus femine virtuti debebatur; alter verò mulieris ac sacerdotis erat communis (1).)

VERS. 22. — HELI AUTEM ERAT SENE VALDE, ET ACCEPIT OMNIA QUÆ FACERENT FILII SUI. Aperitur via, ut cognoscatur Samuelis animus spiritu instinctus esse prophético. Quæ verò hoc loco dicuntur, longè post hæc tempora contigerunt, postquam Samueli pueritium jam accesserat ætatis. Josephus lib. 3, cap. 11, doctum tunc fuisse tradit; fortasse hæc tunc erat Hebræorum traditio; neque enim illum habuit ex Scripturâ sacra fundamentum. Sed est satis verisimile, quia si ætate tunc esset magis tenera, non videretur illi id oneri imponendum à sacerdote, ut in tabernaculo dormiret, et aliquid ibi nocturnum obiret ministerium, de quo sequenti capite. Tunc autem Heli senex erat valde, et idcirco gravioris curæ, que ad templi reique publicæ administrationem pertinebant, filius suus permissus; à quibus illa admitti flagitia quotidianè querimonis audiebat. Ne quibus parò ante, et statim obita.

ET QUOMODO DORMIEBAT CUM MULIERIBUS, QUÆ OBSERVABANT AD OSTIUM TABERNACULI. De hoc scō-

(1) VERS. 21. — MAGNIFICATUS EST PUER SAMUEL APUD DOMINUM. Hebræis: *Gratias exivit cum Domino, opæ et auxilio Dei; vel relate patriæ et merito crescenti, gratia Dei præveniente et juvenitæ; vel denique magnum se præstitit et commendabilem servitio quod Domino prestabat.* (Calmet.)

ET MAGNIFICATUS EST PUER SAMUEL APUD DOMINUM, hoc est, crevit sapientia et pietate, non tantum apud homines, sed et apud Deum, ut explicat v. 26. Unde Samuel fuit puerus Christi, de quo ait Lucas e. 2. v. ult.: *Jesus profectus sapientia, et ætate, et gratia ante Deum et apud homines.* Tropol. S. Greg. v. No. tandum, inquit, est, quòd puer Samuel aliter et magnificatus. Cur ergo puer, nisi quia humilis? Et em magnificatus asseritur, nisi quia ad perfectionis celsitudinem erat sublimatus? Etiam novæ legis prædicatores, dum suam adaptant; e Puer, inquit, et magnificatus in conspectu Domini Samuel dicitur, et quia novus ordo prædicatores eisi ad magis conversationalis celsitudinem pervenit, humilitatis sine virtutem non perdidit, obsequere et quippe non prodesset, si puer esse desideret, nisi humilitate amissa, placere omnipotentis Deo de conversationali altitudine non valeret. (Corn. à Lap.)

tere multa multi dicunt (1). Quidam hoc acclis esse committunt, quòd femina aut cogebatur, aut permittebatur expurgatorias, aut pœnulares oblationes emittere, quas à partu in tabernaculum deferre consueverant; et ante impletum purgationis tempus à lege constitutum cum viris suis conjugales iure congressus. Ita quidam ex Hebræis, ut tradit Hieronymus in Traditionibus Hebr. super lib. 1 Reg. Sed est verior communiore sententia, sacerdotes ipsos filios Heli ad nebarium illud sacrilegumque flagitium cum sacris Dea feminis, aut certe qua religionis causâ ad tabernaculum conferant, misuisse corpora et domum illam ac venerabile sacrarium impuro illo contaminasse commercio.

Sed est adhuc obsecrandum, quoniam fuerat religiose illa femina, quibus tam insignis ad ostium tabernaculi injuria inferebatur. Quidam illas esse opinantur, que religionis ergo jejunantes et orantes exequias agebant, sicut olim in Ecclesiâ certâ quadam festa fidelium pervigilia celebrabantur. Quarum cò numero fuisse videtur Anna illa, de qua Lucas cap. 2: *Non dicebat de templo, jejunavit et obsecrationibus arvens die ac nocte.* Alii virginis quasdam esse putant, quas templo, vel perpetuò, vel ad certum aliquod tempus dedicaverunt parentes, ut operam impenderent quasi ancillarem templo, in texenda sacra veste et rebus aliis concludendis atque obtinendis, que mulieribus est artis et industrie; tum etiam ut à primis annis assuescerent spectari, atque exerceri solet.

Ex his fuit, opinor, B. Virgo, que usque ad votum nubilem in templo comorata est, in quo à parentibus presentata fuerat. De his virginibus est illud 2 Machab. cap. 5: *Sed et virgines, que concubant erant; prætorrebant ad Oulam.* De his vult Ambrosium lib. 1 de Virginitate. Nisicum oratione de Circuli Navitate. Plura colligit Franciscus Suarez tomo 2, disp. 7. Sed et fulsio alias etate jam matura, et viduas, que assidue essent in templo, et spiritus mundi delicias et mulieribus, Deo presentantibus et religiose occupandis vacarent, illud probat,

(1) Hebræi apud S. Hieronymum, (in Quest.) hoc peccatum exten ant dicendo illas, Heli, non concubasse cum mulieribus, sed tantum suscipisse eis copulam cum moribus temporæ mœstrui; item ante tempus purificationis ad cheram à partu expelant; sed hæc sunt cornu signenta, quibus verba S. Scripture invertunt. (Corn. à Lap.)

quod valde existimatur difficile, quasi à re promissa impossibili removendam esse dicunt susceptionem, quia perinde loberetur, ac si officii vim possit. Hoc sensu, impossibilia dicitur Jerem. cap. 15, cum qui à primis annis assuetus est peccatis, insuetum animum honeste discipline ad meliorem vivendi formam applicare: *Si mutare poterit Elthiops pellem suam, et pardas varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Et illud Matth. 12: *Quomodo poteritis hinc loqui, cum dicitis mali?* Et huiusmodi plura in Scriptura possunt. Cum ergo his, qui peccata se directo peccant contra Deum, quales erant sacerdotes isti, qui præscriptis à Deo sacrificiorum ritus violabant, et iudicialis sortibus tabernaculum implessem, dicitur Deus placaretur, placari illum posse necesse Heli, id est, difficile fore placandum, aut indignos esse, quibus Dominus placatum se et propitium ostendit.

Primum, quod videlicet ex genere fuerit Levitico Samuel, non sacerdotali, sic solvit Hieronymus ad 1 Cor. cap. 1, Leviticam, et sacerdotalem familiam esse proximam, utpote à Levi patriarcha progenitas; aliqui vero ex una in aliam migrationem aliquam posse fieri. Qui cum Samuel secundo dasset illud: *Sacerdoti multo sacerdotem fuisselem, addidit: Qui quantis non sit de genere Aaron, tamen de tribo Levi esse in Paralipomeno legitur, qui ipse (Deus) hunc constituit, patet et illum. In enim Aaron elegit, ut alio potius eligendi non amiserit potestatem. Et quidem in viris specialis virtutis, de quorum prudentia in rebus dubiis et angustiis sæpius explorat, aliquid speratur exitum, frequentes in omni instituto quantumcumque severo magis fieri solent exceptiones, præser-*

tim si tempora incurrant, quæ singularem aliquam constantiam et prudentiam requirant. Quale fuit hoc tempus, in quo superior videbatur Philistinorum causa; neque ex Heli posteritate ullus erat reliquus eo vel ingenio, vel ætate, ut dignus censeretur, qui sacerdotale munus et pondus sustineret.

Alia ratio fuit, quia quo tempore sacerdotio et vitæ defunctus est Heli, nondum sacerdotalem ætatem, id est, annos triginta natus erat Samuel; atque ideo non est verisimile, tantum puerulus ætati nondum firmate satis, et ingenuo, quod non videbatur satis esse maturum, insidisse. De ætate nihil, quod ego viderem, habemus ex Scripturâ sacrâ; neque Hieronymus docere videtur, sacerdotalem ætatem annorum esse triginta; sed ita visum esse Hebraeorum doctoribus. Ab hæc ætate Levitas sanis obire ministerium ad annum usque quinque annorum, habemus Numer. cap. 4 de sacerdotis ætate legitimum mirum silentium. Quod si nondum habebat Samuel ætatem idoneam sacerdotali ministerio, id etiam Deus supplere voluit in tanto viro, cuius animum celesti quodam lumine illustraverat, et investigatorum rerum cognitione compleverat. Quod sanis populo ignotum non erat, qui multarum rerum experientia diligeret, Samuelem Deo esse famulatum, et divino gubernari consilio, non suo. De quo est illud cap. 5, v. 20: *Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quod factus Samuel propheta esset Domini. Quod si Achias proximè successit Heli, quod non iudicio dicendum est, cum nullam aliam inter illos duos interjectum esse videamus, non videtur fuisse, cum sacerdotium inuit Samuele grandior. Nam cum jam Samuel gubernandi omnis deposuisset, quod tunc fecit, quando præ nimia ætate gravata illam personam sustinere non poterat, sacerdotio fugebatur Achias, regnante Saule, ut habes infra cap. 11.*

Ad Heli, quod tertio opponemus, dicitur simul futuros fuisse sacerdotes, nihil haberet momenti, si verum esset, quod mihi fidenter graves, nec sine gravi fundamento sentiunt, eodem tempore sub Davide, duos fuisse pontifices, Abiathar et Sadoc; de quo nos suo tempore plurimus. Sed fortasse neque tunc, neque hoc Samuelis tempore, duobus dignitas illa maxima communis fuit. Quod si Achias, utpote pronepos Heli, ad avitum, seu paternum locum promovendus fuit, interim dum tanto muneri ætas esset idonea, et maturæ prudentiæ, videri potuit Samuel vicariam

habuisse potestatem, quæ tunc seipsum abdicavit, cum dedicandi onus in Saulis humeros et curam declinavit. Id quod indicat, licet dicendi modo subobscurum, illud cap. 14, v. 3: *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdotis Domini in Silo, portabat Ephod.* Quasi dicat, quo tempore regnare cepit Saul, iam sacerdotio fugebatur Achias, quod proximè Samuel cum regni administratione deposuerat. Et quidem mirum est, si quis alius Samuelis tempore sacerdos fuit, illius toto Samuelis dominatu, neque munus fuisse, neque nomen auditum.

Neque novum est, ut si quod occurrit impedimentum, quominus sacerdos summus suo possit fungi ministerio, illius loco sufficiatur alius, qui licet summus non sit, sit tamen ex inferiori sacerdotum numero. Vide Abulensem in cap. 21 Lev. q. 20, et sup. lib. 1 Paralip. cap. 9, q. 16, ubi docet, fieri posse, ut pro sacerdote magno ad aliquod tempus aut opus sufficiatur alter; et adducit exemplum ex Josepho ejusdem sacerdotis, qui cum præcedenti nocte somno esset pollutus, neque Sancta sanctorum ingredi permitteretur à lege, illum sui loco sufficit, qui ad festum expiationis munus illud, quod uni sacerdoti maximo licebat, obiret. Quare potuit unus esse jure quasi proprio sacerdos summus, et alius eodem tempore ex illius concessione, qui pontificias functiones, si quando aliquod incidere impedimentum, exerceret. Et ita fortasse contigit Samuelis tempore, qui pro eo qui sacerdos esse debuit, vicariam operam præstitit; sive sit Achitob, si quod illo impedimentum habuit, aut ab ætate sacerdotali, ad quam mortè præreptus non pervenit; aut quia aliquod habuit vitium, aut deformitatem in corpore, quæ hominem ineptum reddidit altari; sive sit Achitob, si quod illo impedimentum illum locum vacuum reliquit.

Neque minus urget illud Hieronymi adversus Jovinianum, quod Psal. 98, Samuel non numeratur inter sacerdotes, sed inter illos qui invocant nomen Domini. Nam licet invocare nomen Domini, commune sit laicis atque sacerdotali turba; invocare tamen legitime, et quasi ex instituto, id uni tantum convenit sacerdotum ordini, ut dixit Hieronymus in cap. 1 Epist. 1 ad Cor. qui hoc eodem loco adversus Jovinianum probaverat à sacerdotum numero separandum esse Samuelem.

Nunc rationes illas exploremus, quæ Sa-

mueli sacerdoti magni titulum attribunt, et quantum habeant momenti, investigemus. Et primum, quod Samuel aliquando sacrificaverit, quod negari non potest, non probat sacerdotem esse magnum, cum quilibet à sacerdotum ordine id præstare poterit. Neque enim sacerdos magnus aliquid proprium habuit, nisi quod semel in anno ad festum expiationis ad Sancta sanctorum, id est, ad penitissimum tabernaculi recessum ingreditur, ut latè probat Abulensis in cap. 29 Exodi, q. 16. Et quidem sacrificasse Eliam, qui tamen sacerdos, saltem magnus non erat, habemus 3 lib. Reg. cap. 18.

Neque illud de unctione regis Saulis et Davidis plus habet firmitatis; neque enim ungeni ministerium ad sacerdotem magnum coarctatum est, ut in Scripturâ sacrâ multa docent exempla. Sanè regem Syria Azælem, jubente Domino, unxit Elias, lib. 3 Reg. cap. 19, et lib. 4, cap. 9. Jchu regem Israel unxit unus è prophetarum numero. Vide Abulensem in lib. 1 Reg. cap. 10, q. 2. Hæc præcipue existimantur rationes; neque enim admodum raro, quia Josephus de Samuelis sacerdotali vestimento prodidit, cum illud sit incertum, neque auctor ubique, ut in nostris super Aggrum Commentariis observavimus, valde se ostendat de explorandâ, aut de statendâ veritate sollicitum.

Hæc mihi de utriusque sententiâ dici posse videntur prudenter et tuto; neque ego, si meo tantum obsequeretur studio, ulterius proveheret, nisi curiosus lector aliquid amplius in hæc disceptationem requireret. Cujus ut paream desiderio, dico primum, utramque sententiâ mihi videri valde probabilem; deinde mihi illud existimari probabilius, quod prima docet sententiâ, nempe Samuelem nunquam magnum fuisse sacerdotem. Quod rationes allate supra faciunt sat verisimile. Quibus addo illorum etiam sententiam, qui catalogum texere pontificum, quorum nullas meminit Samuelis. Neque in totâ Samuelis historiâ legitimus aliquid, quod summum oleat illius sacerdotum; nisi dicas ab illo ductos esse reges, et sacrificium oblatum; quod tamen factum est à minoribus sacerdotibus, imò et à prophetis, ut paulò ante diximus.

Illud mihi videtur concedi posse posteriori sententiâ, Samuelem extra ordinem specialis aliquo privilegio, cum tantum esset ex ordine Levitico, designatum tamen à Deo fuisse sacerdotem, ut dixit Hieronymus ad 1 Corinth.

cap. 2, quod non laicit Samuelem ipsam, cui Deus alia plurima in etate adhuc puerili revelarat. Neque fortasse illius ignorarunt parentes, cum illum templo consecrare, et ministris sacris assiduum esse voluerunt. Et quidem illud ephod, quod in primis annis à matre missum in tabernaculo gestabat, aliquid olet sacerdotale. Et si lampades accendebat, quod videtur ex subsequenti capite posse colligi, illud sacerdotale erat, non Leviticum munus. Tam autem sacerdotis nomen et officium, quam in etate mundani sacris functionibus idonea in tabernaculo morari, atque ibi aliquid majus exercere, quam illi permittebatur, etate; privilegium arbitror esse divinum, neque id ignoratum esse sacerdoti Heli, qui magna jam in Samuele infante intuebatur divini consilii et futuræ sanctitatis documenta. Sacerdotem tamen fuisse magnum non puto, ut rationes allate superius, si non convincunt, at certo sudent. Et que statim adduntur, eo apud me sunt loco, ut penè persuadeant. Neque enim qua de sacerdote dicuntur, quem suscitavit Dominus loco Heli, quem, qui contra sentiant, Samuelem esse putant, ejusmodi sunt, ut in Samuelem convenire possint; optime verò in familiam Sadoe, quod ex illorum expositione non obscure questabit.

SCSICIARDI HEBRÆI SACERDOTEM FIDELIEM (1), QUI

(1) Allegor. significatur hic translatio sacerdoti ab Heli et Aaron ad Christum: hic enim est sacerdos fidelis Deo. Ita S. Greg. Theod. Angel. Procopius et S. Aug. 17 Civ. c. 4. Videmus verò hodie Judæos abique sacerdotio esse: e. Inter eos, inquit Ang. antiquitate est ex Aaronico genere, cum videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum esse subtrahunt, deficient oculis, et deficit anima ejus hinc meroris, mors verò illa illorum significavit mortem ipsius sacerdotis de filiis Aaron (inquit August.) et sacerdos ille fidelis v. 35 maxime et principaliter est Christus Dominus, inquit Procop., Theodor. et alii.

Porrò Christus non tantum est sacerdos et pontifex, sed et Christianos, quoslibet efficit sacerdos et reges mysticos, juxta illud Apoc. 4, 11: *Fecit nos regnum et sacerdotes.* Unde S. Leo serm. 5 in die anniversario assumptionis sue ad pontificatum: « Omnes, inquit, in Christo regeneratos crucis signum efficit reges: sancti verò Spiritus unctio consecrat sacerdotes. » Et mox ostendit quia in hoc regnum et sacerdotium consistat. « Quid enim, inquit, tam regium quam subditum? Deo animum corporis sui esse redorem: et quid tam sacerdotale, quam vovere Dominum conscientiam puram, et immaculatam pietatis hostias de altari cordis offerre? »

(Corn. à Lap.)

JUXTA COR MEUM ET ANIMAM MEAM FACIET. Juxta ea que proxime diximus, sacerdos iste fuit Sadoe, qui longo aliter quam Heli ministerium obit pontificale: qui fidelem Deo, ac templo navavit operam, neque aliter se in tanto munere prestando gessit, quam divina ab eo voluntas exigat. Et quidem in Sadoe nihil invenimus, quod quisquam jure reprehendat: neque levem de illius integritate, morumque disciplinâ conjecturam affert, quod Davidi viro divini cultus studiosissimo tam superit sanctis, et (ut multi voluerit) assumptus, ut simul eam Abiathar summi fungeretur sacerdotis officio.

ET CONTRARIUM ET DOMUS FIDELIUM. Hec in Samuelem convenire non possunt, in Sadoe autem maxime. Nam licet Samuel vir fuerit sanctissimus, domus tamen illius fidelis non fuit, sive filios spectes, sive seram illius posteritatem. Filii enim illius non valde fuerunt meliores filijs Heli, de quibus infra, cap. 8, v. 5: *Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus: sed declinaverunt post avaritiam; acceperunt manum, et perniciteram iudicium.* Denique ut filii Heli à familiâ Abiathar ad domum Eleazari transiunt sacerdotium, sic etiam Samuelis filii propter motum intemperantiam allegatâ antiquissima gubernationis formâ, in populum Israeliticam novam gubernandi rationem invenerunt. Sed si domus pro posteritate sumatur, aut novis titulis ornata, aut claris nobilitate virtutibus, neque hoc in domo Samueles apparet: quid enim in illa eximium præter illustrem Samuelis memoriam? Secus de Sadoe, cujus domus fidelis fuit, et ad tempus firmè Christi sacerdotium obtinuisse creditur: obtimebat certe post eversum à Chaldeis Salomonis templum, ut constat ex Ezech. cap. 40, v. 46: *Porro gazophylacium, quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui erubent ad ministerium altaris. Isti sunt filii Sadoe.* Et ut constat ex sacerdotum catalogo, quem Josephus texti lib. 10, cap. 11, et ex eo Sigonius lib. 5, cap. 4, de Republ. Hebræorum, ad longum usque tempus, saltem ad Jesum filium Josede, sacerdotes magni ex Sadoe familiâ propagati sunt. « Hi, inquit, omnes quasi per manus fratrum sacerdotum filii parentum successores res acceperunt, continuatâ generis serie. »

ET AMBULABIT CORAM CHRISTO IRE CUNCTIS DIEBUS. Christus hoc loco rex est Israel; sic enim reges appellantur ab unctioe. Coram rege ambulare non potuit Samuel omnibus diebus vite sue, quia ad extremos usque vite

dies rex nullus fuit, aut alius, qui vocari poterit Christus, nisi sacerdos, utique summus, quia in ejus conspectu futura esse dicitur: ac coram se ambulare, id est, sibi ipsi obsequi, aut sacerdotale præstare ministerium, qui potest aut fieri, aut intelligi? De Sadoe nemo dubitari potest, quem Salomon, Abiathar abjecto, sacerdotem esse voluit, à cujus conspectu nunquam abfuit, neque à gratiâ exiit: quique omnium primus in templo à Salomone constructo sacerdos fuit.

VERS. 36. — FETUREM EST AETEM, UT QUICUMQUE REMANESSET IN DOMO TUA, VENIAT, UT ORETER PRO EO (1). En quanta in Heli domo fuerit vici-

(1) Ex Hebræo verti potest claris: *Veniet ad orandum pro membris argenti et tartari panis, orando scilicet ut detur sibi quasi pauperi et famelico munus exiguis, et fragmen panis, quo lateralem ventrem satiet.* Ita Cajet. et Vatabl.

DIRIGITE ME, OBSEDO, AD UNAM PARTEM SACERDOTALIS, UT COMEDAM BUCCELLAM PANIS. Allegor. Buccella panis, significat sacrificium Eucharisticum, quod est pane fit. Ita S. Gregor. Encher. Theodor. Procop. Audi S. Augustin. 17 Civ. vit. 4: « Quod ergo addidit manducare panem, etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse: *Panis est quem ego desidero, caro mea est pro seculi vita: et ipsum est sacrificium non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech: qui legit intelligat.* » (Corn. à Lap.)

Que de classe à noter dans ce récit! Inquit impudicus Volney. D'abord votez un légalité divotique; par qui? Heli ne s'en sera pas vanté: c'est donc l'homme de Dieu qui l'a ébranlé. Quel intérêt a-t-il eu de préparer les esprits à un changement désiré de plusieurs, même du plus grand nombre? En sa qualité de prophète et de prêtresse, cet homme de Dieu a dû commettre le successeur annoncé, déjà présument; n'aurait-il pas déjà eu l'aveu de Samuel? Sa prédiction va se trouver faite au faveur de Samuel. — Samuel ne jouerait-il pas un rôle en cette affaire? L'axiome de droit dit: *Celui qui a fait qui a eu intérêt de faire; tel ne serait-ce pas Samuel même? Notez qu'Heli était aveugle, et qu'on a pu lui parler sans qu'il ait reconnu la personne. Il y a ici manoeuvre de fourberie: Samuel n'est pas atteint, mais il est prévenu. Quant à la prédiction de la mort des deux fils d'Heli en un même jour, on sent combien il a été facile à l'écrivain ou au copiste de l'interpoler après coup: où est le procès-verbal primitif?*

His panibus iudicare quisque poterit qui progreditur apud Volney fingendi licentia, quamque fidem mereatur. Samuelem non Dei fuisse, sed decipiendi consilio ad Heli venisse, res est prolixè incredibilis, omnibusque contraria que de Samuele narrat hujus libri auctor. Nullo enim monumento tituli, sed conjecturis tantum ex suo perversissimo ingenio ductis, ut tam nefarium propositum sanctissimo viro tribuat. Porrò nemo nescit non conjecturis, sed factis historiâ constare, nec rerum scriptori

rum vicissitudo. Venire ante consueverunt aut in domum Heli; id est, ad eos qui ex ejus familia sacrificia, ac tabernaculo preerant, à quibus accipiebant abundanter quicquid ad domesticos usus et sumpus proprios regios pertinebat. Sed in hâc fortuna ac temporum conversione, accedat, qui fuerit ex illis domo reliqui, supplices ad sacerdotem ex alienâ familiâ, ut pro illis oret atque sacrificet. Affert autem, quod pauperes solent, nummum argenteum, quo videlicet ematur peregrina vitulina, ut columba; aut aliquid simile, et tortam panis. Quem usque adeo promet aut famem, aut egestas, ut dari sibi postulet ab uxore suo, misericordiam tantum nomine; modicum aliquid ex eo quod ex victimis legitime in suam victum sacerdotibus assumunt. Neque plus petit ille, quem dira urget necessitas, quam sibi porrigi postulat, qui mendicatio vivit, quicunque aliena tantum misericordia sustentat. *Dimitte, inquit, me, obseco, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.*

Hec juxta nostram translationem. Si verò Hebræicum textum, quem nunc habemus, intuerem, quem respexere novæ translationes, et ex antiquis Chaldaicâ, et Septuaginta, alias est sensus, neque parum diversus. Neque enim qui ex domo Levi dicitur futurus esse religiosus, argenteum afferet, aut tortam panis, ut pro illis oretur; sed potius ille dicitur venturus supplicat, ut incurret se, et adoret aut pontificem, aut sacerdotem alium, ut ab illo exigam aliquid ex sacerdotali emolumento: exoret quo vitam utcumque, parca licet et angustè sustentet.

In hâc porro commutatione sacerdotij, item multi Patrum intelligent, que facta est ab Aaronico sacerdotio, et in Christum pontificem summum translata. Ita Augustinus lib. 17 de Civ. cap. 5, Gregorius, Angelinus, Eucherius, Theodoritus cap. 10, et plures alii. Ex quo tempore, qui sunt à genere Levitico sacerdotibus progenio, sic miserè vivunt, ut

fingeret, sed narrare que in documentis reperit, permixta esse. Ad officio igitur historici quam longissime oberravit Volney, cum maximam fidem auctori conciliare predictio-nem interius duorum Heli filiorum, animadver-tens, non dubitavit asserere facile fuisse ipsi hujus scriptori aut scribæ hanc predictionem interpolare, nec ullum interpolationis argu-mentum, nisi quia illi sibi ita videtur, attulit. Si quisquam aulicus habet, hâc fingere liceat, jam hæc hæretica in remota convertitur, nihil-que certum, nihil verum in rerum monumentis supererit.

emendatō et exiguum stipem ab aliis, et paucis breccellam exquirant, neque promptum habeat

CAPUT III.

1. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli : et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.

2. Factum est ergo in die quidam, Heli iacebat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre :

3. Luceana Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait : Ecce ego.

5. Et ecurrit ad Heli, et dixit : Ecce ego; vocasti enim me. Qui dixit : Non vocavi; revertere et dormi. Et abiit, et dormivit.

6. Et adiecit Dominus rursū vocare Samuel. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, et dixit : Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit : Non vocavi te, fili mi; revertere, et dormi.

7. Porro Samuel nequā sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini.

8. Et adiecit Dominus, et vocavit adhuc Samuelin tertio. Qui consurgens, abiit ad Heli.

9. Et ait : Ecce ego, quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum, et ait ad Samuellem : Vade, et dormi; et si deinceps vocaverit te, dicis : Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, et dormivit in loco suo.

10. Et venit Dominus, et stetit : et vocavit, sicut vocaverat secundo : Samuel, Samuel. Et ait Samuel : Loquere, Domine, quia audit servus tuus.

11. Et dixit Dominus ad Samuellem : Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambae aures ejus.

gens illud invisum, et ignobile aliorum officium.

CHAPITRE III.

1. Or, le jeune Samuel servait le Seigneur auprès d'Héli; et la parole du Seigneur était alors rare et précieuse; on ne connaissait plus guère de vision et de prophétie.

2. Les yeux d'Héli s'étaient obscurcis, selon que le Seigneur le lui avait prédit, et il ne pouvait voir. Il arriva un jour lorsqu'il était couché en son lieu ordinaire,

3. Que Samuel dormait dans l'appartement d'Héli, qui était proche le temple du Seigneur, où était l'arche de Dieu, avant que la lampe qui brûlait dans le temple de Dieu fût éteinte, c'est-à-dire, avant que l'aurore commençât à paraître.

4. Le Seigneur appela Samuel. Et Samuel lui répondit : Me voici.

5. Il courut aussitôt à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui dit : Je ne vous ai point appelé; retournez et dormez. Samuel s'en alla, et se rendormit.

6. Le Seigneur appela encore une fois Samuel. Et Samuel s'étant levé s'en alla à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui répondit : Mon fils, je ne vous ai point appelé, retournez et dormez.

7. Or, Samuel ne connaissait point encore les voies du Seigneur ni les signes par lesquels il fait sentir sa présence aux prophètes, car jusqu'alors la parole du Seigneur ne lui avait point été révélée.

8. Le Seigneur appela donc encore Samuel pour la troisième fois. Et Samuel se levant, s'en alla à Héli.

9. Et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli reconnut alors que le Seigneur appelait l'enfant, et il dit à Samuel : Allez, et dormez; et si l'on vous appelle encore une fois, répondez : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur vous écoute. Samuel s'en retourna donc en son lieu, et s'endormit de nouveau.

10. Le Seigneur vint encore; et, étant près de Samuel, l'appela, comme il avait fait les autres fois : Samuel, Samuel. Samuel lui répondit : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur vous écoute.

11. Et le Seigneur dit à Samuel : Je vais faire dans Israël une chose que nul ne pourra entendre sans être frappé d'un profond étonnement.

12. In die illā auscitabo adversum Heli omnia quae locutus sum super domum ejus; incipiam, et complebo.

13. Praedixi enim ei quod judicaturus essem domum ejus in aeternum, propter iniquitatem, eò quod noverat indignè agere filios suos, et non corripuerit eos.

14. Idcirco juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in aeternum.

15. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuellem, et dixit : Samuel, fili mi? Qui respondens ait : Praesto sum.

17. Et interrogavit eum : Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaveris me. Haec faciat tibi Deus, et haec addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quae dicta sunt tibi.

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, et non abscondit ab eo. Et ille respondit : Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat.

19. Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

20. Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israel.

VERS. I. — PEU APRÈS SAMUEL MINISTRABAT DOMINO CORAM HELI (1). PUER ADHUC SAMUEL ASSIDUUS ERAT SACERDOTI HELI, ILLIQUE IN OMNIBUS PRAESTO ADERAT, QUAE AD SACRUM TABERNACULI MINISTERIUM PERTINEBANT. QUOD FACIEBAT

(1) Chaldeus : In vitâ Heli.

42. En ce jour-là je vérifierai tout ce que j'ai dit contre Héli et contre sa maison; je commencerai et j'achèverai.

43. Car je lui ai prédit que j'exercerais mon jugement contre sa maison pour jamais, à cause de l'iniquité de ses enfants, parce que sachant que ses fils se conduisaient d'une manière indigne de leur ministère, il ne les a point réprimés.

44. C'est pourquoi j'ai juré à la maison d'Héli que l'iniquité de cette maison ne sera jamais expiée ni par des victimes ni par des présents, mais qu'elle portera toute la peine qu'elle mérite.

45. Or, Samuel ayant dormi jusqu'au matin alla ouvrir les portes de la maison du Seigneur; et il craignait de dire à Héli la vision qu'il avait eue.

46. Héli appela donc Samuel, et lui dit : Samuel, mon fils. Il lui répondit : Me voici.

47. Héli ajouta : Qu'est-ce que le Seigneur vous a dit? Ne me le cachez point, je vous prie. Que le Seigneur vous traite avec toute sa sévérité si vous me cachez la moindre chose de toutes les paroles qui vous ont été dites.

48. Samuel lui dit donc tout ce qu'il avait entendu, sans lui en rien cacher. Héli répondit : Il est le Seigneur; qu'il fasse ce qui est agréable à ses yeux; il ne fera rien qui ne soit justement juste.

49. Or, Samuel croissait en âge; et le Seigneur était avec lui; et nulle de ses paroles ne tomba à terre.

50. Et tout Israël connut, depuis Dan jusqu'à Bersabée, que Samuel était le fidèle prophète du Seigneur.

51. Le Seigneur apparut de nouveau à Samuel dans Silo; car ce fut à Silo qu'il se découvrit à Samuel, et que, selon qu'il avait fait entendre sa parole la première fois, il lui fit entendre de même dans la suite. Et tout ce que Samuel dit à tout le peuple d'Israël de la part du Seigneur fut accompli.

COMMENTARIUM.

aut quia è levitico ordine, qui multa in templo pro suo instituto obibat ministeria; aut certe quia, ut supra diximus non videri difficile, ad sacerdotales partes admittebatur, divino nimirum privilegio, quod, opinor, Heli non ignorabat. Et hoc fortasse veritas, quia, ut paulò ante à nobis observatum est, multa postea

emendatō et exiguum stipem ab aliis, et paucis breccellam exquirant, neque promptum habeat

CAPUT III.

1. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli : et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.

2. Factum est ergo in die quidam, Heli iacebat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre :

3. Luceana Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait : Ecce ego.

5. Et ecurrit ad Heli, et dixit : Ecce ego; vocasti enim me. Qui dixit : Non vocavi; revertere et dormi. Et abiit, et dormivit.

6. Et adiecit Dominus rursū vocare Samuel. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, et dixit : Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit : Non vocavi te, fili mi; revertere, et dormi.

7. Porro Samuel nequā sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini.

8. Et adiecit Dominus, et vocavit adhuc Samuel tertio. Qui consurgens, abiit ad Heli.

9. Et ait : Ecce ego, quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum, et ait ad Samuel : Vade, et dormi; et si deinceps vocaverit te, dicis : Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, et dormivit in loco suo.

10. Et venit Dominus, et stetit : et vocavit, sicut vocaverat secundo : Samuel, Samuel. Et ait Samuel : Loquere, Domine, quia audit servus tuus.

11. Et dixit Dominus ad Samuel : Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambae aures ejus.

gens illud invisum, et ignobile aliorum officium.

CHAPITRE III.

1. Or, le jeune Samuel servait le Seigneur auprès d'Héli; et la parole du Seigneur était alors rare et précieuse; on ne connaissait plus guère de vision et de prophétie.

2. Les yeux d'Héli s'étaient obscurcis, selon que le Seigneur le lui avait prédit, et il ne pouvait voir. Il arriva un jour lorsqu'il était couché en son lieu ordinaire,

3. Que Samuel dormait dans l'appartement d'Héli, qui était proche le temple du Seigneur, où était l'Arche de Dieu, avant que la lampe qui brûlait dans le temple de Dieu fût éteinte, c'est-à-dire, avant que l'aurore commençât à paraître.

4. Le Seigneur appela Samuel. Et Samuel lui répondit : Me voici.

5. Il courut aussitôt à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui dit : Je ne vous ai point appelé; retournez et dormez. Samuel s'en alla, et se rendormit.

6. Le Seigneur appela encore une fois Samuel. Et Samuel s'étant levé s'en alla à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui répondit : Mon fils, je ne vous ai point appelé, retournez et dormez.

7. Or, Samuel ne connaissait point encore les voies du Seigneur ni les signes par lesquels il fait sentir sa présence aux prophètes, car jusqu'alors la parole du Seigneur ne lui avait point été révélée.

8. Le Seigneur appela donc encore Samuel pour la troisième fois. Et Samuel se levant, s'en alla à Héli.

9. Et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli reconnut alors que le Seigneur appelait l'enfant, et il dit à Samuel : Allez, et dormez; et si l'on vous appelle encore une fois, répondez : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur vous écoute. Samuel s'en retourna donc en son lieu, et s'endormit de nouveau.

10. Le Seigneur vint encore; et, étant près de Samuel, l'appela, comme il avait fait les autres fois : Samuel, Samuel. Samuel lui répondit : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur vous écoute.

11. Et le Seigneur dit à Samuel : Je vais faire dans Israël une chose que nul ne pourra entendre sans être frappé d'un profond étonnement.

12. In die illā auscitabo adversum Heli omnia quae locutus sum super domum ejus; incipiam, et complebo.

13. Praedixi enim ei quod judicaturus essem domum ejus in aeternum, propter iniquitatem, eò quod noverat indignè agere filios suos, et non corripuerit eos.

14. Idcirco juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in aeternum.

15. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuel, et dixit : Samuel, fili mi? Qui respondens ait : Praesto sum.

17. Et interrogavit eum : Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaveris me. Haec faciat tibi Deus, et haec addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quae dicta sunt tibi.

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, et non abscondit ab eo. Et ille respondit : Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat.

19. Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

20. Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israel.

VERS. I. — Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli (1). Puer adhuc Samuel assiduis erat sacerdoti Heli, illique in omnibus praesto aderat, quae ad sacrum tabernaculi ministerium pertinebant. Quod faciebat

(1) Chaldaeus : In vitâ Heli.

42. En ce jour-là je vérifierai tout ce que j'ai dit contre Héli et contre sa maison; je commencerai et j'achèverai.

43. Car je lui ai prédit que j'exercerais mon jugement contre sa maison pour jamais, à cause de l'iniquité de ses enfants, parce que sachant que ses fils se conduisaient d'une manière indigne de leur ministère, il ne les a point réprimés.

44. C'est pourquoi j'ai juré à la maison d'Héli que l'iniquité de cette maison ne sera jamais expiée ni par des victimes ni par des présents, mais qu'elle portera toute la peine qu'elle mérite.

45. Or, Samuel ayant dormi jusqu'au matin alla ouvrir les portes de la maison du Seigneur; et il craignait de dire à Héli la vision qu'il avait eue.

46. Héli appela donc Samuel, et lui dit : Samuel, mon fils. Il lui répondit : Me voici.

47. Héli ajouta : Qu'est-ce que le Seigneur vous a dit? Ne me le cachez point, je vous prie. Que le Seigneur vous traite avec toute sa sévérité si vous me cachez la moindre chose de toutes les paroles qui vous ont été dites.

48. Samuel lui dit donc tout ce qu'il avait entendu, sans lui en rien cacher. Héli répondit : Il est le Seigneur; qu'il fasse ce qui est agréable à ses yeux; il ne fera rien qui ne soit justement juste.

49. Or, Samuel croissait en âge; et le Seigneur était avec lui; et nulle de ses paroles ne tomba à terre.

50. Et tout Israël connut, depuis Dan jusqu'à Bersabée, que Samuel était le fidèle prophète du Seigneur.

51. Le Seigneur apparut de nouveau à Samuel dans Silo; car ce fut à Silo qu'il se découvrit à Samuel, et que, selon qu'il avait fait entendre sa parole la première fois, il lui fit entendre de même dans la suite. Et tout ce que Samuel dit à tout le peuple d'Israël de la part du Seigneur fut accompli.

COMMENTARIUM.

aut quia è levitico ordine, qui multa in templo pro suo instituto obibat ministeria; aut certe quia, ut supra diximus non videri difficile, ad sacerdotales partes admittebatur, divino nimirum privilegio, quod, opinor, Heli non ignorabat. Et hoc fortasse veritas, quia, ut paulò ante à nobis observatum est, multa postea

præstitit Samuel, quæ non auderet, nisi ad tertium gradum è sacerdotali ordine aliquid accessisset.

De auctore, in quâ primùm Samuel spiritu affatus est prophætico, variè meditantur auctores. Hoc unum certum est, in eâ fuisse auctorem, à quâ vocari potuerit puer: et modus ipse loquenti satis indicat, illum non valde ætatis fuisse provecæ. Placet quod Josepho placuit, lib. 4, cap. 14, tunc Samuelem fuisse duodenarium: neque longè hinc abeunt Hebræi in Seder Oham cap. 14, et tenet Abulensis, et alii frequentes.

Et sicut DOMINI ERAT PRETIOSUS IN DIEBUS ILLIS, Pretiosum illud dicitur, quod rarum est, hoc minus quam plurima alia, aut pulchrum sibi, aut necessarium; hæc etiam quantumcumque aliqui magna, assiduitate tamen et frequentia vilescent. Quia igitur eò seculo pauci reperiebantur, quos divinus allaret Spiritus, quinque verba Dei ad homines deferrent, ut verba Dei tunc apparebant rara, sic etiam magno habebantur in pretio. Sane toto tempore, quo Israelitidi genti præferebantur iudices, vix unum aut alterum invenies, per quem Deus hominibus, quid factum vellet, aut quid futurum esset, aperiret. Ego duos tantum reperio cap. 4, v. 4, Deborah prophetidem: et cap. 6, v. 8, prophetam alium, cuius ibi nomen non legitur; imò hunc Augustinus, q. 15 in Iudicæ angehim esse putat. An alios fuerit eo seculo propheta, non constat.

NON ERAT VISIO MANIFESTA (4). Loquebatur quidem Deus cum hominibus, illisquæ quid fa-

(4) Hebr. *siphralet*, id est, rupta, fit est, late diffusa vel sparsa. Vatabl. *clarior*. Chald. *que publicè inuocaretur*. Septuag. *distinquent*, fit est, distincta et clara. Hæc dicuntur ad laudem Samuelem, quòd ipse in mediis scelerum et ignorantie tenebris propheta emicurrat, quasi novus quidam sol Israelis.

(Corn. à Lap.)
Or le jeune Samuel servoit le Seigneur en la présence d'Heli et la parole du Seigneur étoit rare et précieuse. Dieu tenoit assez le mépris qu'il faisoit d'Heli en mettant en quelque sorte le jeune Samuel en sa place, non pour les fonctions extérieures et pour la dignité du sacerdoce, mais pour ce qui est de plus important dans l'office des prêtres, c'est-à-dire pour l'intelligence de ses secrets et pour la révélation de ses volontés. C'est lui que Dieu instruit de l'avenir en un temps où Dieu ne se découvrait que rarement et à très peu de personnes, et c'est par lui qu'il fait connaître à Heli ce qu'il avoit résolu de faire, au lieu que dans l'ordre naturel, c'étoit par Heli que Dieu devoit instruire le jeune Samuel de ses volontés.

ctum vellet, manifestabat; non tamen ita apertè, ut alii cognoscerent publicè aliquid fuisse à Domino prædictum. Neque illius tanquam propheta cognoscebatur, qui divino instinctus afflatu aut futura prædicere, aut divina ad homines oracula deferret, quales fuerant postea Isaias, Jeremias, et qui compellatione familiari et notâ appellantur *prophætae*. Atque ideò dicitur: *Visto non manifesta*, qualem habuit, ut opinor, antea Heli, si fortè cognovit qualis futurus esset Samuel, quando oblatas est in templo, aut Anna, quando canticum illud cecinit, de quo præcedenti capite, in quo diximus aliquid esse propheticum. Visiones istæ, aut illustrationes propheticæ manifestæ non erant, quia neque publicè fuerant oblatas ad populum, neque qui à Deo profectum illum lucem acciperant, prophetae putabantur.

VERS. 2. — HELI JACEBAT IN LOCO SUO, ET OCULI EIUS CALIGABANT, NEC POTERAT VIDERE. Quis fuerit locus ille, in quo suum sibi lectum straverat Heli, non constat, quia de separato pro sacerdotibus secessu, in tabernaculi constructione nihil habemus, quod ego saltem viderim. Secus est de templo, quod tabernaculo successit, sive illud sit primùm à Salomone constructum, sive quod post solutam captivitatem Babylonicam à Zorobabele excitatum est; in hoc gazophylacæ legimus, et pastophoria et varia pro ministrorum commoditate diversoria; at in tabernaculo nihil legimus. Sed non est dubitandum inter septa tabernaculi, maxime ubi lectum habuit stabilem in terrâ promissâ, fuisse secessus aliquos, ad quos se recipere, quibus commissa erat cura atque tutela tabernaculi, ut probat hic locus, qui diversas stationes indicat Samuelem et Heli, et affirmat Samuelem in templo Domini dormire, in quo erat arca. Erat autem eo tempore Heli jam ætate gravis, et ut cap. 4 dicitur, v. 15, nonaginta quinque annorum; et quod ætatem illam grandem consequi plerumque assolet, cæcis erat, aut certè caligantibus oculis, ita ut videre non posset. Hic adhibendum punctum, et ab eo, quod sequitur, inchoanda clausula, ut habent jam communiter correcti codices, et nuper Sixtiani, et agnoverunt antiqui Patres, ut Hieronymus in Traditionibus hebraicis; et hæc disjunctio sine dubio antiquissima multas dissolvit quæstiones, quæ variè doctorum viro-rum vexarunt ingenia; à quibus nobis, qui aliam divisionem prohamus et sequimur, abstinendum est. Est omninò eadem hic senten-

tia, imò et verba, quæ cap. 4, v. 15: *Oculi ejus caligaverant, et videre non poterant*.

Multicodices superiora verba ita conjungunt: *Non poterat videre lucernam antequam extingueretur*. Quod variè, ut fieri in obscuris assolet, accipitur interpretès, qui ita hunc locum disjungunt et legunt, Eucherius, Angelonus, Rabanus, Dionysius. Quidam usque ad eò debilem esse existimant sacerdotis oculorum defectum, ut lucernæ splendorem sustinere non posset, nisi eum jam langueret, et penè esset extincta. Quemadmodum multa sunt animalia, quæ in luce exsultant; et noctu, quando lux est pertenuis, sine labore atque offensione vident, quales sunt blattæ et aves quæ, quia à solis radiis quasi à spiculis vulnerantur, lucem fugitant, et ideò *lucifuge* dicuntur, ut vesperiliones et noctue. Cum his ordinariæ Glossæ, et maxime cum Heli comparat invidios, qui lucentes fratres videre non possunt; vident tamen fumigantes: splendor illorum perstringit oculos, extinctâ lucernâ, aut fumigatis oblectat. Non videt Heli splendorem Dei lucernam, et videt Annam moventem labia, quam temulentam esse credidit; et qui domesticas sordes et filiorum perditissimam vitam non videt, ille Lynceos habet oculos, ut errata cereret aliena. Quod de lamis dixit antiquitas, et tradit Plutarchus.

Cajetanus contra putat; existimat enim debilem quidem habuisse Heli scelerum aciem, ita ut lucernam videre non poterit, nisi eum Inceret clarè: nam cum jam langueret et penè deficeret lucernâ, videre illam nullo modo poterat. Abulensis in priori explicatione, quam non improbat, ait ideò tabernaculi custodiam creditam esse Samueli, quia cum Heli caligeret oculis, neque lucernas, quæ accendebantur noctu, in ipsâ nocte videre posset, minus existimabatur idoneus custos, qui excubaret, et custodirot tabernaculum, atque ideò curam illam Samueli mandavit.

Sed plerumque aliter distinguunt, ita ut in illo, *videre non poterat*, statatur punctum, et deinde inchoetur nova clausula ab illis verbis: *Lucernam antequam*, etc. Ita tenet Hieronymus in Traditionibus hebraicis, ad hunc locum; Abulensis in explicatione secundâ; Lira, Historia scholastica; quæ lectio antiquissima fuit, quam probat antiquissima translatio hispanica. Ad extremum ita distinguunt Sixtiani codices, quorum est auctoritas gravissima. Sicut etiam fecerunt Septuaginta et Chaldaei; et habent ex antiquis codicibus non pauci, et nova trans-

lationes. Et juxta hæc, quæ deinde sequuntur, explicabimus.

VERS. 5. — LUCERNA DEI ANTEQUAM EXTINGUERETUR (1), SAMUEL DORMIEBAT IN TEMPO DOMINI. Hinc nova, ut diximus, incipit clausula, ut jam collectè habent codices. Licet autem à magis nos hæc disjunctio difficultatibus liberet, non tamen illa soluta est, ut non aliquam interpretis operam desideret. Sensus est, excitatum Samuelem à divina voce, antequam lucernæ, quæ totâ nocte lucebat, ante auroram extingueretur; sive, quod idem est, antequam quisquam tabernaculum esset ingressus, cum adhuc lucrent lampades, quas sub auroram extinguebant sacerdotes, id est, cum adhuc Samuel solus esset in templo; ac si dicat: Dormiebat Samuel in templo solus, et ante illud tempus, quo languere solent, aut extinguuntur lucernæ, vocem audivit à Deo, quæ excitatus illic ad sacerdotem accurrit, ratus ab illo se ad aliquod aut natura levamentum, aut templi ministerium vocari.

Sed hic nobis quaerendum, quodnam sit illud tempus, in quo lucerna Dei, id est, candelabrum quod lucebat in templo, extingueretur; et primùm, si quod nonnulli putant, id videtur colligi ex cap. 27 Exod. 20, lucernæ semper ardebat in tabernaculo, non putarem tantum extingui tunc dici lucernam, quando lucere jam omninò desinit, aut eum magis fumigare videtur, quam lucere; sed quando lux est languida et lucernâ dormitat, id est, parum et subobscurè splendet. Quod accidit plerumque nocte jam exactâ, aut non longè ante lucem, cum consumptum est oleum, aut lychnum exustum. Sed reverâ lucernâ, id est, aureum candelabrum quod septem erat instructum lucernis, tantum lucebat nocte, et sub auroram extinguebatur. Quod facile discimus ex Levit. cap. 4, v. 5: *Ponetque eam (lucernam) Aaron à vespere usque in mane coram Domino*. Et Exod. 30, v. 7: *Adolebit lucernam super altari Aaron mane fratribus mane, quando componet lucernas, incendet illud, et quando collocabit eam ad vespereum*. Et clarior cap. 27, v. 24: *Et collocabit eam (lucernam) Aaron et filii ejus, ut vespere mane luceret coram Domino*. Et adhuc aperit 2

(1) Porrò Rabanus, Angelus, Eucherius, Abulensis et Cojet, aliter legunt et distinguunt, mirum sic: *Heli videtur nec poterat lucernam Dei antequam extingueretur*, q. d.: Heli excipiens videre non poterat in aurora, cum adhuc lucernæ arderent, sed videre poterat clarâ die cum lucernæ essent extinctæ. Verùm legendum est cum Iovin. (Corn. à Lap.)

Paralip. 13, v. 11 : *Et* (inquit Abiss) *apud nos candelabrum aureum, et lucernæ eius, ut accendantur semper ad vesperum.*

Sed contra stat, quod Exod. cap. 27, v. 20, dicitur : *Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum, etc., ut ardeat lucerna semper.* Quare interitum quoque fuisse videtur accensa. Sed est solutio facilis, nam ex usu Scripture signa universalia accommodatæ ad materiam suppositam explicanda sunt; et idcirco non semper universaliter significant. Quomodo etiam dixit Cyrus Esdræ lib. 1, cap. 1 : *Omnia regna mundi dedit mihi Dominus, nempe Assyriorum, ubi ipse regnabat, quasi dicit : Nullum habeo regnum, quod non acciperim à Deo.* Et Lucæ cap. 2 : *Exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur universis orbis; subiectos nimirum imperio Romano, Isaiæ 15 : Ut disperderem omnem terram.* Ubi sic Hieronymus : « Non inquit totum orbem, sed omnem terram Babylonis et Chaldeorum. » Ubi tradit regulum, de qua nos proxime. Sic aliquis dicitur unquam defuisse altari, nempe cum illius opera necessaria fuit; et magister toto anno docuisse, nempe quo tempore lege instituta debuit. Quare ardeat dicitur semper lucerna, quia nullo extinguitur tempore à lege constituto. Quod optinè expressum est lib. 2, cap. 15 : *Ut accendantur semper ad vesperam.* Quam solutionem adhibuit Abulensis ad cap. 27 Exod, v. 21.

Stat item contra, quod Exod. cap. 28, v. 7, sacerdos jubetur componere lucernas tam mane quam vespere; quod omnino videretur otiosum, nisi etiam interitum tenero debuissent. Sic autem ibi : *Adolebit incensum super altari Aaron mane fragrans mane, quando componet lucernas, incendet illud, Et quando collocabit eas ad vesperum, uret thymiana.* Sed hic, ut vides, duo sunt verba, *compono* et *colloco*, in quibus non parum videtur esse discriminis. *Componere* enim mundare est, et quod videtur minus ad splendorem et pulchritudinem esse, detergere, quomodo si quod vestimentis adhaesit sordidum, detergas; si defrices fuliginem è vasis, si quod est vitiosum, aut minus pro dignitate, corrigis. Et id omnino valet vox hebraica *וַיְבַרְכֵם*, quæ significat, *benè altari facere.* Cum ergo lucernæ atque aureo candelabro aliquid atrum adhaesisset à fumo et igne, et nonnulli etiam indecorum ab oleo qui utrumque defricat, et ab utroque candelabrum emanabat, ille sanè benè candelabro facti, quia reddidit nitulum, et illud componit, quia restituit quod

illi fuerat è pulchritudine aut aptitudine detractum.

Ubi *Vulgatus, collocabit*, hebraicè est, *bea-lath*, id est, in *faciendo ascendere lucernam*, id est, dum facit, nempe vespere ascendere lucernam. Ex quo colligo, matutino tempore removeri lucernas ab altari, ut in secreto aliquo loco mundentur, et illis ac nocturnum lumen oleum infundatur; neque enim essent altari resitutæ, aut, quod dixit *Vulgatus, collocatæ*, nisi prius forent ab altari depositæ; neque propterea deiebat, in loco maxime religioso ac puro, ut infunderetur oleum, aut extergeretur, quod adhaesisset sordium. Sanè viri elegantes et laici in suo conspectu fieri nullo modo sinerent. Quare matutino tempore extinguebantur lucernæ, et mundabantur componebanturque ad vespertinum lucem candelabrum; vespere vero accendebantur, ut offusæ è tabernaculo tenebras exigerent. Quod de nocturno tantum lumine diximus, tenet Abulensis ad cap. Exod. 27, v. 10; Oleaster ibid. et cap. 30 Exod.; Cornelius à Lapide in hæc eadem capita. Neque ab hæc sententiâ totus abijt *Josephus*, qui lib. 3 Antiquit. cap. 9, tradit, quæ fide ipse viderit sacerdotes è septem lucernis extinguere solitas esse quatuor, et tres alias reliquis tantum interitum lucere. Fortassè illius tempore illud erat in usu, quando mutatis cum sacerdotio iam venisset aliis plurimis, ex antiqua religione multa ceciderant.

Ex his non difficile intelligitur, quid sibi velit hic locus, qui sanè, quocumque accipias modo, facilis non est. Designat enim tempus, quando excitatus est Samuel, et primum afflatus Spiritu prophetico, nempe antequam de more, absente jam die, lucernæ extinguerentur. Ita putat Hieronymus in Traditionibus hebraicis ad hunc locum, et Abulensis hic q. 1, et Cornelius à Lapide in cap. 27 Exodi.

Solet autem certa quædam actio, seu signum, sive illud à naturâ sit, sive ab hominum instituto et more, pro tempore usurpari, in quo ex consuetudine solet, aut naturâ contingere. Quomodo dentitio, pubertas, lactatio, seu ab lactatio aliquam in homine ætatis differentiam significant. Hinc gallicianum, aut cantianum certa in nocturno spatio tempora designant. Ex instituto ac lege vespere in sacrificio jugi agnus immolabatur; hinc sacrificium vespertinum pro ipso vespere adhibuit Daniel cap. 9, v. 21. Cum ergo mane extinguerentur lucernæ, quæ totâ lucebant nocte, illarum extin-

ctio pro tempore ponitur matutino. Neque aliquid hic significatur aliud, quam ante matutinum tempus divino primùm Spiritu instinctum esse Samuelem.

SAMUEL DORMIET IN TEMPO DOMINI, UBI ERAT ARCA DEI (1). Ubi dormiret Samuel, non constat; dormisse tamen in tabernaculo non est dubitandum, in loco fortassè adjuncto, ubi custodire posset arcam, aut videre ne quid ibi aut inordinatum esset, aut minus è religione fieret. Quod præstare non poterat Heli, ut qui jam esset senio gravis, et rebus aut tractandis aut tuendis prorsus inutilis; quare illius loco videbatur constitutus Samuel curator et custos. Chaldaeus illum fuisse dicit in atrio Levitarum; sed probare debuit atrium in tabernaculo fuisse pro Levitis. Cœmonius ad Hebr. cap. 9, in atrio putat fuisse mandano. Res planè incerta, neque aliquid dici nisi divinando potest.

VERS. 4. — ET VOCAVIT DOMINUS SAMUELEM, ET RESPONDIT E : ECCE EGO. Hæc spectabant, quæ ex toto capite ad hunc usque locum prodicia sunt. Cum in templo tanquam vigil et custos excularet Samuel, audivit suo se nomine compelliari; et statim, ut erat ad parendum promptus et ardens, atque alacer ad imperata prestanda, confestim clamat : *Ecce ego*, quod nimirum prodit stadium obsequentis animi. Neque se tricat, aut pigritat in lecto; sed cum dicto se corripit, et sistit seni, facturus quiddam

(1) Interpretum quidam censent, in textu lupus versiculi turbatas esse aliquas voces, quas corrigi oportet. Aurei illorum offendit ea phrasîs : *Samuel dormiebat in templo, ubi erat arca; legunt enim : Et cum lucerne, quæ erant in templo Domini, ubi erat arca Dei, necdum extinctæ essent, et Samuel adhuc dormiret, tunc vocavit Dominus Samuelem.* Utrum verò hæc turbatio textus necessario inducta sit, ambigo. Non equidem ignoramus, Levitas pro consuetudine more tam prope tabernaculum non cubasse; nihil tamen prohibet, quin id Samuelem concessum fuerit, ut servitius Heli adolesceret paratior; hoc enim, utpote extraordinarium, communi legi non obiciebat. Textus est protecto nimis perspicuus, et quæ proponitur inversio, ardua nimis et violenta. Satis est utique, ex nostrâ expositione, si statuantur Heli et Samuel cubantes in conclavi, quod templo contiguum erat, ut veritas dicto constat : *Dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.* (Calmet.) *Samuel dormait dans le temple de Ségnoire.* Ceci nous marque, dit saint Grégoire, le sommeil des Saints qui peuvent dire comme l'épouse : *Je dors, à l'égard des sens et de toutes les choses du monde, mais mon cœur seveille, et il trouve son repos dans le sein de Dieu et dans la méditation de sa parole.* (Saey.)

impositum sibi foret à pontifice. Atque idè dicit : *Ecce ego*; quiddam tibi libuerit operis impone; nulla erit in obsequendo difficultas, aut mora; idè enim accuri, quia vocasti me. Tunc Heli, cum sciret à se non fuisse accersitum, neque quid haberet operis, quod iugiter, ad cubile rursus et quietem remisit. Quod iterum postea ac tertio fecit, cum enim vox sæpius Samuelem urgeret, sæpe ipse sicut antea hilaris advolabat et promptus (1).

VERS. 7. — PORRO SAMUEL NECDUM SCIEBAT DOMINUM. Nôrat quidem Dominum Samuel illumque veneratur, et totum se ad ejus voluntatem nutumque angelat; non tamen nôrat eâ cognoscere, quæ prophete solet, qui Deum alio quodam modo familiarem habent. Atque idè Dei vocem hominis esse arbitra-

Ex his ego colligo accommodatè ad posteriorem sententiam, civitates omnes et vicos, quorum nullus ab illa murium strage fuerat immunis, contulisse auro, ut ex illo conflarentur murium simulacra, quæ veros atque viventes mures aut extinguerent, aut ex patriis finibus aliò relegerent; sicut multis ante sæculis Hebræi, ut aurum effligerent vitulum, ornamenta ex ororum ac filiarum auribus sublata contulerunt. Tunc autem vulgatam lectionem nonnulli implexam sic insinuo, atque ordino: Illi sunt aurei ani, quos reddiderunt Philistinii, nempe quinque; et mures, nempe totidem, secundum numerum civitatum, quæ quinque satrapia, sive provinciis præerant, corrogato auro ex omnibus civitatibus ac vicis, qui in quolibet continebantur satrapia; ex qua pensione nullus excludatur locus, sive valatus esset quibus, sive à morum ambitu nudus et apertus. Ita videtur non incommode vulgatæ lectioni satisfieri, quæ aliter de ani ac de muribus aureis videtur locuta.

Nilominus ego tam quinque anos quam quinque mures (neque enim plures esse arbitror) ex collecto ex omnibus civitatibus auro confectos esse putò; quod auctores sentiant aut omnes, aut plerique, quos superius adduxi. Neque id gravatè ferrent civitates aliæ, cum eisdem mala aut paterentur aut timerent. Et recta exigit ratio et administratio prudens, ut quando ad publicum et communem salutem illud consilium spectat, ex publicis etiam, ac communibus expensis aureum illud donarium fiat, quod darum Domini manum suspendat aut avertat. Dixi hoc hispanica translatio, quam jam olim converterunt ex Hebræo Iudeorum dictionum, cuius hic verba referam, quia communem Hebræorum cogitationem exprimit. Dixit esse quinque illos anos, quos quinque civitates aliarum capita obtulerunt, Azotum, Gaza, etc., et addit: Et tot rationes de ora (quos nempe illa quinque obtulerunt civitates) a cuncta de totius his villas de his Philistinorum. Ubi vocem hebraicam mispar, quam Vulgatus numerum reddidit, ipsi trans-

tulerunt cuncta, id est, rationem, fortasse, quia quælibet civitas pro civium facultate ac numero assignatam sibi partem conferebat.

Et QUOD AD ABEL MAGNUM, SUPER QUAM POSUIT MURUM ABRAHAM DOMINUM. Apparet Bethsames primam esse civitatem quæ in sua regione in gradibus Palestini, et Abel magnum esse partem illam Bethsanitici agri, quam Palestinoorum fines proximè attingunt. Dum ergo dicuntur civitates munite et aperte ad illum usque locum, ad conflanda illa donaria, aut plagarum monumenta, pecuniam aut aurum contulisse, dicuntur nullæ civitates esse reliquæ, quæ non pro sua quoque facultate aliquis impenderit. Abel magnum lapis ille est, qui depositum ex plastro arcam excepit, et in quo super ligna plastro combustæ sunt vacæ. Cur lapis ille dicitur Abel, obscurum est. Quidam אבן , Abel, positum esse putant pro אבן עזר , eben, quæ vox lapidem valet. Ita Rabb. David. Facilis autem esse potuit litteræ unius in aliam commutatio. Alii Abel lapidem illum, id est, saxeam molem, quæ ex illa plantis in dorsum erupit, dictam esse conjectant, quia Ibi magnum excitatus est Bethsanitarum luctus, propter ingentem cladem, quæ in eo loco magnam illius populi multitudinem stravit. Sicut etiam Genes. 50, v. 11, locum, ubi Egyptii Jacob sepulchrum funebri planctu processerunt, אבן עזר appellaverunt. Idcirco vocatum est nomen loci illius, Planities Egypti. Et hoc postremum mihi non displicet. Solent autem scriptores in omni idiomate nomen adhibere, quod paulò, imò longè post rebus inditum est. Ut cap. 4, v. 2, diximus, ubi observavimus lapidem tunc adjecturum per prolepsin vocari illum cuius postea, cap. 7, nomen illud datum est.

QUE ERAT USQUE IN ILLUM MUR IN AGRO JOSUE BETHSANITIS. Quid refert illud, quæ obscurum est. Quidam ad arcam pertinere existimant, sed non video, quo sensu. Alii ad lapidem, super quem arca fuit posita, et holocaustum immolatum, referendum putant. Quod ego magis probò. Sed duo obstant maxime; alterum est, quòd lapis generis est masculini; hic verò quæ ponitur, quæ vox generis feminei. Alterum, quia supra diximus, lapidem illum mobilem non esse, aut è latitudinis erant, sed vivum, et terræ adhuc, ex qua emergerat, infixum. Prior pars non multum movet eos qui naturæ genus sæpè in translationibus servari, quòd in originali fuerat; quòd exemplis optimis alian-

de probavimus in nostris Commentariis in Isaiam c. 7, ad illud: Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Sic Apocal. 2, candelabra dicuntur stantes, quæ λαμπη græcè generis sunt feminei. Et ex Hebraicis est illud Genes. 5: Ponam inimicitias inter te et mulierem, et semem tuum, et semen illius; ipse contemnet et caput tuum. Illud ipse non refert huiusmodi vocem semen, quæ generis est neutrius; sed hebraicam זרע zerah, quæ masculini generis est. Sic quæ non refert lapidem masculini sed אבן Abel, quæ feminei generis est.

Neque secunda ratio admodum urget; nam licet vivum ac naturale saxum moveri non solet, sicut illud, quòd excidium est, tamen ab agricolis moveri solet, ubi est in agro primo et pingui, et in mediâ valle, qualem ex v. 15 constat illam fuisse, in quâ segetes metebant Bethsanitæ. Quòd si verum est, quòd ex Hebræorum sententiâ, putabat Hieronymus, Abraham in illo saxo sacrificasse, quòd ex hoc loco non parum accipit firmitatem, non est vulgaris ratio, cur dicitur lapis ille ad illum usque diem perseverasse, cum ex eo viri pii propter tanti patriarchæ memoriam, aliquam partem ad suarum ædium ædificationem excidere potuerint, imò et fortasse deberent.

Querit hic Abulenſis, q. 15 et 14, quid factum de capsellâ fuerit, que arca claudebatur illa Palestinoorum sive anathematâ, sive vota; ac tandem delinxi, aut in vasa sacra ad tabernaculi ministerium fuisse conversa, aut certe ibi ad tantum casum æternam memoriam esse reservata. Sicut postea gladius Goliath et Holofernis conopæum, tanquam divinarum virtutis monumenta servata sunt. Ut enim gentes vota suspendunt ad deorum altaria, quibus illorum sive potentiam, sive benignitatem proficiuntur; sic certè non est improbabile, in tabernaculo primum, deinde in templo à Salomone constructo multa fuisse vota, multa à multis suspensa donaria, aut certè divine iustitiæ testimonia. Sic Numer. 21, servatus est agens serpens, qui prædicaret ab ignitis serpentibus peccatores fuisse percussos, qui usque ad Ezechielæ tempora servatus absque dubio in tabernaculo prius, deinde in templo, cum aliquid esset sacrum et formatum à Moysè. Et Numer. 16, servata sunt in tabernaculo thuribula eorum quorum Dominus rebelles ac perverſos animos morte punivit; ut divini vindicte æternæ extaret instrumentum. Quæ et consilio servata sunt in tabernaculo, licet in liminis producta, ut dicitur illidem, v. 30:

Ut haberent postea filii Israel, quibus commoventur, ne quis accedat alienigena, et qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensam Domino, ne putaret sicut passus est Core et omnis congregatio ejus. Ad hunc modum arborum in capella servata illa anorum murumque simulera, cum divina potentia et conculcata religionis renovarent memoriam; et aut certe in laminis producta, sicut thuribala, de quibus proximè, in quibus aliquid esset signum impressum, quod ex aureis simulacris facta esse doceret. Quomodo tam in Salomonis, quam in gortilium templis solita essent vota, aut signa proponi, quæ deplurimum malum aut illatum ostenderent, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad cap. 58, in principio cantici Ezechia.

VIAS. 19. — PERCESSIT AUTEM DE VIRIS BETHSAMITIBUS, EODÈM VIDERENT ARCAM DOMINI (1).

(1) Codices quidam Græci titulo hujus versiculi hæc addunt: *Et non erat delictatis filii Jechonia in viris Bethsam, qui viderant arcam Domini. Et percussit in eis septuaginta viros et quinquaginta milia virorum.* Id autem exponit Theodoritus docens, filios Jechonia punitos fuisse merito impietatis suæ, et quod agrè transiit restitutionem arca: addit autem populum eisdem ulioni obnoxium fuisse, quod non intulimur quidem discernim adire voluisset, ut arcam ex hostium manibus eriperet. Sed luto de filiis Jechonia narrationi fides nihil adhibenda est, utpote quam falsis unicus à textibus Septuaginta minus accuratus et correctus. Reddi etiam posse in alium sensum, scilicet filios Jechonia viros fuisse pietate et sapientia præstantes, qui liberationem Bethsamitarum in contemplandis arcæ Domini inereperunt; quæ sine libertate septuaginta à Bethsamitis captivis fuit, etc. (Calmet.)

Mysticè S. Gregorius: *Qui sunt, ait, Bethsamites percussi, nisi falsæ contemplatione decepti hæretici? Dùm arcam videre in lapide præsumunt, percussi sunt; qui cum à Domini ac Redemptoris nostri sacramenta indignè discernerent, æternæ damnationis laqueis, per fallaciam sunt depressi erroris.*

Allegor. Arca continens manna representabat Eucharistiam, quam qui irreverenter accipiunt et indignè sumunt, morte presentis seipsum punit, et semper æternæ punientur, uti docet Apost. 1 Cor. 11, v. 30; ita Dion.

(Corn. à Lap.)
Or le Seigneur punit de mort les habitants de Bethsam, parce qu'ils avoient vu l'arche, l'arche qui avoit fait mourir tant de Philistins lorsqu'ils la tenaient captive, n'épargne pas le peuple de Dieu lorsqu'elle revient dans leur pays. Le peu de respect qu'elle trouve dans les Bethsamites qui la reçoivent d'abord, fit qu'elle en tua jusqu'à cinquante mille — et elle fit par cette mortalité qu'ils s'écrièrent: *Qui poterit subsister en la présence de ce Dieu si saint?*
C'est ce que nous dirions peut-être avec

Quærent hinc interpretes, cur tanta ac tam diracordes in Bethsamitarum finibus acciderit? neque vulgaris videtur fuisse causa quæ tot hominum millia tam brevi, tamque inopinatè

des transports de frayeur, si nous avions les yeux assez éclairés pour voir les épouvantables jugemens qu'exerce invisiblement Jésus-Christ de son arche sainte, c'est-à-dire dans l'Eucharistie. Il y a bien des personnes qui ressemblent aux Bethsamites. Ils sont comme eux du peuple de Dieu, c'est-à-dire enfants de l'Eglise; ils ont de la joie en voyant et en recevant le Fils de Dieu, comme les Bethsamites en témoignent en voyant et en recevant l'arche. Mais ils ne font point ce qu'ils doivent pour honorer le Fils de Dieu, comme les Bethsamites ne le firent point à l'égard de l'arche. Car ces Hébreux auroient dû être touchés de cette effroyable marque de la colère de Dieu sur eux, comme Heli leur grand-père l'avoit été, et ils devoient témoigner, par leurs prières et par leurs gémissements, la part qu'ils prenaient à une affliction si publique; au lieu qu'ils avoient continué pendant ce temps-là de vivre à l'ordinaire et de travailler à recueillir les fruits de leur terre comme s'ils eussent été en plein paix.

C'est là l'image d'une infinité de chrétiens. Ils ne considèrent point qu'ils ont irrité Dieu contre eux; que leur âme est percée de plaies; que lorsque leur vie paraît plus réglée, ils sont attachés au monde en mille manières par les plus secrètes affections de leur cœur. Mais étant toujours prêts de commettre et de confesser les mêmes péchés sans jamais en faire de pénitence, ils s'approchent avec hardiesse de ce mystère terrible dont l'arche n'étoit que la figure, et changeant en sein, selon l'expression des sages, le remède qui les devoit guérir, ils trouvent la mort dans la source de la vie.

(Soc.)

« Le Seigneur, dit Voltaire, fit périr cinquante mille soixante et dix hommes de son peuple, uniquement parce qu'ils avoient regardé son arche qu'ils ne devoient pas regarder. Tant, ajoute-t-il, les lois, les mœurs de ce temps, l'économie judaïque diffèrent de tout ce que nous connaissons! Tant les voies inscrutables de Dieu sont au-dessus des nôtres! La rigueur exercée, dit le judicieux dom Calmet, contre ce grand nombre d'hommes, n'en paraît excessive qu'à ceux qui n'ont pas compris jusqu'à quel point Dieu vouloit être craint et respecté parmi son peuple, et qui ne jugent des vus et des desseins de Dieu qu'en suivant les faibles lumières de leur raison. »

L'intercède a reproduit cette objection, répétée par plusieurs autres impies, dans sa Bible expliquée, avec cette réflexion: « Le Seigneur ne punit ses ennemis que dans la plus secrète et la plus des fesses, tandis qu'il tue cinquante et mille soixante et dix hommes de son propre peuple pour l'avoir regardée (l'arche). »
1° Quand même le nombre de ces ténébreux punis de mort auroit été aussi considérable que le suppose ici dom Calmet, quand il seroit certain, ce qui ne l'est assurément pas, qu'il faudroit s'en tenir à l'opinion commune des

concedit. Variæ à variis adducuntur cause: quidam dicunt, idèd viros illos perisse, quia arcam Dei nudam conspexero, quod putat Abulensis, q. 26, et alii plures, Lyra, Hugo,

interprètes, y aurait-il donc là de quoi tant révoquer la raison? Que les gouvernements humains sacrifice au maintien des lois et à la gloire de l'état des milliers d'hommes, en vante leur sagesse; et l'on ne concevrait pas que Dieu eût immolé cinquante mille coupables pour venger ses lois enfreintes et sa majesté outragée! *Maître absolu de notre vie*, dit un écrivain célèbre (Grotius), *Dieu peut, sans aucun sujet et en tout temps, ôter à chacun, toutes et quantes fois que bon lui semble, ce présent de sa liberté.* Quelque rigoureux que ce châtiement pût paraître, serait-il comparable à ces lieux terribles que sa main vengeresse répand de temps en temps sur la terre pour punir sa liberté. Quelque rigoureux que ce châtiement pût paraître, serait-il comparable à ces lieux terribles que sa main vengeresse répand de temps en temps sur la terre pour punir sa liberté.

La peine de mort étoit prononcée dans la loi contre tout Israélite, même lévite, qui porteroit un regard curieux sur l'arche découverte. Il y avoit défense expresse à tout Israélite qui n'étoit pas lévite de l'approcher de trop près: cette loi ne regardoit pas les Philistins qui l'ignoroient. Les Bethsamites qui en étoient instruits ne laisserent pas de porter un regard curieux dans l'arche, comme le texte sacré le dit expressément; la mort même de punir sévèrement les fautes des particuliers et d'épargner une multitude coupable est bonne pour les souverains de la terre qui n'exercent leur pouvoir que par le bras de la multitude; mais elle n'a pas lieu par rapport à Dieu dont les hommes, en quelque nombre qu'ils soient, ne peuvent arrêter la puissance. Si donc il y eut cinquante mille coupables à Bethsam, nous ne voyons aucune raison solide de nier que Dieu les ait tous frappés.

Mais 2° il n'est rien moins que certain qu'il y ait eu cinquante mille soixante et dix hommes frappés de mort en cette rencontre. En effet, est-il probable que cinquante mille soixante et dix hommes aient regardé dans l'arche? Et concevoit-on aisément que tant de personnes se soient permis une curiosité si sévèrement défendue? L'historien Joseph ne compte que soixante et dix Bethsamites frappés de mort. M. Kennicot assure, qu'il a vu deux anciens manuscrits qui n'en portent pas davantage. Les versions arabes et syriaques n'ont lu dans leurs manuscrits que cinq mille hommes du peuple. Ces variations dans les nombres portent déjà naturellement à soupçonner quelque altération dans le texte. Ce soupçon se confirme quand on considère que la construction de la phrase du texte hébreu paraît embarrassée dans cet endroit: il signifie à la lettre que *Dieu frappa soixante et dix hommes cinquante mille hommes*, ce qui ne fait aucun sens.

Au reste, s'il y a eu altération dans ce texte, elle ne consiste que dans l'omission d'une particule, d'une seule lettre, l'M des Hébreux. C'est une particule qui répond à l'a ou é, aux de, des Latins. On la joint aux noms, ainsi que plusieurs autres particules hébraïques. Mais il n'y a aucune nécessité d'admettre ici une altération. Qu'on suppose seulement avec

Dionysius; et ex recentioribus Cajetanus et Serarius. Ut verò Numer. cap. 4, severè præceptum est à Deo, et v. 15 et 19, propositi capitali poenâ prohibuit, ne quis tangat sanctuarii vasa. Et v. 20, eadem capituli proponitur poena illis qui tabernaculi instrumenta conspexerint non involuta. *Alii nullâ curiositate videntur, que sunt in sanctuario, priusquam involvatur, alioquin moriuntur.* Placet mihi Abulensis sententia; et addo arcam à Philistinis missam esse totidem prostratè modo quo ab Israelitis fuerat in aciem educta; neque idèd occisos esse Bethsamitas, quod arcam viderent involutam: alioqui perissent omnes, qui in castris fuerunt Israel, quia omnes, ut apparet, illam cooperatam aspexerunt, et in deserto eum moventur castra, hand dubiè illam infinita peregrinantium millia conspexerunt. Fuit ergo peccatum, quod Deus non levius quam supplicio punivi capitali, quia curiosus quam patria religio permittebat, detracta integritate nudam aspexerunt arcam. Et hoc propriè significat videre arcam Domini; neque enim illa videre dicimur, nisi admodum improprie, quæ velata nostris obijcitur oculis. Quis unquam dixit se veritate imaginem obtento velo, aut faciem servasse, aut quam flammam in nuptialibus sacris celat et obnubilat?

Alii gravius aliquid peccatum agnoscent, nempe non solum arcam detractam involviturum, les savants Bochart, Le Clerc, etc., cette particule sous-entendue (ce qui est conforme au génie de la langue hébraïque), on peut traduire d'une manière très-simple et très-naturelle: *Dieu frappa soixante et dix hommes de son cinquante mille hommes.* Traduction qui le réduit au même nombre que Joseph et les deux manuscrits du docteur Kennicot.

Observons que l'auteur de la Bible enfin expliquée a représenté ici très-inadéquatement le sentiment du docteur Kennicot, lorsqu'il lui fait dire que *lui et l'évêque d'Orléans ont bien reconnu de leurs principes en faveur du texte.* Ce n'est pas du texte primitif que ces savants pensent qu'il soit permis de s'écarter, eux qui s'appuient sur d'anciens manuscrits et sur les anciennes versions; c'est seulement de l'hébreu des Juifs modernes que les Protestants ont mis long-temps au-dessus de tout.

« Enfin, disent les incrédules, si le nombre des Bethsamites qui furent frappés de mort a été si petit, comment le peuple d'Israël a-t-il pu regarder ce châtiement comme une grande plaie? » Nous répondons qu'il aura dû en juger ainsi. Est-ce donc une plaie légère que la mort tragique et inopinée de soixante et dix personnes? Qu'on se rappelle la conservation des Hébreux, lorsque les habitants de la ville d'Hai leur eurent tué trente-six hommes! (Duclos.)

sed etiam arcam reseratam, et quid in eâ clausum lateret, curiosis fuisse investigatum. Ita Rab. David, cuius sententiam Emmanuel Sâ, et Joannes Mariana non improbant; idque indicari putant ab hebraeo textu, qui non tam exterius aliquid, quam interius ostendit. Ad verbum sic habent hebraea: *Et quod aspererant in arcam Domini. Tigurina: Quod introspicerent in arcam Domini. Pagninus: Quia aspererant quo erant in arca Domini. Et hoc videtur mihi non improbabile, non quidem propter textum hebraicum, cuius verba non cogunt, ut aliquid ibi intelligamus interius et in arca conclusum, sed quia verisimile est, ut fecisse viros Bethsanitas, et quia hoc peccatum non multo poenâ videbatur esse puniendum, et quia cause non deerant, quae curiosos animos ad resurgendam arcam excitare possent. Primum, quia nulla videbatur postea futura sceleris, sicut neque ante fuerat, spectandi arcam et tabulas legis, quas Dominus suo iusserat et consederat digito. Illud autem, quod latebat intus, dignum videbatur, quod homines cum magno etiam rerum dispendio spectandum extiraret. Deinde, quia cum diu apud Palaestinos exlisset arca, timore non immerito poterant, ne ab illis qui à Judaeorum religione et sacris longè erant alieni, aliquid esset ab arca sublatum, seu additum aliquid, quod nimis arcae sanctitatem decreet. Sicut viderant in capellâ aureos anos et mures fuisse conclusos, qui cum natura sua aliquid esset sordidum et vile, ignominiale atque ludibrii causâ formatos, et adhibitos arcae suspicari possent. Hoc igitur studium, quod plus curiose intemperantiae quam pietatis habuit, Dominus tam severi supplicii acerbitate multiplicavit. Alia ab aliis afferuntur cause, quas consulo praetereo; quatuor adducit Lyra, quas Abulenensis optimè confutat.*

De numero etiam illorum, quos arca conspectus interessit, variè interpretes cogitant. Quidam existimant non plures septuaginta eo rerum articulo perisse; quod verò hominum deinde quinquaginta millia interfecta traduntur, variis modis aut salvant, aut elidunt. Alii dicunt, occisos fuisse septuaginta, qui tamen sic erant robore et ingenio praestantes, ut pro quinquaginta hominum millibus censeri poterint. Ita Hebraei, ut refert Hieronymus in Tradit. Hebraicis, et Lyra, quibus nonnulli favet textus hebraicus, qui sic ad verbum habet: *Et percussit in populo septuaginta viros, quinquaginta mille viros.* Quasi dicat, illos in-

star habere quinquaginta millium; quomodo de Davide dicitur lib. 2 Reg. cap. 48: *Tantum pro decem millibus computaris.*

Alii quinquaginta millia hominum fuisse putant in eo populorum concursu, qui ad arcae inopinatum appulsum convenerunt, et ex eo numero septuaginta tantum perisse, ita ut sit sensus, de populo, qui quinquaginta mille habebat hominum capita, septuaginta à Domino percussis ceciderunt. Cui explanationi non parum suffragatur textus hebraicus, qui, ubi noster legit: *Et percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia plebis,* ipse habet: *Et percussit de populo septuaginta viros, quinquaginta millia plebem.* Ubi copulativa conjunctio non est, quae duos illos numeros adiungat; neque est in fine plebis. Hanc explanationem apud certum aliquem auctorem non invenio; tacito tamen nomine ab aliis citari video, ut à Mariana, Serario et Emmanuele Sâ, qui ad hanc explanationem difficultis non est.

Ego, quod in hac controversiâ mihi magis videatur verisimile, breviter expedit. Et primum dico, mihi valde videri verisimile, ex eâ multitudinis, quae ad quinquaginta hominum millia pervenit, occisos esse duntaxat septuaginta. Quod dixit aperte Josephus lib. 6, cap. 11, tenet Lyra, et doctores hebraei, et omnium aeternè pietur et probat Abulenensis, q. 27. Quod ut credam, multa, et aequè non vulgaris, signamenta faciunt. Primum, quia haec accidisse videtur eo die quo ad Bethsanitarum fines plaustrum appulit; neque tunc alii præter Bethsanitas convenisse dicuntur; certè ex illorum numero interisse dicuntur, quos quot ad aspectum arcae perierunt. Quis autem credit ex oppido non admodum copioso quinquaginta hominum millia oppelisse mortem, et plurimos alios esse relictos, qui contribulum suorum fanera lugerent? Deinde, quia, ut magis iudicabamus esse probabile, dixim illud supplicium ideò inflictum fuit Bethsanitis, quia nimis curiosè reseratâ arca videre studuerunt quae latebant intus. Et eam illis, quibus videre contigit, repentinè advenit interitus (ut nemo, sicut opinor, dubitabit, quod probat motus Oze subici, cum minus gravis interesset culpa), sanè nimis alii forent aut stulti, aut vitæ non amantes, qui eam viderent alios cecidisse repente, neque mortis causam ignorarent, auderent tamen propius accedere, et ab irato Deo diram illud infortunium subire. Neque parum est, si urgente divinâ vindictâ, et tam durum ac velox

supplicium repente, septuaginta ex quatuordecim numero accedere ausi fuerint ad reseratam arcam, et quid conclusum esset intus, aspiceret.

Juxta hanc sententiam ordinari littera sic poterit: *Percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia aderam;* facile autem hoc verbum suppleri solet. Seu certè hoc modo: *Percussit de populo quinquaginta millium viros, seu, in quo erant viri quinquaginta mille, viros septuaginta;* ita ut illud, *quinquaginta millia,* ab illo, *de populo,* dependeat, et in secundo casu collocetur. Ligari verò particulam aliquam cum remotiori, apud Hebraeos non est inusitatum aut infrequens. Tradidit hanc regulam Pagninus, lib. 4 Institut. cap. 16, quam multis confirmat exemplis, quarum nos hic aliqua producemus. Psal. 138, v. 14: *Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscebat nimis.* Illud, *nimis,* ligandum esse dicit cum, *opera tua,* non cum verbo, *cognoscebat,* in hunc sensum: *Mirabilia opera tua nimis.* Et Psal. 118, v. 8: *Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas, usquequaque.* Illud, *usquequaque,* quod ibidem est quod, *caute,* seu, *omnino,* cum, *custodiam,* ligatur. Et Hieron. Psal. 98, v. 7: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.* Hoc postremum cum Myse atque Aaron ligatur, non cum Samuele, quia ille sacerdos non fuit. Sic ergo hic illud, *de populo,* cum quinquaginta virorum millibus conjungo, non cum septuaginta. Putoque numerum hunc quinquaginta millium, non esse illorum, qui metebant fructum messis, aut qui ex urbe videndæ arcae studio fuerant egressi, sed illorum, qui urbem incolebant, quae tot incolarum capita numerabat. Neque enim verisimile est, tam brevi ingentem illum numerum convenisse, aut civitatem omnino nudatam esse civibus. In quam sententiam et explanationem inclinant Mariana, et Emmanuel Sâ, licet communem aliam amplectantur. Abulenensis textum hunc: *corruptum esse putat, quasi ab eo aliquid detractum sit, ut additum interservum; ego integrum puto, et in hanc explanationem et sensum non invitum venire.*

Sed quando alii frequentes in aliam sententiam ferunt, illam nos etiam amplectamur; plurimum enim roboris ex multorum, eorumque sapientium sensu, atque auctoritate sumit quævis opinio, quæ se vel hoc solo fundamento ab omni reprehensione atque calamità tueretur. Tunc autem sensus est, quem adducit Cafeta-

nus, septuaginta viros supra quinquaginta mille interisse. Est autem apud Hebraeos familiarè, ut in computando minor plerumque numerus antecedit.

Luxuriosus populus, et quod Dominus percutisset plerumque plagam. Post eadem illam adhuc supererat populus, unde nonnulla conjectura sanitur, non esse tantam multitudinem interfectam, quanta reperiri vix quæsit in civitate magis quam Bethsames copiosa. Neque exigua fuit plaga, quæ populo, quantumvis frequenti, septuaginta viros, eosque, ut est verisimile, præcipuos ademisset. Sed, ut dixi, communem sententiam libentius amplector.

Vers. 20. — ET DIXERUNT VIRI BETHSANITAE: QUIS POTERIT STARE IN CONSPECTU DOMINI (1)? DETERRIT BETHSANITAE GRAVI ILLA ATQUE INOPINATA PLAGA, ET VERIT non divina manus gravioris in reliquos, qui è caede supererant, scæviret, staretur ab se quamprimum adolegere. Quare mittunt ad vicinam civitatem, quæ, ut patet lausior atque frequentior, honestatis apud se retinere poterat, ut quamprimum divinitus restitutum donum ad se transmittant. Quantum porò temporis arca Dei apud Bethsanitas commorata fuerit, non constat; non diu tamen in illorum hærnisse finibus verisimile est. Quia neque viri Carthiarum se præbatur difficiles, neque ipsi admodum videbantur cupidi illam apud se diutius retinendi (2).

(1) QUIS POTERIT STARE IN CONSPECTU DOMINI? Hæc accipi communè possunt tanquam populi quærebæ de nimis Dei severitate; quasi acclibet populus nihil curans inquirere de causâ provocati in se Numinis, ut eam auferre studens, Deum placaret, mallet Deum illum tanquam difficilem et perniciosum è regione sua amovere. Vel aliter hæc dicta accipi possunt de ingenua confessione populi, agnoscentis graviter se quidem ab eximissimo iudice, et sine excessu, puniri; nulla enim est proportio inter Deum lesam, et à simplici creaturâ exhibitam, quæcumque læsæ fuerit, satisfactionem.

(2) MISERUNT NUNTIOS AD HABITATORES CARTHIA-
THARUM. Cur ad hanc urbem præ caeteris? Cur non potius ad Silo, ubi diutius arca substituerat, et adhuc tabernaculum ejus stabat? Denique cur hæc ad civem Carthiarum remittantur? *Descendite et scilicet eam ad nos; quasi scilicet antea arcam apud se habuissent.* Sed Hebraeus legit tantum: *Descendite, et ascendere facite eam ad nos.* Fatendum est utique, causam ignorare nos, cur Bethsanitæ potius civem Carthiarum, quam alios quoslibet convenirent; nisi forte id reputemus, reliqua vasa sacris ministeriis destinata perseverasse in Silo, donec ad Nobe deducta non sunt, ubi Sathis salute servabantur.

Carthiarum, Carthiantum, Josue 45, 60. Doctores tamen 3. Baalam-Juda, 2 Regum 6, 3.

CAPUT VII.

1. Venerunt ergo viri Cariathiarim, et redixerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazerum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

2. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe jam annus vigesimus), et requievit omnis domus Israel post Dominum.

3. Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferite deos alienos de medio vestri, Baalim et Astaroth: et preparate corda vestra Domino, et servite ei soli, et eruet vos de manu Philisthim.

4. Abstulerunt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et servierunt Domino soli.

5. Dixit autem Samuel: Congregate universum Israel in Maspath, ut orem pro vobis Dominum.

6. Et convenerunt in Maspath, hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini, et jejunaverunt in die illa, atque dixerunt tibi: Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israel in Maspath.

7. Et audierunt Philisthim quod congregati essent filii Israel in Maspath, et ascenderunt satrapie Philistinorum ad Israel. Quod cum audissent filii Israel timuerunt à facie Philistinorum.

8. Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philistinorum.

9. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino: et clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, et exaudivit eum Dominus.

Selei-joharim in psalmo 451, 6, varia sunt ejusdem urbis nomina. Cariathiarim, Gabaa, et Nobe urbes erant inter se propinque, et Cariathiarim non nisi 40,000 passibus, vel tri-

CHAPITRE VII.

1. Ceux de Cariathiarim, étant venus, emmenèrent chez eux l'arche du Seigneur, et la mirent en la maison d'Abinadab, située dans le lieu le plus élevé de la ville, appelé, à cause de sa hauteur, Gabaa; et ils consacrerent son fils Eleazar, afin qu'il gardât l'arche du Seigneur.

2. Or il s'était passé beaucoup de temps depuis que l'arche du Seigneur demeurait à Cariathiarim, et il y avait déjà vingt ans, lorsque toute la maison d'Israël commença à chercher son repos dans le Seigneur, après quarante années de servitude sous les Philistins.

3. Alors, vingt ans après le retour de l'arche, Samuel dit à toute la maison d'Israël: Si vous revenez au Seigneur de tout votre cœur, ôtez du milieu de vous les dieux étrangers, Baal et Astaroth, qui ont causé votre ruine; tenez vos cœurs prêts à obéir au Seigneur, et ne servez que lui seul, et il vous délivrera de la main des Philistins.

4. Les enfants d'Israël rejetèrent donc Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur.

5. Et Samuel leur dit: Assemblez tout Israël à Maspath, afin que je prie le Seigneur pour vous.

6. Et ils s'assemblèrent à Maspath, ville de la tribu de Juda: ils puisèrent de l'eau, qu'ils répandirent devant le Seigneur, et ils jeûnèrent ce jour-là, et dirent: Nous avons péché contre le Seigneur. Or, Samuel jugea pour la première fois les enfants d'Israël à Maspath, et continua dans la suite d'y venir de temps en temps rendre la justice.

7. Les Philistins ayant appris que les enfants d'Israël s'étaient assemblés à Maspath, leurs princes marchèrent contre Israël. Ce que les enfants d'Israël ayant appris, ils eurent peur des Philistins.

8. Et ils dirent à Samuel: Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur notre Dieu, afin qu'il nous sauve de la main des Philistins.

9. Samuel prit un agneau qui tétait encore; il l'offrit tout entier en holocauste au Seigneur, parce que le temps pressait; il cria au Seigneur pour Israël, et le Seigneur l'exauça.

bus leucis et semis circiter aberat ab Jerosolyma. Silo multo septentrionalior erat in tribu Ephraimi. (Calmet.)

10. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthim iniere praelium contra Israel: intouit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthim, et exterruit eos, et cæsi sunt à facie Israel.

11. Egressique viri Israel de Maspath persecuti sunt Philisthæos, et percusserunt eos, usque ad locum qui erat subter Bethchar.

12. Tulit autem Samuel lapidem unum, et posuit eum inter Maspath et inter Sen: et vocavit nomen loci illius Lapis Adjutorii. Dixitque: Huc usque auxiliatus est nobis Dominus.

13. Et humiliati sunt Philisthim, nec apposerunt ultra ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis.

14. Et redditæ sunt urbes quas tulerant Philisthim ab Israel Israeli, ab Accaron usque Geth et terminos suos: liberavitque Israel de manu Philistinorum, eraque pax inter Israel et Amorrhæum.

15. Judicabat quoque Samuel Israellem cunctis diebus vitæ suæ.

16. Et ibat per singulos annos circuei Bethel et Galgala et Maspath, et judicabat Israellem in supradictis locis.

17. Revertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus ejus, et ibi judicabat Israellem: ædificavit etiam ibi altare Domino.

VERS. 1. — VENERUNT ERGO VIRI CARIATHIARIM (1), ET REDIXERUNT ARCAM (2). MIPUM, si

(1) Audi Adrichom. p. 22: « Cariathiarim est i. e. urbs Sylvarum, que, et Cariath-baal, et Bala, Baala, interdum Baal et Pharasim, et conjunctim Baalpharasim. Hieronymo etiam Larim. Est de Jerusalem ad quatuor milliaria, et dimidium contra occidentem eam situs est Diopsolin. Hieron. ait milliarium uno. Urbs est prius Gabonitarum, postea tribus Judæ, et estque terminus tribus Judæ et Benjamin, et sita in colle. In hac mansit arca Domini annis 20 in domo Abinadab, que erat in Gabaa, et ibi, in excelsis, donec à Davide transferretur Hierosolymam. De hac fuit Zacharias et F. Joiada, quem occiderant inter templum et altare. De hac fuit Uris propheta, quem interfecit Joachim rex in Jerusalem. »

10. En effet, lorsque Samuël offrit son holocauste, les Philistins commencèrent le combat contre Israël; mais en même temps le Seigneur tonna avec un bruit épouvantable sur les Philistins, et les frappa de terreur: ainsi ils furent défaits par Israël.

11. Les Israélites étant sortis de Maspath, poursuivirent les Philistins, en les taillant en pièces jusqu'au lieu qui est au-dessous de Bethchar.

12. Et Samuël prit une pierre qu'il mit entre Maspath et Sen, et il appela ce lieu la Pierre-du-Secours, en disant: Le Seigneur est venu jusqu'ici à notre secours.

13. Les Philistins furent alors humiliés, et n'osèrent plus venir sur les terres d'Israël; car la main du Seigneur fut sur les Philistins, tant que Samuël gouverna le peuple.

14. Les villes que les Philistins avaient prises sur Israël, depuis Accaron jusqu'à Geth, furent rendues, avec toutes leurs terres, au peuple d'Israël; ainsi Samuël délivra les Israélites de la main des Philistins, et il y avait paix entre les Amorrhéens et Israël.

15. Samuël ne cessa de juger Israël durant tout le reste de sa vie;

16. Il allait tous les ans à Béthel, et de là à Galgala, et ensuite à Maspath, et parcourait ainsi tout le pays, il y rendait la justice à tout Israël.

17. Il retournait de là à Ramatha, qui était le lieu de sa demeure, et où il jugeait aussi le peuple. Il y bâtit même un autel au Seigneur pour le consulter.

COMMENTARIUM.

Viri Cariathiarim parati tantam illam multitudinem, quam communis sententia probat, esse

IN DOMUM ABINADAB IN GABAA. Adhuc Beda illum collem fuisse arcam totius civitatis. Ille ergo locus, utpote celsus, honoratus, munitus, congruebat arce, que erat quasi arx totius Israelis. Hinc arca erat typus B. Virginis, que super omnes cælos exaltata omnibus se invocantibus protegitur. (Corn. à Lap.)

(2) Hebræus: Ascendere fecerunt arcam. Domini: deduxerunt in urbem suam, que in loco edificati quàm Bethsames considerat. Merito reputamus, Samuelem in hac re consultum fuisse; uti et convulsæ ad ritum sollemne universum populum, ut nihil deceret ad pompam et relictum apparatus ordinem: denique in hoc populi centu agnatum fuisse Samuelem in judicem et principem gentis. Deinceps enim ea prædi-

sublatam, reducere ad se voluerint restitunt arcam; ex quo ad priorem cogitationem non nihil accedebat momenti. Venerant tamen, quia sibi honori esse putabant, eximium illud donum apud se habere, et quia aliorum edocti periculo evitare se posse existimabant, quod Bethsamite infortunium sublerunt.

ET INTELERUNT EAM IN DOMUM ABINADAB IN GABA (1). Erat in eâ civitate è Levitico genere, ut inquit Josephus, de quo nos infra, lib. 2. c. 6, vir opinione religionis atque justitiae celeberrimus, quod domum habuit in Gabaa, ad quam, tanquam ad opportunum et religiosum hospitium, arcam transulerunt cives Cariathiarim. Porro Gabaa

tum dignitate se prodit; nec tantum est reputatus, hanc sibi auctoritatem ab ipso Deo jussu et consensu populi usurpasse. Vixit est autem opportunam hanc occasione redditus Arce, et ad abdicandum idololatram, quam ex illis plures admitterant. Israelitis adhortaretur. Admonuit, ut de libertate sibi procuranda cogitarent; inquitque conventum populi cum armis in Maspathi, ubi scilicet necessaria omnia ad optimum populi regimen statuerent. Haec omnia in tota serie hujus capituli sibi narratur, ut concessis nimium materiam plenaria supplicia sint. Porro narrationis ejusdem et eventuum scripta, in seculum totam actam fuisse, non modo hinc commentum, demonstrat. Samuel, qui primas salutis scholas, unde hi libri expressi sunt, exhibuisse creditur, plura de se modestissime laetit, quae in nimium sui gloriam concessissent; quae viri modesti uti nos in necum edificacione S. Spiritus voluit.

Gen. de Cariathiarim dicitur venis transeunt archa da Segimur. Quae ne peccet admittit les secretis argumens de Dieu l'Arche, qui est un veuve d'élévation chez les Bethsamites, n'y demeure pas. Ceci peut marquer les grâces passagères que reçoivent quelques âmes qui s'en rendent indignes par leur ingratitude et leur négligence; et qui les perdent aussitôt après. Les habitants de Cariathiarim vont au devant de l'Arche pour la mener dans leur ville; et cette marque de leur déférence fait qu'elle agréé cette demeure, et qu'elle se fait comme un temple de la maison d'Abinadab. Aussi ce peuple qui avait appelé par l'exemple des autres, et qui respectait si douloureusement l'Arche, prend garde que ceux qui l'approchent soient dignes de cet honneur. C'est pourquoi il est marqué qu'ils commencent de la d'Abinadab, nomme Eleazar, avant que de lui remettre ce soin; ce qui est d'une grande instruction pour les prêtres de la loi nouvelle qui gardent la véritable arche, qui ne doivent point s'appeler eux-mêmes à ce ministère, mais s'être appelés de Dieu, et qui doivent se soumettre à la loi de Dieu pour s'approcher dignement de Saint des saints. (Sacy.)

(1) Septuaginta cum interpretibus plerisque nomen Gabaa in sensu appellativo pro loco edito usurpant. Mirari sibi, cur arcam in tabernaculum ad Sion non retulerint.

non est civitatis nomen, ut putavit Lira, sed loci editi, aut collis in eâ civitate. Gabaa enim hebraice גבא, collem significat, unde civitas quaedam nomen accepit, quae in sublimi loco edificata fuit in tribu Benjamin, ubi natus Saül, hic tamen locum significat, qui in civitate magis erat sublimis, atque munitus, quippe magis videbatur dignus, qui arcae Dei religionem et tutum praeretur hospitium. Sicut David, cum eandem arcam transisset Hierosolymam, arcam elegit Sion, quae civitas appellatur David. Iocum nimirum maxime in eâ civitate sublimem, quo vis hostilis aspirare non possit. Quod non obscure constat ex lib. 1 Paralip. cap. 15, v. 6, ubi quae hic Gabaa dicitur, collis appellatur: *Ascendit David, et omnia vir Israel ad collem Cariathiarim, etc. ut offerret inde arcam Domini de domo Abinadab.*

ELEAZARUM AUTEM FILIUM ERIS SANCTIFICAVEMENT, UT CUSTODIRET ARCAM (1). Sanctificare, idem est, quod destinare, ut diximus in nostris Commentariis super Jeremiam ad illud cap. 1: *Antequam exires de urbe, sanctificari te. Est autem destinatus Eleazarus ille, ut curam ha-*

(1) Certa causa, cur Eleazarus prelaus fuerit Abinadabo patri suo, in consecratione et dignitate custodis arcae Domini, divinari atque non potest. Non temere tamen regulariter, Abinadabum jam tum decessisse, ejusque nomen transmissum domui, quam culperat, sive quod illam edificasset, sive quod ejus familia ibidem versaretur. Eleazar duo erant fratres Abio et Oza, qui eidem successisse creditur in dignitate custodis sacri depositi. De Eleazaro nespian ulterius sermo occurrit in pompa translata arcae sub Davide; ibi enim solum regulariter Abio, et Oza, filii vel posterii Abinadab. Cariathiarim inter Leviticas urbes non recensetur; sed Abinadab ad tribum Levi pertinuisse creditur. Eius tamen nomen non legitur in censu hujus familiae, sive quod altera etiam nomine appellaretur, sive quod remator esset à fonte, ut venire non posset in genealogias, quae saepe non longe in Scriptura deducuntur.

Quid esset ea consecratio, vel sanctificatio Eleazari in custodiam arcae, ignoratur. Sicut qui unctum, vel initiatum sacerdotem credunt; quae utique opinio è familia Aaronis Eleazarum temere pressis accessit. Maluit aut consecrationem fuisse Leviticam, quae Eleazarum destinaret ministerio Levitarum solemnibus is caeremoniis, quae in Numer. 8. 7. describuntur; Praeparatus, vel imperatum, ut pararet se ad excipiendum domi suae arcam, sanctificans esse, abstinens ab exterioribus maculis et à voluptatibus sensuum, et loquere vestium ritè; deoque nihil oneritè instructionem in simili rerum articulo praescriptam. Postrema haec opinio plausibilior est et melior; vox enim originalis, quae redidit sanctificare valet etiam saepe praeparare. (Calmet.)

beret sedulam dati sibi negotii, ne quid illi indecori accideret, vel adversi. Sacerdotem summum fuisse non puto, quia non videtur ortus de familia Heli, à qua sacerdotum summum ablatum non fuit ad tempus usque Solomonis, qui repudiato Abiathar, Sadoc ad tanti nominis titulum adscivit.

VERS. 2. — ERAT QUIPPÉ JAM ANSUS VIGESIMUS (4). Vigniti jam erant anni, de quo arca Domini egressa erat de Cariathiarim, de loco nimirum Palaestinis victio, et de extremis finibus Israel, quò commode ex aliis tribus pietatis ergo accedere non poterant Hebraei. Quomodo verò et quo tempore ad alia loca fuerit translata, suis dicemus locis; nunc enim importuna esset et praepropera tractatio. Illud tantum dico, aliquando inde ad Hebraeorum castra adductam esse arcam, sicut accidit, quando capta fuit à Philistinis, ut constat 1 Reg. cap. 14, v. 18, ubi arca dicitur fuisse in castris Saül, sed inde ad domum Abinadab esse relata; unde post multos annos alio translata fuit à David, ut habes lib. 1 Paralip. cap. 15, et lib. 2 Reg. cap. 6.

(1) Ex hoc textu interpretes plures repetunt eorum omnium, quae hic detinere referuntur, epocham. Qui verò creditus est, Samuelem; tandem populum movere cessasse, ut daretur nuntiis ad Dominum revertetur? Quo autem facto hanc hypothesis cohaereat cum his quae leguntur infra v. 15: *Facta est manus Domini super Philistinos castris diebus Samuels?* Constat enim, Prophetam hunc rebus nuntiis vicennio praefuisse. Hinc igitur colligendum esset, nunquam sub eo iudice populum tranquillitate pacis frui potuisse, siquidem reputandum sit, Philistaeorum res nunquam cepisse post viginti denum annos à constituta in Cariathiarim arca, captioque à Samuele Israelitis regimine.

Præstat igitur totum hanc versiculum intra parenthesim claudere, tanquam penitus avocatum ab his quae proxime sequuntur. Monet nos tantummodo sacer historicus, post adventum arcae in Cariathiarim, vicennalem pacem consecutam esse in Israele, inquit populo ad obsequium Domini; quae utique felicitas toto tempore regiminis Samuels perseveravit. Statim post haec narrat scriptor res primitivis gestis à Samuele ad clavum Israelis admoto, quae ratione procuraverit ille populo longam hanc vicennalem pacem, quam ante innumerat. Et factum est, ex quo hic movet arca in Cariathiarim, longum tempus effluxit, spatium scilicet viginti annorum, quibus regnavit Israel. Requirit itaque pace post Dominum. Postrema haec verba, quae Volgata reddidit: *Requirit post Dominum*, alii interpretes vertunt: *Converunt ad Dominum*; vel: *Reverunt ad Dominum*. Septuaginta: *Revertunt ad Dominum*, in quam etiam interpretationem Syriacus et Arabs concesserunt. (Calmet.)

ET REQUIEVIIT OMNIS DOMUS ISRAEL. POST DOMINUM. Nihil aliud est, opinor, quam domum Israel, quae lubrico vacillabat vestigio, quae modò in hanc, modò in illam religionem incerta ferebatur, tandem mutato animo, et meliori iam studio, unum elegisse Deum, cujus adhaerere auspiciis, et mandata complecti. Illud autem est requiescere post Deum, et in ejus obsequio gradum figere stabilem et certum. Unde aulem illa tanta tamque opportuna mutatio contigerit, statim declarat.

VERS. 5. — AIT AUTEM SAMUEL AD UNIVERSAM DOMUM ISRAEL, DICENS: ASPERTE DEUS ALIENOS, etc. Rationem reddit, cur populus ab impietate et idololatria, ad quam ante deluxerat, revocatus avitiam religionem rursus amoveri cohereret; quia nempe Samuel, cuius erant apud omnes singularis auctoritas propter morem probitatem et prophetiae donum, cujus non semel documenta dederat, suis exhortationibus seu publicis ad hominum coetus, seu privatis ad singulos perfecti, ut punderet illos superioris vitae, et de meliore fruge cogitarent. Quod praestare cepit, non quidem anno viciesimo, de quo nunc, sed toto tempore, quo sublate Heli, illius loco suffectus est, non ut sacerdos esset, sed iudex, qui cur caret et tueretur publicam. Ita Abulensis, q. 23, et Lira, Cajetanus. Anno vero vigesimo illam habuit orationem ad populum, de qua mox, quae id agit, ut abiciant prorsus Israelitam quicquid reliquiarum ex Impiis atque aliena religione supererat. Quam orationem antequam explicare aggredior, operae pretium est explorare quo tempore, aut qua aetate, reipublica clavum Samuel tenere coepit. Quod quidem hic leviter, accuratius tamen, cum ventum erit ad illud cap. 15: *Filius unius anni erat Saül.*

Qua in re varias video inter auctores fuisse sententias, quibus constitutum esse iudicem putant anno aetatis sui quadragesimo, Ita Augustinus Toruilius ad annum mundi 2940, n. 1. Alii aliter putant. Canis lib. 11 de Locis, cap. 5. Guebrardus in Chronic, quod Serario nostro placuit, inisse principatum post viginti illos annos, atque idè grandior jam erat, et supra adolescentis annos, quando iudex esse coepit in Israel. Placet, quod nobis visum est in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 15: *Dedit eia Saül filium Eia virum de tribu Benjamin annis quadragesimo, ubi diximus, illum cum adhuc esset adolescens, obtinuisse principatum. Quod tenet Abulensis in cap. hoc*

7, q. 23; Dionysius in cap. 15 lib. 1 Reg. Et hoc mihi omnino videtur esse dicendum, quod non obscure ipse docet Samuel infra cap. 12, ubi ab adolescentiâ tenuisse aut dicit, aut indicat, locum illum, aut gradum, quem tunc habebat, quando à se magistratum illum abdicavit. Itaque conversatus coram vobis ab adolescentiâ meâ usque ad hanc diem, ecce præsens sum. Loquimini de me coram Domino, et coram Christo ejus; utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu alicujus munus accepi, etc. Haec omnia, quæ in suâ vitâ ab adolescentiâ explorari jubet Samuel, illius sunt peccata propria, qui cum potestate est; quare cum in suam adolescentiam de ejusmodi rebus inquiri jubet, planè docet Samuel, ab adolescentiâ se Israelitici imperii tenuisse clavum.

Cùm ergo viginti annis, ex quo vitâ functus est Heli, constitutus jam populi iudex Samuel cum populo egisset, ut mores deponeret, qui superiorum iudicum incuriâ, et nimia sacerdotum sive intemperantiâ, sive conniventiâ sensim inoleverant, illud sic est assiduitate et studio consecutus, ut dici potuerit populus requiescere post Dominum, quo sensu à nobis explicatum est. Cùm tamen adhuc ex eo, quod popularium animis ex veteri contagione altius insederat, superesset exurendum, neque tutum putaret vir sanctissimus renovare bellum, si aliquid esset intus, quod magis debilitaret vires, quàm hostilis furor, admonet, ut nihil secum residere patiantur, quod impietatem oleat antiquam, sed abiciant idola, et unum Deum, quem ipsorum coluerunt parentes, venerentur, quo patrono atque auspice nihil timeri potest adversum.

Hic tu pro moribus observa, plus esse à nobis ipsis cavendum, quàm ab hostium copiis, quantumcumque ad omne oppugnationis genus potenter instructis, atque ideò magistratus malè salutè consuluisse publicæ, si contra externum hostem machinas comparent, et militem undecumque conscribant, nisi prius eruentum bellum peccatis, id est, domesticis hostibus, et omnem munitionem sensim corruptentibus indixerint. Viginti annos dux optimus et imperator Samuel in corrigendis subditorum moribus impendit; neque segnius cum illis toto hoc tempore, quàm cum Palæstinis uno aut altero die dimicavit; neque dubitavit de victoriâ, cùm à suorum finibus intestinos illos hostes excessisse cognovit. Atque ideò dicit audacter:

SI IN TOTO CORDE VESTRO REVERTIMINI AD DOMINUM, AUFERTE DEOS ALIENOS DE MEDIO VESTRI, BAALIM, ET ASTAROTH, etc., ET ERUET VOS DE MANU PHILISTHIM. Littera obscura non est. Converti ad Deum toto corde, ut satis explicant quæ proximè succedunt, est, sic ad unum aspirare, ut nihil ex corde, nihil ex animo alienæ religionis sordibus adhæreat, sed unum Deum nostræ spectent cogitationes, atque consilia. Baalim, aut commune est nomen gentilium deorum, aut quia Baal deorum erat præcipuus et maximus, cujus vicini populi sacra complexi sunt, in illo dii alii inferiores intelliguntur. Sed sanè ista conjunctio Baalim et Astaroth, quæ aliis locis etiam inveniuntur conjuncta, aliquid significat occultius latere, maxime cùm in numero inveniatur plurali. Ut Judic. cap. 2, v. 15, cap. 5, v. 7, cap. 10, v. 6, et infra 12, v. 10. Quare illud, quicquid est, eruere tentemus.

Vox ista *Baal*, ut pluribus ostendimus in cap. 2 Osee ad illud: *Et non vocabit ultra Baal*; aliquid significat eximium et excellens, nempe *Dominum*; quo nomine gentiles deos suos appellabant, et uxores viros suos, observantiæ atque amoris ergo. Quare, si hoc nomen idolorum monstris, et foedis dæmonum simulacris non esset impositum à gentibus, ad Deum etiam verum accommodari posset, quem in eundem sensum *Adonai*, id est, *Dominum meum*, appellamus. Verùm sicut δαίμων, dæmon, vox est honestissima, quam, si non diabolo foret quasi propria nota familiariter imposita, in beatos spiritus et sanctos omnes aptare possemus, quia non valet aliud, nisi fortunatum, et felix; nihilominus vocem illam, propterea quòd rei turpissimæ penè solum, certè familiariter adhæret, abominamur omnes et horremus. Sic etiam, quia *Baal* honoris gratiâ mutis simulacris adhibuere gentiles, à Deo vero remouent viri pii, ne quid Deus verus cum diis falsis, vanisque gentilium videatur habere commune.

Porrò hoc nomen generale est, et usque adeò patet, ut non solum masculis diis, quos finxit antiquitas, sed etiam deabus accommodetur. Sanè Theodoretus generale putat esse nomen. Septuaginta quidem nomini *Baal* articulum plerumque præponunt femineum, ut Jeremie cap. 2, bis, et cap. 7; imò et apud Paulum, cap. 11, v. 4. Sed puto *Baal* generatim usurari pro diis masculis; *Astaroth* autem pro femellis à præcipuâ aliquâ deâ, quæ Venus esse creditur, quam à Sidoniis acceperunt Hebræi;

de quâ 3 Reg. cap. 11. Syros autem et Palæstinos coluisse deas jam supra docuimus, dùm Dagonem formam diximus habuisse femineam. Et quidem Ovidius lib. 4 Pastor. Palæstinas vocat deas, non deos.

Sæpè Palæstinas jurat adesse deas.

Est præterea *Astaroth* in plurali numero formâ femineâ, sicut *Baalim* masculinâ formâ. Quare admonere videtur hoc loco Samuel illos qui in populo nondùm abjecerant gentilicæ superstitionis studium, ut deos deasque omnes et eorum phylacteria procul abiciant, et animos assumant prorsus Israeliticos, hoc est, Israelæ progenitore dignos, et uni Deo omnino consecratos (1).

VERS. 5. — CONGREGATE UNIVERSUM ISRAELIN MASPATH, UT OREM PRO VOBIS DOMINUM. Quia orasse dicitur Samuel in Maspath, existimant Lyra, Angelomus, et auctor Tradit. hebraic. in civitatem illam arcam esse translata, et inde in Galgala, inde in Nobe, inde in Gabaam; postea à Davide in domum Obededom. Quorum sententiam optimè confutat Abulensis, q. 10. Quia David, ut satis liquet ex lib. 2 Reg. cap. 6, et lib. 1 Paralip. cap. 13, arcam transtulit ad domum Obededom ex Cariathiarim ex domo Abinadab. Neque elarius quisquam id signifi-

(1) PREPARETE CORDA VESTRA DOMINO. Audi S. Gregor.: « Cor Domino præparat qui mentem non solum ab immundâ cogitatione separat; sed etiam cogitationum sanctarum ac virtutum fulgoribus illustrat, ut velut abjectis et comminutis idolis, se Dei templum efficiat; dùm illic divinæ gratiæ sedem erigit, ubi reprobos spiritus manere per prava desideria non permisit. » (Corn. à Lap.)

VERS. 4. — *Les enfants d'Israël rejeterent Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur.* Aussitôt que l'arche est revenue dans Israël, Samuel commence à agir en prophète. Il prêche d'abord la pénitence et le vrai changement de vie, qui consiste à renoncer aux idoles, c'est-à-dire aux passions dont nous sommes idolâtres. Les Israélites obéissent à la voix de ce saint prophète. On voit par là le fruit que peuvent faire parmi le peuple de fidèles ministres de Dieu, lorsqu'ils se sont préparés saintement comme Samuel pendant tout le cours de leur vie pour s'acquitter de leur charge.

Après que le peuple a témoigné son regret intérieur, en renonçant effectivement aux idoles de son cœur, en quoi consiste la vraie pénitence, Samuel leur ordonne de s'assembler afin qu'il prie pour eux, et l'on voit combien est grand l'effet de cette prière. Car le peuple y reçoit de nouveaux mouvements de pénitence par ce jeûne qu'il garde, et par cette eau qu'il répand. Elle marque les larmes d'un cœur contrit accompagnées d'un sentiment d'humilité, qui fait que nous nous regardons devant Dieu comme un peu d'eau tirée d'un fleuve, et qui étant répandue sur la terre se sèche aussitôt. (Sacy.)

S. S. IX.

care potuit. Audi nunc verba ex lib. 1 Paralip.: *Congregavit ergo David cunctum Israel à Sihor Ægypti usque dùm ingrediatis Emath, ut adducerent arcam Dei de Cariathiarim. Et ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, etc. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum de domo Abinadab.*

Advocavit autem populum in Maspath, quia locus erat opportunus magis, in quem populus latè dispersus posset convenire commodius. Vocavit autem, ut pro illis et cum illis simul oraret. Quomodo autem orare et sacrificare potuerit Samuel, cùm sacerdos non esset, diximus pluribus cap. 2, v. 35, ad illud: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* Neque habeo aliquid amplius, quod adjiciam. Fuit autem illa oratio pro pœnitentibus, et ut dixi, cum pœnitentibus neque enim tantum orat propheta, sed etiam alios aut orare docet, aut orando præit, aut etiam orantes comitatur. Quæ enim sequuntur, opera sunt, et verba pœnitentis populi.

VERS. 6. — ET CONVENERUNT IN MASPATH, HAUSERUNTQUE AQUAM, ET EFFUDERUNT IN CONSPPECTU DOMINI (1). Qui prius divinæ legis immemores, alienam coluerant, sua consilia condemnant, sibi quæ à Deo pacem et veniam petunt. Quare ad orationem dolentem et supplicem, alia adhibent orationis subsidia, quæ offensum Deum ad lenitatem et misericordiam inflectant. Quale est jejunium, quod alimenta subtrahit et corpus sublatis etiam necessariis attenuat. De aquâ haustâ, illâque in Domini conspectu effusâ, varia meditantur interpretes; neque mirum, cùm hoc tantum loco audiamus in dolore ac luctu de peccatorum gravitate concepto effusam esse aquam. Quid Hebræi antiqui existimaverint, docet Hieronymus in Traditionibus hebraicis, quæ hic libet adducere, licet longè abesse putem à vero atque germano sensu. Sic autem ibi Hieronymus, aut quicumque est, qui opus illud concinnavit: « Hebræi tradunt quòd coram Domino in eandem aquam maledicta congesta sint. Et sicut in lege mulier zelotypa haustâ aquâ probatur, ita et hic idololatræ hanc aquâ probati sunt; hi videlicet, qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt enim, quòd quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia ejus ita sibi adhærent, ut nequaquam ea ab in-

(1) Quid effusio aquarum in jejunio sibi velit, obscurum est; fortassè, juxta consuetum Orientalibus tropum, liberalitatem, quâ Hebræi nunc se totos Deo tradere vellent, indicat. (Lahn.)

vicem ido. olatra separare posset. Hoc iudicio idololatra deprehendebatur et interdicebatur. Quod et sequentia demonstrant in eo quod ait: *Judicavitque Samuel filius Israel in Maspha.* Judicare in hoc loco idololatrias secundum legem, mori tradere intelligendum est. Dicunt etiam, quod Moyses hoc modo idololatra, qui sibi vitulum fecerat, probaverit, quando arripuit vitulum et combussit, et contritam usque ad pulverem sparsit in aquam, et dedit ex eo potum filiis Israel. Hec Hebraei, qui supra sua commenta nobis pro orationis vendunt; ego in illa omni libentius abeo. Hoc probat Rupertus, et Historia scholastica docet quibusdam visum esse, quos tamen non nominat, quodam idolum relictum esse in pulverem à Sancto, et mixtam aqua propinatam populo, sicut quondam fecit Moyses, et in illorum barbis esse cogitum, quis esset idololatra. Quod etiam tenet Hugo. Sed plane divinant, qui ita cogitant.

Alii hanc aquam metaphoricam putant, et pro lacrymis sumunt, quae compunctam produunt et penitentem animam. Ita quidem ex Hebraeis; lacryma autem aqua, sicut, quae ex liquefacto corde, et in hunc humorem resoluta hauriantur, et effunduntur foras. Sumitur autem metaphorà à fontis sceleris, qui in terra visceribus concepto, per venas tandem in os suum erumpit aspectum. Inspectasse videtur Jeremias, cap. 9, v. 1, ubi fontem optat, non lacrymas haurias, *Quis dedit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei. Fontem autem aperuit in capite, unde ad oculos lacrymas decurreret; quae post in terram defluant. Cum Hebraeis sentit quoque Gregorius; cujus hic verba tubens adjectam. Quis est, inquit, aquam haurire, nisi de profundis animae penitentis confusions lacrymarum fluens prodire? Velut enim aquam haurimus, dum quam profundam iniquitate excivimus, consistens plangimus. Quomodo profecto aquam in conspectu Domini effundimus, si cum penitendis compungimur, de ejusdem compunctionis letho non querimus furoribus tui, sed solum fructum divinae pietatis. Sed et dum mens hendo compungitur, necesse est, ut etiam caro, quae delectationibus subjacuit, affigatur.*

Alii aquam proprie sumunt, sed variè interpretantur, nempe ut eluant sordes, quae, dum penitentium speciem et personam assumunt, contraxerunt. Nam lugentes et tristis

omnium penè gentium consuetudine in splendore jocenti, in pulvere eulant, cinerem aspergunt capiti, omnem denique munditiam et elegantiam evitant. Ut hoc igitur, quae ex hoc vitae modo penitentiam adhaerere corporibus, etiam, aquam hauriunt, et illam cum sordibus simul, quas detulerunt, in conspectum Domini effundunt. Ita ex auctore non hono dicit Serarius; quod neque ipse probat, neque alicui viro cordato probari potest. Hoc tamen tempore, in quo haeretici ferrent et exigunt Confessionis et Penitentiae nomen, habentia à haeretico (talis est enim illius sententia) auctor, optimum Confessionis atque sacramentalis Penitentiae symbolum. Illa enim est animae tepes, et illa in conspectum Domini effundit, ut animam hinc prius deformem et sordidam mundet atque puribet. Facit enim Penitentiae sacramentum, quod aqua quaedam est expiatoria, quod baptismus aqua, quae, quas invenit in animâ sordes, detergit, et quod reperit corroboratum, emaculat.

Alii hanc aquam effusam curam Domini symbolum esse putant eorum quae in animis occulte sunt, cum quis operam dat animae expandere, aut ad grande aliquid divinae liberalitatis beneficium dispensandae, qualis est oratio, quae si vera est, totam coram Deo animam effundit. Sicut cap. 4, dixit Anna, quam cum ex orandi contentione Heli sacerdos temulentam putasset, ipsa respondit, non illa signa esse à temulentâ, sed quod animam suam effundisset coram Deo. Porro quid sit animam effundere, diximus eo loco. Aut certe eo symbolo significant sic fuisse ex animis peccata depulsa, sicut è vase aqua sic effunditur, ut nulla in eo gutta remaneat. Aut, ut Babb. Salomon citatus à Lyrâ, symbolum est animi, qui de se humiliter sentit ac loquitur; quasi, effusi aqua coram Domino, dicunt viri illi, quos anteactae vitae penitent et pudet, se omnino, dum suis indulgent affectibus, effusa aqua similes existit. Ut enim effusa aqua perit, neque recuperari potest, ubi illam terra arida bibit, sic illi qui se peccatores agnoscunt, dolentique quod quas acciperent à Domino doles, sic in terrâ defosam fuerint et absque, sicut aqua effusa, quae in lutum abit, neque apparet usquam.

Glossa ordinarius aliquid hinc videt verè penitentiae proprium, quod videlicet qui eo nomine digni sunt, illi sic omnem sibi peccandi facultatem praeciderunt, ut ad errata vitae liberioris omnem praeciderint aditum, omnes illecebras, omnia blandimenta sustulerint.

Quemadmodum ille satis probat, se nihil velle haurire de poculo, qui quicquid erat liquoris in poculo, ad extremam usque guttulam effundit.

Hec sane non ab re, et quod ad moralium sensum pertinet, egregia. Ego tamen addam aliquid, quod nihil si minus ad ritus consuetudinesque sacrificialium, at certe ad mores non videtur alienum. Et primum puto verum esse, quod q. 38 censet Abulensis, aquam in sacrificiis offerri non posse, quia nunquam illius in re sacrificii nomen additum, nisi forte ad lavandas victimas et sacerdotum munditiam; et Ideo mare aneum in templo fuit, et prope templum prolatica piscina, sed aqua legitima, quod ego viderim, nunquam oblata. Nisi forte dicas, oblatam à Davide aquam, quam viri fortes illius desiderio avidius et audacius, quam ipse vellet, obsecuti hauserunt de eisternâ Bethlehem. Illa enim oblatio, neque à sacerdote fuit, neque legitima, ut fieri solet ad altare; sed qualis fieri solet à profanis, cum propter Dei obsequium aliquo se privant commodo, quod appetebat animalis natura. Et si quis propter Deum colibeat manum ab hoste, quem ante pedes prostratum habet, continet prurientem libidinem, se tandem ut se probris depellat et risceat, ad quod natura impetu ferebatur praecipit. Quia de re nos plura suo loco.

Nihilominus puto verè ac proprie effusam esse coram Domino aquam; non quia sacrificium aut libamentum fuerit, sed quod actione fita externâ ac hieroglyphicâ aliquid significaret, quod latebat in animo. Quod verò illud sit, non obscure, ut opinor, docet, quod proxime sequitur, de quo statim. Quod autem illa caeremonia in usu fuerit Hebraeis, quae significet nihil sibi fuisse reliquum in quolibet genere, nihil argumento est, tum quia id sonat hic locus, qui cum optimè possit in significatione propria sumi, non est cur ad metaphoricos sensus torquatur; tum deinde quia in Scripturâ sacra saepius videmus, cum aliquid funditis exanimatum ostenditur, per aquam effusam significari. Quod igitur metaphoricè verbo saepe, quid mirum si idem hieroglyphicè signo non nunquam exprimitur? Id ergo jam nonnullis Scripturae testimoniis in argumentis valde inter se diversis explicemus. Dicitur Deus iram suam effundere in aliquos, quando totam iram, quam in divino pectore peccator possiderat, aut (ut cum Paulo loquar) thesaurizat, evomit, ita ut totum expromat, quod

latebat intus; id dicitur effandi sicut aqua. Oseas esp. 5; *Saper sicut effundam, sicut aquam, iram meam.* Deuter. 32; *Comedes abique equi diciturat impietatis, quem super terram sicut aquam effundis.* Sic ab animali sanguinem exprimes, ut ne gutta quidem supersit in venis, Et idem esp. 13. Ille Deus Psal. 21, cum significare vult nihil fuisse sanguinis in corpore, quod pro hominum salute non exenderit: *Effusus non sicut aqua.* Et Genes. 49, Jacob ad filium Ruben: *Effusus es sicut aqua; non creasas, quia necessitati cubile patris tui, id est, totum te in libidinem laxasti. Ita ut nullam in te pudoris aut temperantiae partem relinquas;* meminit autem Scriptura tam hoc loco, quam aliis, aquae potius quam liquoris alterius; quia illi, ut maxime cupias studeasque, non sit effundatur è vase, ut non in illo aliquid adhæreat; otium puta, mel, vinum, quorum in vase manet saltem color, odor, sapor; at ex aqua sic purum manet vasculum, ut nemo iudicet in illo unquam aquam fuisse conclusam.

Hæc ergo similitudine, actioneque hieroglyphicâ docent hi viri, quos ad veram conversionem Samuel, et ut vestigium haerentis in Ibricis in unius Dei religionis firmiter hortatur; aiunt, tam à se projiciendam impietatum antiquam, et deorum deorumque omnium execrandam esse memoriam, ut non minus excedant ab animo, quam aqua, cum è vaso, in quo conclusa fuerat, effunditur, cuius neque sapor manet ullus, neque odor, usque adeo tota yamescit et perit. Admirabile hoc symbolum est animi verè penitentis, qui nihil apud se retinere vult vitæ, cuius illum penitet et pudet (1).

JUBILAVITQUE SAMUEL FILIUS ISRAEL IN MAS-

(1) Et reuerteretur. Ecce hic tres actus penitentiae, scilicet contritio, significatur in effusione aquae, confusio, cum dicitur à Peccatrice Domino; satisfactio cum jejuniis. Hoc enim jejuniis non est tantum, id est, civitatum, sicut à lege præceptum, sed contritio, id est voluntarium et sponte à penitentibus susceptum. Nam, ut ait S. Gregor., si dicitur et non caro quae delectationibus subjacuit, affligatur, et Audit. Hieron. 1. 2 contra Iovin. 2. e. Gregor. 1. 1. ait Samuel populum in Maspha iudicio Iovin. laboravit, et fecit hostium fortiorum, et S. Leo serm. 1. de Quadagesimâ, ubi agens de Hebraeis hoc loco jejunavit: *Ut superare, aut, hostes non possent, vires animi et corporis iudicio sibi renegare Iovin. 2.* Et post pauca: *et Abulensis dicit, ergo à cibo et potu, severa sibi castigatio addidit, cenarum, et ut hostes suos sinceret, quia illecebram in se ipsis aut vicerunt.* (Cogn. 3 Lap.)

PHATHI (1). *Judicare* sub hoc Samuelis tempus idem est quod moderari ac regere; unde qui ante hoc tempus rem administrarunt Israeliticam, vocati sunt iudices. Ex eo tempore habuisse sedem stabilem domiciliam, et quasi imperii sedem in Maspath, cum ante illud tempus aliis atque aliis locis stetit. Cum enim nactus esset rempublicam profligatam et perditam, in quâ tot videbat excitatas aras, quot apud gentes, deorum deorumque nomina celebrantur; neque illos, utpote in varia studia religionesque distractos, ad locum unum facile posset convocare aut cogere, nisi prius ad unam religionem et fidem conspirasset; necessarium illi fuit per varia loca subinde decurrere, et omnes officii profecti et neglecta religionis admonere. Quod uti consecutus est in Maspath, ubi qui adhuc religioni adhaerent alienae, Baalim et Asthroth, id est, deos deosque omnes sibi abjecerunt, ut neque illorum odoris aliquid esset, aut saporis reliquum; sicut neque aliquid aquae manet in vaseculo ex quo effusa est, stabilem sibi constituit sedem in Maspath, ubi jus diceret, et rem moderaretur publicam.

VERS. 7. — ET ADIERUNT PHILISTEUM, QUOD CONGREGATI ESSENT FILII ISRAEL IN MASPATH. Ex quo tempore decessit Iliel, satis habuerunt filii Israel, confirmare se ab illâ plagâ, quam acceperant à Philistinis, quando capta est arca. Neque fortasse Philistini, cum jam essent in se ipsos et in agris experti severam Dei manum, ausi sunt iterum aliquid contra Israelitas bellicum moliri. Quare id hoc usque tempus, id est, ad annum vigesimum ab arca restituta, ab utraque parte siluerunt arma, quia satis habuerunt utriusque curare sua, neque tutum putabant aut opportunum aliena turbare. Ubi verò vident in Maspath à summo

(1) Poteo urbes dicte Maspath, fuere quatuor. Prima in tribu Gad, Josue 45, 36. Secunda in dimidia tribu Manasse ad radices Hermon, quae fuit patria Jephte, Judic. 11. Tertia trans Jordanem in terra Moab, de qua 4 Reg. 22, 5. Quarta haec nostra in confinio tribus Juda et Benjamin, in qua erat orationis locus, idcirco ad eam crebro conveniebant Hebraei. Alibi Maspha vel Maspha vocatur. Hanc postea edificavit Amnion rex Juda, et in eâ habitavit Godolias, 4 Reg. 25. Et Jeremias propheta e. 40, 41. Nota: Arca non erat in Maspath, uti nonnulli conjiciunt ex hisce Samuelis comitis ibidem peractis, sed in Carithiarim.

Mysticè S. Greg.: « In Maspha, ait, sacerdos iudicat, cum non humanum arbitrium sequitur, sed divinum. » (Corn. à Lap.)

preside haberi comitia, suspicati aliquid in suum caput ab adversariis adfortari, ipsi quoque parant arma, et delectus habent militares, ostentant metum, ac tandem in Israeliticos fines hostiliter irruunt (1).

VERS. 9. — TULIT AUTEM SAMUEL AGNEM LACTENTEM IDEM (2), ET OFFULIT ILLUM HOLOCAUSTUM INTEGNUM DOMINI (3). Expavit Israel jamdudum

(1) ASCENDERUNT SATRAPAE PHILISTINORUM AD ISRAEL. Tropol. S. Greg.: « Abbat, ait, diis alienis, peracto Jejunio, exhibitâ à praedicatione censurâ examinis, ad Israel Philistino-rum principes ascendunt; quia cum aliorum vitiis peccemus, maligni spiritus, qui semper bene agentibus invident, nobis infestiores sunt. » (Corn. à Lap.)

Les princes des Philistins marchèrent contre Israël. Les Israélites ne sont pas plus tôt réconciliés avec Dieu, que les Philistins s'assemblent et leur font la guerre. C'est ce qui doit apprendre aux vrais fidèles qu'ils ne manquent point d'ennemis au dedans et au dehors, lorsqu'ils penseront sérieusement à se convertir à Dieu. Mais qu'ils ne craignent point, ou s'ils craignent, qu'ils ne se soient, comme il est marqué ici, que pour avoir recours aux prières des vrais serviteurs de Dieu, et pour leur dire: Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur. » (Sacy.)

(2) Cur Samuel lactentem agnum obtulit, velante lege, ne coquatur haedus in lacte matris suae, id est, ne lactens adhuc in sacrificio immolatur? Censio ne coquatur haedus in lacte matris suae, definienda est ad haedum vel agnum paschalem, qui anniculus, id est, aliquantum adultus imperator: de ceteris autem victimis nihil interdictum erat; modo tamen per septem dies lactens: Septem fortasse erant sub ubere matris suae; die autem octavo et deinceps offerri poterat Domino. (Calmet.)

(3) Quid sibi vult hoc? an holocausta non integra à quocumque non offerbantur? Integrum holocaustum obtulit Samuel, id est, perfectum, omni macula et defectu carens. Denique obtulit integrè victimam in holocaustum: addidit illud, integrè, ex pleonasmis, ut commode etiam omitti possit. Septuaginta. Obtulit cum miteris populo. (Calmet.)

Cur dicitur hoc holocaustum integrum? Resp. integrum, id est, indissectum; solebat enim victima in partes dissecari, itaque in altari comburi: hoc verò ob ingruentis hostes Philistinorum dissecari non potuit; sed integrum fuit arae impositum. Alioqui in omni holocausto tota et integra hostia debebat Deo comburi. Ita Sallians. (Corn. à Lap.)

Samuel prit un agneau qui tétait encore, qu'il offrit au Seigneur. Ceci nous montre le devoir des prêtres dans le péril de ceux que Dieu leur a adressés pour les conduire. Non seulement ils doivent prier pour eux comme Samuel, mais ils doivent encore avoir recours au Sauveur figuré par cet agneau qu'offre Samuel, parce qu'il est la victime de propitiation pour effacer les péchés, et pour réconcilier Dieu avec les hommes. Le Sauveur est agneau, dit saint Grégoire, parce qu'il est la sainteté même. C'est un agneau tenu

desuetos arma tractare, cum hostiles acies in suos terminos invectas videt; et quia Samueli Deo multis indicibus gratum esse cognoverant, in eius precibus spem victoriæ, et dubie fortunae felicem exitum statuunt. Quare dissecrant ne ab oratione cesset, et suam apud Deum causam iustat. Quod ipse fecit diligenter juxta aliorum vota, et ad preces sacrificii quoque illud genus adiecit, quod Deo ideò putabatur esse maxime gratum, quod totum cederet in ipsius gloriam, nec ex eo sibi aliquid homo vindicaret, quod est holocaustum. Sumptus igitur agnum tenerum, qui nondum erat à lacte depulsus, totumque Deo tradidit, et in eo etiam populum, cujus ipse curam atque tutelam Deo commendante susceperat. Non querit hic, quomodo, cum Samuel sacerdos non fuerit, sacrificaverit, quia eâ de re pluribus egimus cap. 2, ad illud: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem*. Quidam dicunt, sacrificasse quidem Samuelem, per sacerdotem tamen, cuius erat sacrum illud ministerium. Quomodo tamen princeps id fecisse dicitur, quod ut alii facerent, ipse curavit. Sed necesse non est ad illum solutionem confugere, cum aliquando etiam non sacerdos urgente graviore casu sacrificaverit, ut eo loco diximus, sicut fecit Elias, et in Samuele graviore apparet, et propria quodam ratio. Quod ad altare attinet, diximus cap. 6, ad illud v. 14: *Imposuerunt super eam holocaustum*. Hic credo altare raptim esse constructum, quia hostis urgebat, neque satis tunc erat otii, ut excitaretur accuratius.

VERS. 10. — FACTUM EST AUTEM CUM SAMUEL OFFERRET HOLOCAUSTUM, PHILISTINI INTERE PLESTICUM. Cum superiori plagâ graviter foret afflicta Palestina, et civibus, qui lucri possent, et

dre et qui est encore au lait, parce qu'il s'est rendu faible pour sauver les faibles, et qu'il s'est revêtu de notre chair. Il est unique, comme le Fils du Père, et comme l'Epoux et le chef de son Eglise; et il est offert tout entier en holocauste, parce qu'il s'est immolé pour nous dans le sacrifice de la croix, et qu'il s'offre encore sans cesse pour nous dans le sacrifice de son Eglise; comme nous devons aussi donner à lui sans réserve, puisque le sacrifice que nous lui offrons de notre cœur est la suite et l'accomplissement de celui qu'il offre sans cesse pour nous.

Le même saint Grégoire tire cette instruction importante de cet exemple de Samuel, et que lorsque les vrais pasteurs voient que les âmes dont Dieu leur a donné le soin sont tentées, ils doivent les soutenir, en leur procurant le secours non seulement de leurs prières, mais aussi de leurs sacrifices: « Tentatis edidit pastores boni non solum orationum gratiam conferant, sed etiam sacrificiorum. » (Sacy.)

amplificare rempublicam, orbata, externum sibi adsciverunt auxilium à vicinis populis, à Tyriis puta, et his, qui Tyriorum suberant imperio. Sic habes ex Eccl. cap. 46, ubi cum sermo esset de hoc ipso tempore, prolignati dicuntur cum Philistinis principes Tyri. *Incomit de celo Dominus, et in situ magno audiam fecit vocem suam; et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistinum*. Ili igitur omnes eâ celeritate in Israelitarum fines irruerunt, et ad illum usque locum progressi sunt, ubi princeps Samuel congressu habuerat, ut prius illatum viderint bellum Israeliticum, quam comparatum audirent. Quare inermes erant, utpote quia magis religionis grati, et aliis de rebus essent instituta comitia, quam ut hostibus tunc bellum inferrent, aut illatum à patre propulsarent. Deus tamen quocum Samuel sacrificiis precibusque ceterat, totam illam belli molem repente disiecit, et pro populo sibi jam abjectis idolis conciliato sic pugnavit è caelo, ut uno illo congressu plus amiserint honoris et virum Palestini, quam multis antea bellis cum hoste collatis.

INVENTI AUTEM DOMINUS FRAGORE MAGNO IN DIE ILLA SUPER PHILISTEUM, ET EXTERUIT EOS, ET CASI SUNT A FACIE ISRAEL. Haec eadem habes Eccl. cap. 46, quae omnia optimè describit Josephus lib. 6 Ant. cap. 2: « Prius, inquit, quam totam victimam flamma absumeret, nondum sacro peracto, hostis in conspectu aciem explicat, rem factam se habere putans, interceptis Judæis imparatis ad pugnam, et tantum non indermissis, ut qui non in eum locum ad hoc conveniant. At longè aliter accepti sunt, quam crederent, etiamsi quis praedixisset. Primum enim terra, jubente Deo, sub pedibus eorum intremuit, et vacillante vestigio nutabat; nonnulli etiam in improvisis hiatus prolabebantur; deinde fulminibus crebris attoniti, et ignitis fulguribus oculos, ac manus semustulati, ut ne arma quidem retinere possent, in fugâ speræ totam ponebant. » Hujusmodi Deus scopis belli pugnavit pro populo, ut tempore Gedconis et Deborah, et infra, cap. 14, cum Jonathan et ejus armiger stragem magnam in Philistinorum castris ediderunt. Neque Evangelicis seculis desunt exempla quae docent adesse Dominum suis, et temporis momento disperdere, quibus mortalis nulla potentia obtinere posse videbatur. Unde prudens quisque facile cognoscet, invictas esse acies, quas armat et moderatur Deus, et murum esse æneum

cum nulla in castris culpa grassator (1).
 Vers. 12. — (2) Et vocavit nomen loci u-
 lices: *Lapis aduortori*. Usitatum fuit superiori-
 bus seculis, ut beneficiorum omnium qui
 quisque accepisset, aliquid eo ipso in loco
 monumentum relinqueret, quod apud posteros
 aeternam conservaret memoriam. Sic Jacob
 exultavit placare, ubi illustrationem accepit à
 Deo singularem. Sic Josue notatum votum esse
 locum, per quem Jordanis sicco gradu tra-
 pedit. Sic modo Samuel, ubi lapsus apud posterum
 beneficium memoria periret, exultavit lapidari,
 cui nomen imponebat ab eo beneficium, quod ei
 in loco cassis ingratum. Palæstinis, populus
 accepit. Hoc porro nomen per prophetam audivimus
 cap. 4, quia Samuel, à quo eventus ille
 literis mandatum est, scripsit in his annis,
 postquam feliciter eo tempore pugnavit, est,
 cum jam locus ille esset nomine designatus,
 et fortasse tunc scripsit cum jam esset regni
 administratione defunctus.

Ad hunc ego locum aliquando inveni apud
 Tertullianum contra Psychicos, quod ego non
 intelligo. Indicat enim in aqua illa, quam hau-
 serant, effunderentque in Masphah viri Israe-
 litæ, aliquid fuisse peccatum; quod unde ille
 suspicari aut conjectare poterit, divinare non
 possum. Neque quod statim addit, bene postea
 irrupisse Palæstinos, illis autem Hebræos oc-
 currisse jejunos; quorum jejuniu videtur in-
 signem illam tribuisse victoriam, non Samue-

(1) Vers. 11. — Uxor ad locum qui erat
 subter Bethsan: Nomen *Bethsan* sonat domus
 agni, vel arde. De urbis hujus situ inter paucos
 philosophos non convenit. Sunt qui eandem esse lo-
 cum cum *Ser*, de quo infra, v. 12. Censet
 Bonifacius. *Bethsan* non longo abuisse ab
 Apline et Bethanico, adque ad tribum Juda
 pertinuisse. Occurrit *Bethsan* inter Israel et
 Samaritan. *Litis Ceila* alio etiam nomine *Beth-
 san* appellata est. (Calmet.)

Porro *Bethsan* erat in tribu Juda, vicinus
 Bethsanies, aut *S. Hieron.* in *Achezer*, non
 longe ab Apher, et lapide *Ajutorii*.

Mystice *S. Gregor.* à *Bethsan*, id est, domus
 agni, natat vitam et conversationem Christi,
 et ad quam omnes contendere debemus,
 et etiam ad illam pertingere non possumus.
 Quia, inquit, per hoc designatum bonum est cor-
 pœ tantum, contendere debemus ad vitam per-
 fectionis, ubi jam tantum sumus hostibus no-
 cistris terribilibus, quanto redemptori nostro
 e viciniores. (Corn. à Lap.)

(2) Inter Masphah et inter *Sis*. Reddit po-
 test. Hebræus: Inter *Masphah* et *dentem*, id
 est, lapidem illum praruptum, cui est figura
 nomen dentis inditum est. Interdum Hebræi
 ruperis nomine dentium appellant. Hinc locum
 vocat *Claudeus Sima*; *Syriacus* et *Arabs*,
Bethsan. (Calmet.)

lis precibus. Verbo illius audi adversus Psy-
 chicos cap. 7, et quid significare voluerit, tunc
 ipse coniecta. Sic autem ille: « *Deliquerat*
 « Israel in agnitione apud Masphah congre-
 « gatus à Samuele; ita statim delictum jejuniu
 « diluit, ut periculum prælii simul fugerit.
 « Cum maxime Samuel offereret holocau-
 « stum, in nullo magis proceratam audimus
 « Dei clementiam, quam abstinentiam populi.
 « Et Allophyli prælio admovebant, ibidem Do-
 « minus intonuit voce magna super Allophylos,
 « et confusi sunt, et corruerunt in conspectu
 « Isaacis. Et processerunt viri Israel ex Ma-
 « sphah, et persecuti sunt Allophylos, et usque
 « Bethhor occiderunt pastos inpassi, armatos
 « inermes. Ita erant vires joannicum Deo,
 « eorum pro ejusmodi militat. *Illos formam*
 « præditi etiam spiritualibus bellis necessa-
 « riam. » Hæc Tertullianus, in quibus multa
 inveni, que non satis accomodo textui,
 aut coherere video cum historia. Tu illa, si
 plus habes tui, accuratius expend; mihi sat
 fuerit illa in medium attulisse.

Vers. 13. — *NEZ APPROPERAVIT ULTRA, UT VESTI-
 ARET IN TERRAS ISRAËL*. Ut paulo ante Palæ-
 stinæ plagæ divinitus immisissæ perterriti, nihil
 hostile contra Israëlidem gentem moliri sum-
 sis, etiam vocem, cum stare contra se Deum
 non dubiâ conjecturâ cognoscerent, continuâ-
 re se intra fines suos, neque turbarent pacem,
 quam toto Samuelis tempore Dominus Israeli
 largitus est. Sed est difficile statuere, quo-
 modo veram esse possit, non ultra Palæstinos
 in Hebræorum fines rediisse, cum sciamus,
 regnante Saule, rediisse sæpè, et male vexasse
 regni Israëliticum. Quisiam hic non simpliciter
 negant rediisse Palæstinos, sed eo tantum
 tempore, quo visit Samuel. Ita Historia scho-
 lastica. Ego hanc vocem, *ultra*, sic exponen-
 dum puto, sicut exposui apud Isaiam cap. 2,
 ad illud: *Nec exerebunt ultra ad prælium*.
 Unde est illi, sicut æternum, sempiternum, et si-
 milita non semper significant quod sine careat,
 sed quod diuturnum est, sic etiam non *ultra*,
 non *amplius*, et que ejusdem sunt significatio-
 nis non aliquid omnino negare, sed protre-
 here longius. Quomodo Isaiæ cap. 25, de
 Sidone dicitur: *Non adificies ultra, ut glori-
 rias*; et tamen priori fortune resultata glo-
 riarî potuit. Et idem de Tyro *Ezechiel* affir-
 mat, c. 26: *Et sonita capharaim narum non*
audiet amplius. Et paulo post: *Neque edificabis*
castra, cum tamen iterum adificata fuerit, et
 ad veteres castris, id est, tractandis merces

iterum revocata. Sed utrumque contigit, post-
 quam plures jam dies exesi sunt. Quare cum
 toto Samuelis tempore Palæstini nihil contra
 Israëlitas tentaverint hostile, juxta hanc He-
 bræorum usum dici optimè possunt, non ultra
 in illorum fines esse reversi. Ita etiam patet
 Abulensis, q. 52, et *Adrianus Finus* lib. 7,
 oppositio 5, ad 4, quod etiam hoc loco tenet
 Serarius.

Sed alio ego, idem videri esse dicendum,
 eum aliquid licet non longo post fiat, minus
 tamen sit sæpè, aut non eodem evento, quo
 prius. Aperta sunt exempla, lib. 4 Reg. cap.
 6, v. 25, ubi Syri non dicuntur *ultra* venisse
 in terram Israel, et tamen paulo post *Benadab*
 rex Syriæ armasse traditur exercitum, et inva-
 sisse Samaritan. Et *Genes*, 50, v. 10, dicitur
 ab angelo *Jacob*, et *nocueris ultra Jacob*,
 sed *Israel erit nomen tuum*. Et tamen statim, v.
 20, appellatur *Jacob*, et alibi milles: non ta-
 men ita frequenter sicut ante, neque legitimo
 et proprio, sed jam deposito et quasi alieno
 nomine. Illud itaque dicitur non *ultra* fieri,
 quod extraordinario modo fit, et extraordi-
 nario plerumque successu. Quomodo etiam ex
 usu Scripturæ, quod inutile est aut exitu caret,
 quem aliquis captabat, fuisse negatur. Redie-
 runtque Palæstini tempore Saule, et adhuc
 vivente Samuele, imò fortasse aliquando Sa-
 muele regnante; hæc id raro, et successu
 nullo; verum quia post longum tempus, et
 irrita conatu, dicuntur non *ultra* rediisse. Quòd
 autem diebus Samuelis aliquando Palæstini
 rediisse videri poterint, sed infelici plane
 successu, indicat illud, quod statim sequitur:
Facta est itaque manus Domini super Philistheos
concreta diebus Samuelis. Indicat, inquam, non
 probat; quia fieri potuit, etiam si id ex Scripturâ
 non habeamus, ut potius Samuel Palæstinorum
 fines sit ingressus vindicæ manu, quam ut Pa-
 læstini Samuelis regnum, id est, Israelitis terri-
 nis acie tentaverint. Sed si habeamus certum,
 quomocumque id acciderit modo, rem Palæstinu-
 rum votis accidisse contrariam (1).

Vers. 14. — *ET REDDIT SUNT URBES, QUAS TU-
 LERANT PHILISTINI IN ISRAËL*, ISRAËL (2). An
 (1) FACTA EST MANUS DOMINI SUPER PHILISTHEOS.
 Hæc phrasia designat interdum opem et pro-
 tectionem Dei, ut: *In Judo facta est manus Do-
 mini, ut daret eis eorum unum*; id est, perfectè
 curavit illos conjunxit. Sæpè manus Domini
 est Spiritus S. in Prophetam operatio: *Manus*
Domini facta est super Eliam, et currebat ante
Achab donec veniret in Jezrahel. (Calmet.)

(2) REDDIT SUNT URBES... AD ACCARON ESSE:
 (Sæy.)

ultrò Palæstini reddiderint urbes quas ab He-
 bræis ante auferantur vel vi ab illis Samuel
 eriperet, ex Scripturâ non constat, quia tan-
 tum dicuntur rediisse, quod idem valet, quòd
 reversæ. Vox enim hebræica *Tasba*, redierunt
 significat; et vox hebræica, quæ generis est
 femine, cum Palæstini convenire non po-
 test. Et Septuaginta, hæc obscurius, id tamen
 in sua translatione significant: *Et rediisse sunt ci-
 vitates, quas ceperant alienigenæ de filiis Israel*,
et rediisse. sicut ipsi Israeli ab Accaron usque
Azob; et terminum Israel absteruerunt de manu
alienigenarum. Res planè est incerta; sed in
 hoc posterius magis inclino, quò de re postea
 pluribus, esp. 15.

LIBERATIONE ISRAËL DE MANU PHILISTINORUM.
 ENATQUE PAIX INTER ISRAËL ET AMORRHEUM. Duò
 hic contigisse dicuntur in antro vero Samuelis
 dominatu; alterum, Israelem excussisse jugum
 quo ipsorum cervicibus imposuerunt ante Pa-
 læstini; alterum, vicinos alios populos, quò hic
 Amorriorum explicatur vocabulo, à bellis
 etiam abstinentis, que habuerant omnibus pro-
 pè sæculis assidua. Quare nihil deest, quom-
 nus tempus illud videtur ex omni parte fortu-
 natum. Hic tamen Abulensis hæret, neque, ut

GETU. Accaron et Geth Philistheis parabant;
 sed inter utramque medie erant urbes qua-
 dam Damitica: que ad eam tribum redierunt.
 Hinc autem illud illustratur, quod in Libro Ju-
 dicum 18, 1, legitur, Danitas scilicet cum ur-
 bes dilectis sue subigere non possent, coactos
 fuisse affas sibi procurare sedes; habuisse au-
 tem sibi in urbe Laia, quàm occupaverat ad
 radicem Libani, *Idolum Michæ, cum tempore*
quo fuit domus Dei in Silo, id est, usque ad in-
 itum à Samuele regimen, cum arca in Gari-
 thiarim locata est, ad Philistini secedere ab
 his Danitarum urbibus, que occupabant, esset
 san.

Textus Hebræus ita pariter redditur: *Resti-
 tute sunt Israël urbes, quas Philistheis occupa-
 verunt ab Accaron usque Geth; et liberavit eam*
terminum Israel, id est, adiacentem vicinibus
 hisce Israelitarum usqueque regionem, et man-
 dia Philistheorum. Non modo coacti sunt Phi-
 listini reddere urbes, sed et ad illarum finibus
 longius remissi sunt, ut plena libertas regioni
 pareretur. (Calmet.)

Les villes que les Philistins avoient prises fu-
 rent rendues à Israël. Il faut avoir soin de re-
 pondre sur les Philistins les places qu'ils nous
 avoient prises, comme il est marqué en cet en-
 droit, c'est-à-dire de rentrer dans nos premiè-
 res dispositions, et de ramener notre première
 liberté. Cette paix que Dieu donne à son peu-
 ple, fait voir que Dieu a toujours soin de son
 Église, et qu'il suit entreprendre les lieux et les
 lieux, la paix et la guerre, afin qu'une paix
 non interrompue ne la rende point lâche, et
 qu'une guerre continue ne l'accable pas.
 (Sæy.)

vides, sine gravi causa, quia cum hac libertate non apte convenit, quod infra, cap. 15, v. 19, traditur; usque adeo videlicet oppressos fuisse Hebraeos à Palestinis, ut neque fabricum habere ferrarium permisissent, non modo qui arma euderet, sed neque qui obtusa rustica ferramenta, ligonem puta, falcem, securim et vomerem acueret. Id verò non est liberos esse à Palestinis, sed ab illis durius et inclementius tractari, quam à domino servos. Quid autem durum magis quam in toto populo, cum esset iam intentus ad bellum, ipso adhuc vivente, licet non iam regnante Samuele, nullum aut gladium, aut hastiam reperiri, nisi in rege Saül, et in ejus filio Johatha? Respondet ad hęc Ahulensis, q. 26, non omnino liberatum esse Israel à Palestinarum dominis, sed relevatum ab illorum juro; et si qua esset servitutis species, illam longè fuisse ratiorem. Quare tributum adhuc Palestinis pendebat Israel, neque bellicum aliquid instrumentum sive eudere, sive gestare specum permittebatur, donec tandem David superavit illos, et tulit ab eis frenum tributi de quo lib. 2 Reg. cap. 8: *Percevit David Philistinim, et humiliavit eos, et tulit David frenum tributi de manu Philistinim.* Quare non tam ab illis liberati sunt Hebraei, quam eorum compressa vis et audacia, ut novas agerent preda; et licet ab illis aliquot essent civitates creptæ, non tamen omnes. Quà de re, cum ventum fuerit ad cap. 15, pluribus agemus; nunc satis sit hæc paucis tetigisse.

Fortassè idè in toto exercitu Saül non inveniebantur arma, quia cum Samueles tempore sicerent Palestini, neque pacem et otium turbarent Amorrhæi, in quibus, ut dixi, vicini populi et alienæ religionis asseche intelliguntur, arma nova conflata non sunt; et vetera, ut fieri assolet, ubi nullus bellorum strepitus aut sonus, aut timor, conversa fuerant in arma rustica; quod sæpè audimus tam in sacra, quam in profana eruditione. Id sanè in tempus evangelicum promittit Dominus, Isaie cap. 2, v. 4: *Et confabunt gladios suos in vomeres, et lanciant suas in falces; non brevis erit gens contra gentem gladium.* Hoc idem de eodem tempore cecinit Zacharias cap. 9, v. 40: *Et disperdam quadrigam ex Ephraim, et equum de Jerusalem, et dissipabitur arcus belli.* De militaribus armis in rustica conversis, dum adfugente pace, nullus se ab hoste metus ostendat, est illud Martialis lib. 14, epigr. 54, cujus titulus: *Felix ex ense:*

Pax me certa ducis placidos convellit in unus;

Agricolæ vixi ante, militis ante fui.

Cur autem Amorrhæus pro omnibus qui in Chanaan solo Hebraeis occurrerant armati, hic et aliis locis usurperat, diximus ad illud Amos cap. 2: *Ego autem exterminavi Amorrhæum à facie eorum.* Dux autem eo loco ad duximus rationes: altera est, Amorrhæos Chanaanorum omnium esse fortissimos, ut eo loco ostendit Amos, et terram habitare uberem et lectam, et ab ipsa naturâ expugnata difficilem; unde à regione præcipuè nationibus aliis nomen datum est. Altera, quia ea regio omnium prima Hebraeis occurrit armata, et omnium prima cognita et superata est: fieri autem solet, ut locus, aut civitas, quæ prima exploratoribus aut navigantibus occurrit, nomen suum toti accomodat communitateque provinciam. Quare etiam de omnibus nationibus loqueretur Deus, quæ incolere terram Chanaan, Amorrhæorum tantum meminit, quia illud nomen habere commune. Gen. 15, v. 16: *Nondum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.*

VERS. 15. — *JUGEBAT ETQUE SAMUEL ISRAELEM UNCTIS DIEBUS VITÆ SUÆ (1).* Ex hoc dicendi

(1) Samuel centum annorum circiter vita tripartitus: ægebat quadraginta ferme annos, cum rebus præfectus est; opus est igitur, ut Israhel sexaginta circiter annis præfuerit. Quo autem pacto ista cohererent cum rege Saülis, cujus exordium cum vigesimo regnatus Saüel retinuit per totum Saülis regnum? Respondere posset, Samuelem omni vitæ suæ tempore auctoritatem obtinuisse summam tum in reliquam populum, tum in Saulem, non modo in causis religionis, sed in privatâ etiam Israelitarum; cujus auctoritatis exempla plura in hæc historiam sese offerent. Ita in bello Ammonitico Saül edixit, eum qui sese et Samuelem non sequeretur, passurum in lobus suis, quod tunc propriis ipse rex lobus faceret; statimque illos in frusta concidit. Cum Philistini aggressi sunt Israel, Saül rebus sacris operatus est, non expectato Samuele; in ejus rei poenam à Deo reprobatus est. Samuel jussu Dei denuntiavit bellum in Amalecitas, ejusque gentis regem, cui Saül pepererat, manu suâ interfecit. Mortuum Samuelem, tanquam principem suum luxit populus. Saülis auctoritas minor tum fuit apud populum, cum aperit Propheta, reprobatum esse illum à Deo, ejusque loco substitutum esse alterum ex Del voluntate, cumque Davidis electio palam facta est. Qui per intervalla regem invadebat furor, ineptum illum juri dicendo ad populum reddebat; ejusque auctoritas tota ad res bellicas redigebatur. Samuel semper unus habitus fuit oraculum Israelis, et gentis suæ unicus consul. Sunt qui verba illa: *unctis diebus vitæ suæ,* de finem ad viginti annos, qui Saülis regnum præcesserunt; postquam id censent in exem-

modo colligo, paulò postquam defunctus est magistratu Samuel, defunctum fuisse vita. Cum autem mortuus fuerit paulò post Saül, hinc etiam colligo, Saülis regnum non fuisse diuturnum, sed durasse tantum biennio, ut expressè Scriptura docet infra, cap. 15. Est autem usitatum in Scripturâ, ut cum ex magno numero exiguum aliquid detractum est, nihil existimetur fuisse detractum. Quare omnes dicuntur esse mortui, cum ex ingenti numero pauci fuere superstites, et nullus dicitur aliquid fecisse, cum ex magno numero fecere paucissimi. Cum ergo annos plurimos Samuel republicam fuerit moderatus, et duobus tantum annis extremis vitæ suæ ab illâ administratione cessaverit, optimè dici potest toto vitæ tempore Israelem judicasse. Hæc mihi solutio facilis est, et cum innumeris aliis locis communis, in quibus eadem omnino difficultas est.

Alia videri posset non importuna ratio, si dicas tamdiu judicasse Samuelem, quamdiu per ætatem licuit, nunquam cessavit Samuel, neque passus est suos in officio aut in legis observantiâ torpere. Quoque datam sibi à Domino provinciam posset obire et moderari commodiâs, tres in eâ civitates constituit, in quibus certis anni temporibus conventus ageret, et jus diceret, et ortas inter suos controversias ex lege, aut ex æquo honoquo componeret. Quod item fecerunt nationes aliæ, quæ cum duram esse existimarent, ad unum locum populos late dispersos judicij gratia cogere, civitates quasdam constituerunt, quas appellare conventus, ubi de suis controversiis quisque judicium audiret. Exemplo nobis sit in Hispaniâ provincia Bæthica, in quâ Romani quatuor designaverunt conventus, id est, quatuor fora, in quibus constituti sunt iudices, qui causas cognoscerent, et de rerum statu deliberarent. Atque Plinium lib. 5, cap. 1: *Bæthica juridici conventus quatuor, Galdanus, Cordubensis, Astogitanus, Hispalensis.* Ad hunc modum tres civitates maxime opportunis in locis designavit Samuel, Bethel, Gulgala, Maspath, in quibus, cum provinciam instraret, subsistebat aliquandiu, dicebatque jus et de regni statu docebatur; instrata tandem provincia revertebatur in Bamatha, ubi forum habuit stabile, et proprium, etque natalis domicilium.

Aliqui in harum civitatum, seu conventuum nominibus aliquid inveniant, quod rectam ostendit in judicando vim, à quâ si quispiam aberraverit, non poterit rectum ac legitimum ferre judicium. *Maspath* speculationem valet, quam si iudex non adhibeat, sed temerè præcipis in judicando feratur, labatur necesse est, et commissum sibi causam omnino conturbet et prodât. *Bethel* domum significat Dei, in quâ disceptari debent cause; quod tunc faciunt iudices, cum in judicando unum spectant Deum, ad ejus voluntatem et legem, totum

plum numeri indefinitum pro numero certo. Hæc verò expositio violenta nimis esse videtur. (Calmet.)

Fronel. Si Greg. — Qui sunt, inquit, dies uniuscujusque doctoris, ubi virtutum spiritalium claritates? Omnibus namque diebus vitæ suæ Israelem judicavit, qui lucem justitiæ et quæ loquendo asserit, ad subditorum fideliæ illum exemplum perfectione representat et bonæ conversationis. Qui autem virtutum et spiritalium lucem non habet, quia ad docendum assumit bonæ conversationis extraneæ, diebus profectò judicat vitæ alienæ. (Corn. à Lap.)

in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum ferè certum esset amorum, et emortuum vulvam Saræ. Ut ergo quoad generationis opus mortui censebantur duo illi conjuges, sic etiam Samuel quoad judicandū, id est, administrandi populi negotium, mortuus existimari potuit, cum tantum pondus efflato jam et exhausto præ senectute corpore sustinere non posset. Utraque solutio satis videtur facere objectioni; neque mihi promptum est, utram illarum magis probeam.

VERS. 16. — *ET TRAT PER SINGULOS ANNOS CIRQUENS BETHEL, ET GULGALA, ET MASPATH.* Quamdiu per ætatem licuit, nunquam cessavit Samuel, neque passus est suos in officio aut in legis observantiâ torpere. Quoque datam sibi à Domino provinciam posset obire et moderari commodiâs, tres in eâ civitates constituit, in quibus certis anni temporibus conventus ageret, et jus diceret, et ortas inter suos controversias ex lege, aut ex æquo honoquo componeret. Quod item fecerunt nationes aliæ, quæ cum duram esse existimarent, ad unum locum populos late dispersos judicij gratia cogere, civitates quasdam constituerunt, quas appellare conventus, ubi de suis controversiis quisque judicium audiret. Exemplo nobis sit in Hispaniâ provincia Bæthica, in quâ Romani quatuor designaverunt conventus, id est, quatuor fora, in quibus constituti sunt iudices, qui causas cognoscerent, et de rerum statu deliberarent. Atque Plinium lib. 5, cap. 1: *Bæthica juridici conventus quatuor, Galdanus, Cordubensis, Astogitanus, Hispalensis.* Ad hunc modum tres civitates maxime opportunis in locis designavit Samuel, Bethel, Gulgala, Maspath, in quibus, cum provinciam instraret, subsistebat aliquandiu, dicebatque jus et de regni statu docebatur; instrata tandem provincia revertebatur in Bamatha, ubi forum habuit stabile, et proprium, etque natalis domicilium.

Aliqui in harum civitatum, seu conventuum nominibus aliquid inveniant, quod rectam ostendit in judicando vim, à quâ si quispiam aberraverit, non poterit rectum ac legitimum ferre judicium. *Maspath* speculationem valet, quam si iudex non adhibeat, sed temerè præcipis in judicando feratur, labatur necesse est, et commissum sibi causam omnino conturbet et prodât. *Bethel* domum significat Dei, in quâ disceptari debent cause; quod tunc faciunt iudices, cum in judicando unum spectant Deum, ad ejus voluntatem et legem, totum

judiciorum rationem attemperant. Quod tunc denique faciunt, cum statunt apud se Dei sibi commissum esse munus, neque idcirco se Dei supremi iudicis sustinere personam. Quod audiverunt iudices 2 Paralip. 19, ad quos sic Josaphat: *Videte, ait, quid faciat, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, et quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini roborem, et cum diligentia exacta facite; non est enim apud Deum Dominum nostram iniquitas, nec perscrutari acceptio, nec cupido iuramentum.* Tertia civitas fuit Galgala, in qua locati sunt duppedio lapides, quas à fordeis alveo subiecerunt Hebraei tanquam sicuti fluminis fluxu testimonium, et in quo circumcisi sunt, qui multis ante annis lapsi fuerunt circumcisionis cultum non sabierant; unde, ut habes Josue cap. 5, locus ille nomen accepit. Ex his duo habent iudices documenta preclara; alterum sumptum ex duppedio lapidibus, in quibus sedent ad iudicandum, quia illi civitatis, que postea Galgala vocata est, prima fuerunt fundamenta, cum prius nullus esset nudus, non locus habitatus et frequens.

(1) Et iudicabat Israel in septem diebus locis. Pro: *In septem locis locis.* Septuaginta: *In omnibus sanctificatis locis locis, ait: In omnibus locis, ubi aliquis sanctorum erat.* (Calm.)

(2) Revertetur in Ramath. Subsisteret eo nomen Samuel in Silo, ministerio tabernaculi addictus usque ad captam arcam, et obitum Heli. Voto à matre nuncupato, consecratus erat Domino devotione perpetua: *Dabo cum Domino omnibus diebus vite ejus.* Ut verò repositus est iudex Israelis, ejus munera assiduum tabernaculi ministerium non ferebant, sedem in Ramath patriâ suâ locavit.

L'histoire atteste que l'élection de Saül fut décidée par le sort. Si ce choix avait été l'ouvrage de Samuel, il aurait préféré sans doute sa propre tribu, et le sort tomba sur celle de Benjamin. Saül ne fut point sacré pour apaiser les clamours du peuple, puisqu'il le fut en secret. Lorsque le sort eut décidé, une partie du peuple fut mécontente. Saül, après l'élection, vécut en simple particulier pendant un mois tout au plus, et non pendant plusieurs années, et dans ce court intervalle il n'est question d'aucun acte d'autorité de la part de Samuel.

Samuel prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül. Samuel verse sur la tête de Saül l'unction sacrée qui figurait la grâce du Saint-Esprit, comme on verra plus clairement lorsque le même Prophète sacrera David. Il lui donne en même temps le baiser de paix, pour montrer que Dieu n'élève à ces grandes charges que ceux qui sont très-étroitement unis à lui, et qu'il honore de sa sainteté divine. Il lui prédit ensuite tout ce qui lui doit arriver, afin qu'il fût persuadé que tout ce qui se passait à son égard n'était qu'un effet de l'ordre de Dieu. Ces signes qui lui arrivent marquent évidemment les qualités que doivent avoir les vrais pasteurs. Mais nous laissons ces sens plus obscurs et plus spirituels à l'intelligence des personnes éclairées. (Sacy.)

filiosque terra promissionis, ut unctio legitimo ritu designaret atque inauguraret reges. Id indicat longè ante hæc tempora apologus, quo ad Sichinitas usus Joatham, Judic. cap. 9, ubi v. 8, dicitur: *Ternit lignum, ut ungerent super se regem.* Et v. 45, ubi Vulgatus habet: *Si verò me vobis regem constitutis, lehrâicè est, mosechim, id est, unguis.* Apologi autem et allegorice omnes locutiones ex eo plerumque sumuntur, quod magis usitatum et notum est. Sane reges Syrie legitima quâdam unctione inaugurari solitos discimus ex lib. 5 Reg. c. 19, ubi Deus Elias jubet, ut Azaelam Syria regem unctione designet, ut Azaræum in cap. 9 Judic. q. 10.

Tertiò, hæc unctio effusione fiebat in regum capita, ut aperte docet hic locus, qui sic habet: *Et effudit super caput ejus.* Et eadem verba adhibentur 4 Reg. 9, in unctione Jehu. Quare figmentum mærum est id, quod tradit Rabb. Salomon, ut refert Lira, 5 Reg. cap. 1; ait enim habebat iste, unctionem hæc fieri in fronte inter palpebras per modum coronæ. Quod item refert Genehardus ad illud Psal. 88, v. 21: *Oleo sancto meo unxi eum,* ubi late agit de hæc regum unctione. Sicut Abulensis hic per plures questiones, ubi multa querit, quæ nos hæc strictim in pauca redigemus, eo ordine quo ab ipso tractata res est.

Primò dubitat an reges, qui uncti diemur in Scripturâ, aut etiam alii, quos etiam Scripturâ tacet, unctos tamen fuisse verisimile est, uncti fuerint oleo communi, vel sacro. Ac tandem statuit, utroque oleo reges potuisse aut solitos esse perungi; et adducit exemplorum satis, quo utrumque factum esse probat. Primum dicit, cum David unctus est in regem super Judam, non potuisse oleum adhiberisacrum, quia illud tunc erat in Gabaon, quo translatum fuerat tabernaculum; Gabaon autem tunc tenebatur ab Isboseth filio Saülis, quocum tunc erat Davidi longa concertatio. Deinde quia Elias profectus est in Damascum, ut ungeret Azael regem Syrie, lib. 5 Reg. cap. 19, et Jehu regem Israel; sed tunc quia proci alerat à tabernaculo, non potuit secum oleum afferre sacrum, quia tunc non est profectus ex eo loco ubi tunc erat tabernaculum, sed ex Oreb, aut Sinai, ubi sacri olei copia non erat.

Quòd verò ad regum unctionem sacrum aliquando adhiberetur oleum, probat aperte Salomonis unctio. De quo 5 Reg. cap. 1: *Sam-*

pitque Saül sacerdas cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem. Oleo præterea sacro unctum esse Davidem, ipse docet David Psal. 88, v. 21: *Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.* Hoc idem oleum effusum esse super caput Saülis licet quibusdam videatur aliter, nihil est valdè verisimile, quod etiam putat Abulensis. Primum, quia idem Samuel, qui unxit Davidem oleo sacro, idem etiam unxit Saülem, utrumque ex imperio Domini; neque gravior erat tunc ratio cur alter sacro, alter vulgari atque profano ungeretur oleo, cum uterque tunc esset justus, et uterque futurus esset rex in Israel. Et quidem ut ungeret Saülem, multò faciliùs posset sumere ex tabernaculo sacrum oleum, cum summam in Israele atque in templo potestatem haberet, quam cum Saülis loco postea ungere voluit in regem David. Tunc enim timebat vehementer Saulem, neque profectici audebat in Bethlehem, ut constât ex cap. 16, v. 2: *Et ait Samuel: Quando vadam? Audeat enim Saül, et interficiet me.*

Non displicet mihi Abulensis cogitatio, sed puto illam cum aliquo discrimine esse intelligendam; quam ego hoc modo sine aliquo incommodo video temperare posse, ut si quando rex esset unctus Israelis, cum nonnullum erant decem tribus ex magno illo corpore distractæ, aut post divisionem illam reges Juda, tunc sacrum adhiberi oleum, et unctionem fieri à sacerdotali manu, aut ab eo qui sacerdotalem habuit potestatem, quæ fuit Samuel, aut alius fortassè propheta. Quo modo unctus est Saül, David et Salomon, qui reges fuerunt Israel. Et reges postea Juda, quos unctos omnes fuisse arbitror, licet nihil de illorum unctione Scripturâ doceat. Sic sanè Joas, de quo 4 Reg. 11, et 3 Paralip. 25, v. 11: *Et constituerunt eum regem, unxit quoque illum Joasda pontifex, et filii ejus.* Et 4 Reg. 25, v. 5, *Joaschaz: Unxerunt enim, et constituerunt eum regem pro patre suo.* Et Absalon, cum rex esset à populo proclamatus, unctus quoque fuisse dicitur, 2 Regum cap. 19, v. 40. De regibus autem Israel, postquam decem tribus à duabus aliis fuerat dissectæ, alia ratio est, qui non tam fuerunt sacro, quam oleo communi delibati.

Secundò dubitat quænam fuerint cæremonie in constituendo atque inaugurando rege; et dicit, licet aliquot cæremonie in regum constitutione fierent, illas tamen inductas esse à consuetudine potius quam à lege. Primum intuebatur oleum super regis caput, ut docent

exempla superius adducta. Offerebantur item victimæ; quod probat hæc ipsa Saülis inauguratio: nam quando publicè Saül rex est constitutus, immolatae sunt victimæ, ut habes cap. 11, in fine. Et 2 Reg. 15, v. 12, immolatae sunt victimæ; cum rex est proclamatus Absalom. Sicut etiam 5 Reg. cap. 1, v. 9, cum rex proclamari voluit Adonias, antecesserunt holocausta. Deinde in regis manum tradebatur lex, cujus rex esse deberet custos et vindex; quod solum video ex omnibus cæremoniis à lege præscriptum. Deuter. cap. 17, v. 18: *Peperit autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hejus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus leviticis tribus; et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue; ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba, et cæremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt.* Hoc autem extremum servatum esse puto in electione et inauguratione Saülis, licet nihil habeamus in Scripturâ expressum. Neque enim verisimile est, legem illam ignoratam aut prætermittam esse à Samuele, qui legem habuit familiarem; neque parùm habuit otii, ut videret quid in constituendo rege publicè formâ opus esset factum.

Ad extremum accedebat gratulatio populi, et acclamatio festiva, quæ regi et usuram vitæ longam, et perpetuam felicitatem precabatur hæc solemnî formâ, aut aliâ simili: *Vivat rex!* Quod audivit de se Adonias lib. 5 Reg. v. 25, cum acclamavit populus: *Vivat rex Adonias!* Et ibidem v. 89, acclamatum est: *Vivat rex Salomon!* Hæc ferè omnia servata sunt in regno Joas lib. 4 Reg. cap. 11, v. 12: *Produxitque (Joasda sacerdos) filium regis, et posuit super eum diadema, et testimonium (id est, legem, seu Deuteronomium), feceruntque eum regem, et unxerunt, et plaudentes manu dixerunt: Vivat rex!*

Quòd verò dicitur osculum libatum à Samuele, non puto ortum habuisse à lege, vel à consuetudine, sed potius à benevolentia; neque enim in aliorum regum constitutione quidquam de osculo in Scripturis habemus; esse autem hoc etiam inter extraneas familiare benevolentiam signum, nemo ignorat. Quare non dubito, etiam si oleum in Saülis caput non foret effusum, non esse illius osculi omitterendum officium, quod solet consociare animos, conjungere studia, et inter duo etiam corpora, quoad ejus fieri possit, nullam esse distantiam. Quod maxime eo tempore videbatur esse necessarium, cum rex tunc imperitus

et nixus, à Samuele consilio datam sibi deberi gubernare rempublicam.

ULTRA AUTEM SACR. LENTICULAM OLEI. Non dubium, quin *lenticula* vas significet, seu guttam olearium; cur tamen ita dicatur, non est adeo explicare promptum. Abulensis à lincendo dictum putat, quia oleum, seu balsamum, quod in eo continetur vaso, emollit et lenit; quod sumptissime videtur ex Isidoro lib. 20, cap. 7. Alii à figurâ, quia in lentis similitudinem efformatum est, et hoc nulli potius. Sed hanc cogitationi nonnulli incommodat, quod vox hebraica, פ, par, non significat lentem, seu lenticulam, sed generaliter rar, quod effundit, quem habet liquorem, qualis est guttas, seu gutturinum, aut ampullâ, quae oleo recipit in se angustant, ut guttatio insillat et coarctas, aut mensiam, aut aliquid aliud conspergat et irroret. Ego hic disti hâsi, et in hujus nominis investigandâ ratione aliquid operæ et studii posui; dicam hic breviter meam conjecturam. Ego *lenticulam* vas esse opinor olearium, quâ curaque illud figurâ, vel magnitudine sit. Cur vero à Vulgato *lenticula* sit appellatum, cum tamen nomen hoc in Scripturâ tantum reperitur, neque vas ullo modo significet apud alios, quod ego viderim; auctores, ortum puto ex Septuaginta translatione, qui aliquid hie, sicut alibi saepe, figuratum et improprium induxerunt. Hebraicum nomen פ, par, generale, ut dicitur, nomen est, quod vas significat, quod unguentum effundit, aut liquorem quemcumque. Id apud Graecos valet ζαχολα, quod praeerea legumina significat, quia sunt fabae, pisa, lupini, lentis. Septuaginta respoctentes ad graecam vocem, quae tam ras olearium, seu unguentarium significat, quam lentem et fabam, seu lenticulam; ζαχολα, reddidit, quae lentem sonat, et alteram explicat partem graecae vocis ζαχολα. Neque vero id rarum est, tam opud sacros quam opud profanos auctores, ut ex duabus significationibus assumant minus propriam; deinde factâ quiddam metalepsi, ad proprietatem illius loci germanam significationem ascendant. Quod quia alicui durissimum fortasse videbitur, aliquot nobis exemplis confirmandum est.

Ex profanis accipe haec pauca. Virgilius lib. 1 Aeneid., saevum appellat Hectorem, cum tamen illum ingentem, et acrem appellare vellet, quia ista duae voces, aut earum significationes in hâc voce, immanis, inventiuntur, alteram sumpsit, et per hanc gradationem ad alteram ascendit, hoc modo: Est saevus, ergo immanis,

ergo acer et ingens; nam quae magna sunt, illa etiam vocantur immania. Xepois tempestatem significat et attemem; hinc fit ut lentis pro tempestate interdum usurpetur. Virgilius lib. 1 Aeneid.:

Jam validam Ilionei navem, jam fortis Aethrae Vires hieum laxis laterum compingibus, omnes Accipiunt inimicam imbrem, rivisque fatiscent.

Apud philosophos decreta quaedam, seu placita, quae jam sunt in scholis constituta, quaeque omnes quasi aliquid certum et ineluctabile statuunt, dignitates vocantur, quia graeca vox δειξις, tam dignitatem valet, quam admissum. Illud communi consensione decretum.

Ex sacris habemus plura, haec in panca accipe. Vox hebraea; רשע רישע, et graeci ἀπειθε; prima significatio, et carbovalentem, lapidem pretiosum, et instar ignis carbonis splendens. Cum autem Isai. 6, de carbone pavesit dubio sermo esset, ut constat, quia foreipe de altari sumptus est, tamen altera sumpta est significatio, quae nimis erat eo loco propria: Valens, inquit, ad me unus de Seraphim, et in manu eius calculus, quem feripe valeat de altari; γειρεσιν stolonem significat, et vitium; et cum de stolonem sermo esset, tamen interpres alteram significationem adhibuit, Ssp. 4, v. 5: Spuria vitulamina non habent radices altis. Et hebraica vox צרעה, et graeci ἀπειθε, rebelles, et non credentes significat, cum de rebellibus esset sermo; vulgatus tamen Psal. 67, v. 20, transtulit, non credentes.

Sic igitur hoc loco cum ζαχολα, lenticula, vas olearium significet, et lentem, Septuaginta posteriorem adhibere significationem, quae tamen pro priore sumitur. Ex eo vero factum est, ut *lenticula* vox et hoc loco et nonnullis aliis olearium, aut unguentarium vasculum significet. Ut lib. 4 Reg. v. 1 et 5. Quod si ita est, non erit cur existimemus mollem olei Suis caput irroresse, quasi *lenticula* exiguum sit vasculum, naque nullam possit olei continere. Unde dixit Gregorius in hunc locum: Lenticula quidem parvum est vas. Quid ergo est, quod lenticula olei Suis angustur, et illi quia in sine reprobatum? Velut enim lenticula olei parvum habuit, quia spiritalem et gratiam projiciendus accepit. Ego, ut dixi, nomen puto fuisse commune, sicut *lenticula*, naque habuisse figuram aliquam certam aut definitam aliquam capaciatem, sicut neque coram, de quo statim. Isidorus lib. 20, cap. 7, *lenticula*, inquit, medicum vas vitium, vel argy-

teum quadrangulum in latere apertum, quod et *lenticula*. Item ex eo Petrus Comestor; unde tamen id probari possit, non video.

De coram idem puto dicendum, quod de *lenticula*, neque generale vas esse, in quo continetur, et ex quo effunditur quicumque liquor; quare idem jubetur facere Samuel, aut quicumque alia, cum jubetur sumere *lenticulam* olei, aut coram implere oleo. Quod etiam docuit Abulensis in cap. 10 Reg. q. 4, ubi eum refutasset Lyra sententiam, qui cum Hieronymo putat *lenticulam* esse vas exiguum et fragile, coram verò durum et capax, quo significabatur regnum Saulis; qui oleo ex *lenticula* conspersus est, non futurum esse diuturnum; contra verò Davidis, qui unctus fuit oleo ex coram diffuso, fore perpetuum, ait: Sed in hoc nihil differt, quia aliquando ponitur in Scripturâ: *Lenticula*, et aliquando: *Coram*; nec fit in hoc magnus differentis. Sed quid coram vas omne significet, sive illud sit potum ad bibendum, sive ad continendum unguentum, multa prolant. De unguento habemus in unctione Davidis et Salomonis; de potulo, sive ulli certâ differentia ne nota, probat Graecorum usus frequens, qui nullis pro exlice vaseque potorio xepos adhibet, quod idem valet quod coram; et cum vasa olim prioribus seculis ex cornes materia fingerentur, factum est, ut cornua nunc etiam dicantur pocula ex quocumque materia conflata, sicuti cornua dicuntur tulse ac litu, etiam ex aere aut argentea materia formentur. Ita putat Rhodiginus lib. 27, cap. 27. Et probatur, quia vinum infundere, aut propinare, aut miscere, ex graeco nomine xepos, xepovos dicitur; aut xepovos; et xepovos vas dicitur potorium, quasi xepovos. Denique aere vas xepos deducuntur plurima quae ad res pertinent poculentas. Unus nobis Athenæus plurima suppeditabit exempla; quae hoc loco referre non gravabor, neque otiosi in eo sumere opera, quando in his libris non semel *lenticula* ac coram nomen occurrit. Quae autem ille lib. 14, cap. 8, nos in hunc locum carptim conferemus.

Antiquos aut in bovillis cornibus potare solitos, et eam quae dicitur Baechem xepovos. Illud est, cornutum fingi, quasi aere artis; aut genii in capite manifesta portaret insignia; et xepovos, id est, turris, facie, fingi in Cyrico. Usus praeterea frequentem fuisse poculorum è materia cornes, illud non difficile confirmat, quod vinum aqua temperare, quod in ipso potorio vaseculo plerumque fit, xepovos dicitur,

id est, in cornu miscere; et vas ipsum xepovos appellatur, quasi xepovos. Adde deinde, suis temporibus abaeam cornes instrui solitum poculis, quae xepos appellari dicit. Deinde plurima adducit testimonia poetarum, qui inducunt antiquos bibentes è cornu. Sic Pindarus in Centauris. Xenophon lib. 6 Anax. Adducit praeterea exempla Paphlagonum, Thracum, Perhaeborum, Philippi regis Macedoniae, regum Pconit, Atheniensium, qui tam in mensis quam in sacrificiis cornes utebantur callibus.

Neque quae dicuntur coram, semper erant è cornes materia, quae ex fronte sumuntur bubulorum aut boum, licet principio, in rudiori nempe saeculo, non aliud antiqui habuerint magis familiare poculum. Interdum enim coramungebant ex auro vel argento, sicut alia vasa quae tamen coram dicebantur. Quod item docet Athenæus supra, qui ex Theopompo tradit, cornes poculis addi labra ex auro vel argento à regibus Pconum. Et Aeschylus in Perthebis ait, Perhaebos habuisse argentea cornua, quibus aerea indidit labra. Sophocles in Pandora ab eodem citatus Athenæo, cornu mentit aurei; et Athenienses argenteis utebantur cornibus. Haec sumpta sunt ex Athenæo carptim.

Cur vero vasa haec, sive sint potoria, sive unguentaria, ex auro, aut argento, sive ex quolibet alia materia formata, coram dicantur, ea ratio est, quia prima et rudiora secula his primùm utebantur rebus quas acceperunt à natura, quarum retinuerunt nomen, licet forma mutaretur et materia, dummodò idem usus maneret. Sic arundinem vocamus, avenam, fistulam, tibiam et coram; instrumenta musica, licet è ligno fuerint, seu ex aere formata, dummodò inflatu sonent; sic testudinem, seu chelim, appellamus lyram, quia ex testudinis tegumenta prius compacta; sive vas quaedam supernè aperta et lata concha dicuntur, quia primum istam præbuerunt usum. Sic sanè Horatius Salinum vocavit lib. 1, Sat. 5: Sic, inquit, mihi mensa tripes, et concha tulta pueri. Et idem lib. 2, ode 7: Fandè capacibus angueta de conchis. Sic igitur coram vas appello quocumque, in quo liquor aliquis continetur, quocumque illud sive materia componat, sive species informet. Quod tamen puto dicendum de *lenticula*, quancumque habeat figuram, dummodò apta sit liquori fundendo. Neque inter coram atque *lenticulam* Samuelis arbitror aliquid esse discrimini; neque ex alio vase sun-

ptum oleum, quo prius Saul, et quo postea in regem auctus fuit David; neque plus in uno quam in altero olei fuisse consumptum. Haec mihi visa sunt de huiusmodi vasis; alii aliter cogitant. Quisque, ut volet, statuatur; mihi sat est cogitationem meam aperuisse.

ET COGNITATUS EST EUM. Haec aetiohis nuper, n. 9, explicata sunt, ubi diximus, osculum ortum potius esse à benevolentia quam à lege, sive consuetudine, quae servari solet in unctioe quo inaugurantur reges.

ET LIBERABIS POPULUM TUUM. Haec usque ad eam aetiohis, exclusivè, non sunt in textu hebraico, neque in aliquibus latinis neque id habent. Septuaginta, neque Chaldaeus, tametsi canonicè obtinent auctoritatem. Unde id accidit, incertum est; fieri potuit, ut è margine irrepserit in textum. Quod putant Dionysius et Lyra. Ego magis crederem, interpretationem nostram habuisse hebraicos codices magis correctos, ex quibus temporum injurià exciderunt illa quae Vulgatus interpres latine reddidit.

VERS. 2. — INVENIENS DEOS VIROS JUXTA SEPULCRUM RACHEL IN FINIBUS BENJAMIN ET MERIDIE (1). Expediebat maximè, ut Saul sibi persuaderet unctioem illam non esse ab homine, sed divinam ibi quoque auctoritatem intercessisse. Atque ideo signa illi data certa, quae nemo nisi illustratus à Domino nosse potuisset. Quae omnia eodem prorsus ordine evenerant, quo fuerant praedicta. Sed illud diriusculum videtur, quia Rachel sepulcrum non habuit in finibus Benjamin, sed in Ephrata, quae est Bethlehem, et magis pertinet ad tribum Juda, ut habes Genes. cap. 35, v. 20. Sed hoc explicationem habet non difficilem; neque enim mortua dicitur Rachel in Ephrata, et erectus in eà monumenti titulus, sed in viâ quae dicitur Ephrata, quae est Bethlehem; quare sepulcrum illius excitari longiusculè potuit ab Ephrata. Deinde quia illud, in finibus Benjamin,

(1) Saulis è Ramathà in Gabaa proficentis viam transisse juxta sepulcrum Rachelis ad Bethlehem, non satis assequor, nisi tabulas omnes geographicas consulerem in nostram descriptionem conscriberem. Opus est nota, Ramatham Samonem meridionaliter fuisse quam quod constituit solet; explorator est enim situs Gabaa et Bethlehem, quam ut loco moveri possint. Quomodo autem Ramatham ulterius ad meridiem promoveatur, si in montibus Ephraim consistebat, uti in exordio hujus libri traditur? Ua haec evitentur incommoda, nihil aptius occurrit, quam ut reddatur Hebraeus: *Inveniens duos viros è Zelesach, loco sito juxta sepulcrum Rachel, in finibus Benjamin, dicebant tibi: Invenite autem aetiohis.* (Galnæ.)

non significat duos illos viros esse in terrâ Benjamin, sed ad extremum terminum Benjaminicè tribus. Hebraicè namque vox est *gabaa*, quae non tam possessionem valet, quam possessionis terminum et limitem. Quare nil aliud significari puto, dùm viri duo dicuntur inveniendi in finibus Benjamin, quam inveniendos esse in illo loco tribus Juda, ubi esse duarum tribuum terminum contingunt, id est, in ipso duarum tribuum confinio. Hebraei aliquid hic supplent, dùm hoc modo hunc locum exponunt: *Occurrunt tibi in finibus Benjamin duo viros, qui moti sunt juxta sepulcrum Rachel.* Sed non est necesse ad hunc durum interpretandi modum confugere.

Ubi Vulgatus, in meridie, hebraicè est, *set-soch*, quae vox umbram claritatis sonat; quae noster Vulgatus optimè convertit, *meridie*, quia ex eo tempore declinante jam die, jam luci aliquid admiscetur umbræ. Septuaginta *meridie* convertunt, sicut Vulgatus. Alii autem stalem putant esse regionem, ita ut duo illi viri futuri sint ad illam coeli plagam, ubi se intrinseque tribus fines attingunt. Alii loci nomen esse putant; nihil planè certum. Ego quod dicebam, in meridie, significat viros meridianum, magis probo, tum quia valde est incertum transendum esse Saulis è Ramathà, ubi tunc erat Samuel, ad Gabaa, quae erat Saulis patria, per illam partem, ubi ad austrum sese Juda ac Benjamin terminum contingunt. Deinde, ut demus ita fieri, planè otiosum erit illud signum, ne dicam ineptum, quod futurum erat necessarium. Nam si eundem erat Sauli necessarii ex Ramathà per locum, ubi duarum tribuum confinia concurrunt, cur propheta quasi aliquid novum et rarum, quia esse solent signa, quae dantur à Deo, signa illa præberet, quae nemo nisi peregrinus et hospes ignoraret? Quod periado est, atque si quis dicat: Hoc erit tibi signum, quia cras orientur sol, aut occurrunt viri in illa viâ, per quam inaccessis; mirum si in aliâ, quam non esset ingressus. Septuaginta hic addunt *delephat*; *delephat*, id est, *salientes granditer*, id est, gressu velociter: unde id suspexit, non video. Sed dùm plura et minuta magis signa proponuntur, major dictis conciliatur fides.

VERS. 5. — ET VENIENS AD QUEREM THABOR. Non est hic *Thabor*-mons, qui pulcher est et nobilis, quia ille est in tribu Zabulon, ut tradit Hieronymus in Locis hebraicis, eo autem loco non poterunt duo illi viri occurrere Sauli. Quidam putant *Thabor* nomen esse proprium

aut viri qui quærens illius erat dominus, aut loci ubi speciosa erat aut robusta quercus. Nihil est certum.

INVENIENS TERREI TRES VIRI ASCENDENTES AD DEUM IN BETHEL (1). Cuius tempore tabernaculum vacuum esset ab arca, et arca in loco non suo, fas erat, ut diximus, aliis in locis sacrificare; quod fiebat sæpius in excelis locis, ut diximus cap. 9, v. 9. Cùm autem *Bethel* locus esset jam olim religiosus à tempore Jacob, et suo ipsius nomine illustris et sacer (dicitur enim *Bethel*, id est, *domus Dei*), ad illum locum tanquam idoneum magis religioni, convenerunt tres illi viri, sicut etiam convenisse plures alios verisimile est, ut dona illa, seu sacrificia in locum deferrent quem sibi Dominus ad opus illud jamprius destinasse videlatur (2).

VERS. 5. — POST HEC VENIENS IN COLLEM DEI, UBI EST STATIO PHILISTINORUM. Collis iste variè à variis accipitur. Balb. Salomon putat esse Christianianum, qui ideo *collis* dicitur *Dei*, quia ibi tunc erat arca. Sed errat longe eum eo sit loco collis ille (si lumen collis) ut in eo progressu nullo modo illos attingere aut videre poterit Saul, eum pertineret ad tribum Juda, Josue cap. 15 et 18, ex cujus finibus jam fuerat egressus Saul. Nam, ut nuper diximus, tres viri in finibus Benjamin occurrunt Sauli. Lyra locum esse credit, ubi erant prophetae, qui cum Deo sui præcipui servarent et vacarent, *collis* potuit appellari *Dei*. Mihi maxime profatur, quod Abulensis putat, collis tempore *Dei* esse civitatem Gabaa, ubi natus et educatus Saul. Quod optimè suaderi potest conjecturis: Primum, quia in hebraico textu, ubi noster *collis*, est *gabaa*, quae vox

(1) TRES PORTAS PANIS, oblationem Domino, vel munus sacerdotum res sacras ministrantium in Bethel; id est, oblationem sacrificii in altari, quod erectum olim à Jacobo, deinde ab ejus illis reparatum est; vel denique oblationem tantummodo precis pro his, qui materia defertentes præstabant, ut ipse se Deo supplicarent. Hebraeus legit: *Tria portula*, vel tres portiones panis, uno verbo, tres panes. Septuaginta: *τρία στήρια ἄρτων*. *Tria autem panum*, tres canistros panis plenos. Deferebant autem hædos ad sacrificium, panes in oblationem, et vinum ad libandum. Ex his rebus portio quædam offerenda erat Deo, alia tradenda sacerdoti, reliquum verò ad læta coram Domino convivium celebranda. (Galnæ.)

(2) VERS. 4. — DANTUR TIBI PROS IN OTES. Opportunum utique munus iter saluberrimum, quibus pecunia deficiat et connectatur. Comparaturus esse facile alios panes in Bethel, vel alibi in itinere, arsitabantur. (Galnæ.)

in *collis* significat, ut etiam sit proprium civitatis nomen, quae ex loci situ nomen accipit. Sicut autem hic dicitur in colle fuisse statio Philistinorum, sic etiam infra, cap. 13, in Gabaa Benjamin Philistinorum statio à Jonathan dicitur fuisse percussa. Deinde, quia eo in loco viros habuit sibi cognatos Saul, ut patet statim, v. 14, ubi nomen bil de patriâ Saulis. Deinde quia illius sive civitatis, sive collis habitatores probè noverant Saullem et ejus parentes. Quare eum inter prophetas prophetae cepit, admirati sunt omnes, eum neque illum aut parentem ejus de prophetarum castro ante cognovissent. Atque ideo dixerunt: *Quomodo accidit filio Eiz? Num è Saul inter prophetas? Responditque aliis ad alterum: Et quia pater eorum? Hæc, meo iudicio, satis probat collem illum esse Gabaa patriam Saulis.*

Sed illud jam explorandum, cur dicitur *collis Dei*. Mihi hoc loco placet, civitatem illam vocatam esse, *collis Dei*, seu potius, *Gabaa Dei*, ut distinguatur ab aliâ ejusdem nominis civitate; tale autem nomen videtur obtinuisse, quia ibi erat castrum, et venit schola prophetarum, qui aut divino afflari erant Spiritu, aut divinis laudibus ex voto ac religione, aut ex instituto modulabantur; de quo mox accuratius.

UBI EST STATIO PHILISTINORUM. Ex his manifestè constat, *collis Dei* esse Gabaa, quando cap. 15, in eâ dicitur esse statio, id est, militare præsidium Philistinorum. De quo alio in loco agendum nobis necessarium. Illud nunc obiter observandum, quod tradiderunt interpretum plerique, licet Philistinum, ut vidimus cap. 7, ad v. 15, humiliati fuerint sub Samuele, neque ultra venerint in terminis Israel, et civitates quas ab Israele sustulerant, reddidit fuerint à Philistinis, non tamen sic ab illis ereptam fuisse, aut fractam potestatem quam prius habuerant in Israele, ut non in aliis quibus civitatibus præsidium militare reliquerint, quod Israelitas ad persistenda vœtigalia cogeret, et sub Philistinorum imperio contineret. Sicut etiam nostro tempore fieri videmus. Qui enim provinciam aliquam armis subjugerunt, antiquè possessoribus eâ lege habitandam sibi permittunt, ut ibi habeant arcem manantem, et in eâ perpetuum præsidiorum militum stationem, quæ terrori sit civibus, si quando novi aliquid moliri tentaverint. Huic porro statioem commodissimus locus visus est Gabaa, quia et ipsa munita erat à natura, suppete quo sita esset in excelso loco,

et ad continentium in officio populum opportuna. Ita potuit Abulensis, Lyra, Cajetanus et Hugo. Quam autem præstidiorum hæc stationes infasæ fuerint Israëlitis, dicemus infra, cap. 15, v. 19.

QUÆRITUR HÆCEREN PROPHECIAM DESENDERENT DE EXCELSIS, ET ANTE EOS PSALLERENT. Plura sunt prophetarum genera, sunt si mayis, plura ministeria. Quidam propriè et secundum nominis notationem dicuntur prophete, qui nimirum futura prædicant. Alii, licet minus ad prophetiam domialis rationem, prophete tamen verè sunt, qui absentia et quæ jam præter præterire videntur, quæ nulla naturali facultate, sed tantum divina quadam illustratione cognoscuntur. Quo nomine Moyses verè propheta fuit, datus in libro Genesios, quæ facta sunt in mundi principio et temporibus aliis obscuris, à divina illustratione accepta sacris mandatis monumentis. Alia sunt genera quæ, licet non sint omnino prophetica, quia tamen illis operam assiduam impenderunt prophete, prophetica dicuntur, non quia illi qui ea præstiterunt prophetæ fuerint, ut edere opera quæ nature experant vires, qualis sunt excitare multos et alia ejusmodi patris miracula, interpretari Scripturam sacram, et illius tradere radioribus populis intelligentiam; sed præcipue illi dicuntur prophete, qui divinis laudibus celebrandis vacant, licet longo absent ab afflata divina. Et quia hæc pars nobis in præsentia necessaria est, ideo in illa nobis præsertim operam ponendum.

MULTI in Scripturâ sacra dicuntur prophete, qui tamen cantores tantum sunt, aut qui instrumentis utuntur musicis. Id plene constat ex lib. I Paralip. cap. 13, ubi, v. 22, cantantini, seu laudantium Domini chorus, prophetarum chorus nominatur. Nam cum præcessissent plurimi, qui cantores dicuntur, et in cymbalis quibus cæterepantes, et qui in tabulis æreant cantantem, quoque in citharis pro octavi decantant epinodium, statim additur: *Choroque autem princeps Lecturam prophetica præerat ad præcedendum melodiam; erat quippe valde sapienter.* Et statim, v. 27. *Choroque princeps prophetarum inter cantores.* Et eodem lib. cap. 26, v. 4, dicitur dicuntur à magistratu et rege David, qui prophetarent in citharis; sed prophetæ non eliguntur ab hominibus, cum non humano, sed divino Spiritu afflari loquantur; cantores autem optimè, cum homo de vocis suavitate et artis peritiâ judicare possit. *Igitur David et magistratus exercitus congregaverunt in*

ministerium filios Asaph, et Heanem, et Tiltaiam, qui prophetarent in citharis, et psalteris, et cymbalis, secundum numerum suum adlocato sibi et factis sermone. Et iterum, et tertio, eodem capite alii dicuntur in organo et musicis instrumentis prophetare.

Illud præterea observandum, horum prophetarum fuisse quendam collegiâ, ubi in arte musicæ atque harmoniæ exercerentur. Quod, meo iudicio satis probat, quod modo dicebamus de Choroque, qui prophetæ, id est, hymnodicæ præerat, quia erat valde sapiens, et lib. I Paralip. cap. 28, v. 7, quidam dicuntur doctores, et qui erudiebant canticum Domini. Illi porro in Scripturâ sacra etiam dicuntur patres, sicut etiam alii doctores et magistri. Genes. 4, v. 21: *Jobab ipse fuit pater doctorem citharæ et organo.* Neque fortasse aliud intelligitur statim, cum de prophetarum patre agitur, v. 10. Hoc docuit Hieronymus in Tradit. hebræ, explicans illud de Saul: *Et quis pater eorum? Pater, inquit, magister vocatur, sicut Elias etiam patrem, id est, magistrum vocat, 4 Reg. 2. Et in lib. Job cap. 54, ubi Elias patrem, id est magistrum vocat.* Hæc Hieronymus. Neque mihi dubium est, nam Genes. 45, dicit de se ipso Joseph: *Dei voluntate hæc videri vobis, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universæ domus ejus, ac principem in omni terrâ Egypti, patrem eo loco significare magistram.* Nam cum illa verba interpretaretur David Psal. 103, v. 21, illud, patrem, sic explicat, ut nempe dubitare posset illis verbis significari magistrum. Sic autem David: *Consulit enim dominum domus tua, et principem omnis possessionis tuæ, ut erudiret, præcipue esse, sicut semper, et serva eius prudentiam doceret.* Cum cætera aliquid habeant certum quo referantur, posteriora ad illud optior referantur: *Fecit me quasi patrem Pharaonis, quasi dicit, ut ita principes alius doceret, sicut Pharaonem ipsum ante doceret.* Talis fuisse dicitur prophetarum cuneus, cui præerat Samuel, 1 Reg. 19, v. 20, ad quem eum venissent Saulis numerum, ipsi quoque prophetarum, quod item fecit statim ipse Saul, sicut hic ante fecerat. Vide Abulensem in cap. 19, v. 21, ubi dicit à Sa-
muele plurimum fuerunt collegiâ. Visse præterea Prophetarum eorum in Nafoth in Ramathâ, et in Bethel et Jericho, ipsa docet Scriptura. De Bethel, 4 Reg. 2, v. 5: *Aggressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel, De Jericho, 4 Reg. cap. 6: Dixerunt autem filii prophetarum ad Elisam: Lucem, in quo habitamus eorum.*

te, arguitur est. De Nafoth in Ramathâ habes infra, cap. 19, ubi iterum prophetas dicitur Saul inter prophetas; ibi etiam, v. 20, dicitur fuisse prophetarum cuneus. Simile opinor, collegium fuit horum prophetarum, qui divinis laudibus cantandis assueverunt, in Galad patris Saul, quam ille appellari diximus, collam Dei. Quod verò hi cantores aut psalte potius fuerint quàm futurorum annuntiatores, ipsa instrumentorum musicorum nomina non obscure significant. Ut quid enim illos antecederent psalterium, tympanum, Citha et cithara, et illi tunc simul prophetarent, nisi quia bellè cum harmoniis horum instrumentorum sono humanarum vocum symphonia consentit? Quid si prophetice voces insanæ non sunt, neque numero ac varietate confusæ, ut quid in solitudine tot prophetarum voces, ubi aut audiret nemo, aut admodum pauci? Neque si voces forent verè prophetice, illarum significationem et pondus Scriptura sacra tenuisset. Hoc auctorem plerisque probari video. Ita tenent Chaldæus hic, q. 5, Abulensis, Lyra, Cajetanus, Tornellus ad annum mundi 2345. num. 14; Hugo et Magister Historiæ scholasticæ. Et hi sermo omnes dicant et, meo iudicio, non improbabili, Samuelem fuisse primum patrem religiosorum ordinum, qui collegiâ instituit, ubi docerentur musicam, et divinis laudibus assidue vacarent. Vide Abulensem infra, in cap. 19, q. 51.

ILLUD hæc notandum, quod nonnulli ex auctoribus supra citatis observarunt, in his tot prophetantium, id est, psallentium collegiis fuisse aliquos qui verè divino instinctu Spiritu prophetarent. Quod mihi persuadet, quod antequam ab Eliâ, sive ab Eliseo accepissent, qui ex eo prophetarum numero morabatur in Bethel, futurum ut Eliâ tolleretur à Domino, ipsi jam moverant. Aliquo ideo eam progressi essent obviam Eliseo, dixerunt, 4 Reg. 2, v. 5: *Namquid non vobis, quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Non desipio an omnes hoc ex divina revelatione didicerint, satis enim habeo id illorum saltem uni fuisse revelatum, à quo id reliqui nosse poterunt.* Sanè Augustinus existimare videtur veros hoscum fuisse prophetas, et verè se propriè prophetasse, cum Saulem ad illorum imitationem verè se propriè prophetasse affirmat. Sic autem ille Psal. 103, ad illud: *Qui protexit in aquis superiora ejus* (sic enim ipse legit) cum docuisset domum quendam supernaturalia sceleratis interdum hominibus concedi addit: *et Prophete*

quale minus est? Prophetavit Saul malus rex, et tunc prophetavit, cum David san-ctum persequebatur. Et statim impletum esse dicit Spiritu prophetandi. Et de aliis, qui missi ante fuerant, ut Davidem comprehenderent, qui etiam prophetas dicuntur, ait: *Impletus, aut Spiritu prophetico, qui missi sunt, et prophetaverunt.* Neque aliud videtur sentire S. Thomas 2 2, q. 173, in corp., ubi ait, filios prophetarum habitasse simul cum Eliseo, quasi e solitariam vitam ducentes, ne mundanis e occupationibus impellerentur à dono prophete. Idem Theoporetus q. 24. Sed, ut dixi, illud plerisque probatur, qui ea de re ex instituto disputant, et rationes quas superius adduximus, et latius Abulensis persequitur, q. 5, omnino probant.

At dices, ex psalterio, et tympano, et aliis harmonicis instrumentis, non satis firmam sumi conjecturam, ut credamus hos non tam esse prophetas in significatione propriâ, quam cantores; quia suavis et harmonicis vocum spiritus exiit prophetarum, et ad scienda oracula divina disponit. Quod dicitur Eliseus, lib. 4 Reg. 5, v. 15, qui cum exoritur vellet divinam voluntatem, dixit: *Nunc autem adducite mihi psalterium: Cithare caneret psalter, facta est super eum manus Domini, et ait: Hæc dicit Dominus.* Dicimus hæc de re suo loco pluribus. Nunc satis sit dixisse, ut Abulensis, q. 5, docuit, eo loco non canisse aut instrumentum pulsasse prophetam, sed alium psalterem adduxisse, quo pulsante, ipsius spiritus ad divinam illustrationem disponderetur.

VERS. 6. — ET INSHLET IN TE SPIRITUS DOMINI, ET PROPHETIAS cum eis, ET MUTABERIS IN VIBEN ALTERUM (1). Optime hic Abulensis, q. 6,

(1) *Vous serez changé en un autre homme. Il est dit plus bas lorsque cette parole fut accomplie: Dieu changea le cœur de Saul et lui en donna un autre. Le changement qui arriva alors dans Saul fut grand, mais plus selon la monde que selon Dieu. Car d'un particulier peu considerable on par sa naissance ou par sa naissance, il prend tout d'un coup un cœur de roi. Il conçoit des pensées dignes de ce haut rang on Dieu l'avait fait monter. Il devient respectable à ses ennemis, comme nous verrons dans la suite, et aime de ceux qu'on desus desquels il est déré en un moment par la puissance qu'il reçoit du ciel. On peut dire même que ce changement, qui lui attria tant de gloire, fut un changement bien malheureux, puisque cette grandeur d'âme qui avait d'abord paru, en lui dégénéra aussitôt en une tendresse présomptueuse, qui lui fit perdre la couronne que sa première modération semblait avoir méritée.*

animæ dotibus, quas non videbat populus, sed à corporis proceritate atque habitu, in quo regium aliquid apparebat, et de hoc tantum iudicare poterat; neque enim ingenium hominis, aut animi dotes ante videbat, cum neque illum nosset familiariter convictu, neque de illo quidquam ad illud usque tempus audisset. Atque ideo dicit: *Certe videtis*, etc., ne si dicat: *Extremam videtis hominis speciem*, secundum quam nemo est illi melior in toto populo; ex illa vos potius conijcite.

VERS. 25. — LOCUTUS EST AUTEM SARAEL TO POPULUM DOMINI REGI; ET SORTISIT, IN LIBRO, ET POSUIT CORAM DOMINO. IDEM QUISQUIS ET ACCERSITAS SAUL, UT SIMILI CUM POPULO LEGES AUDIRET, QUE MODUM ADMINISTRANDI REGNI PRÆSCRIBUNT, UT IPSE DOCEAT, QUI ONERIS CUM REGNO SUSCEPISSET, ET POPULUS, QUI REGNO CUMINI DELECTET, UT RE PRIUS LEGITIME RITEQUE COMPOSITA, SOLUTOR ESSET, ATQUE PACIATUR REGNI MODERATIO, SCRIPSIT ERGO SAMUEL LEGES HAEC DUBIE EX DIVINO PRÆSCRIPTO, IN QUIBUS TAM REGI QUAM POPULO REI COMMUNIS ET PUBLICÆ PROPONERETUR FORMA. QUIBUS CUM ALIQUID INSESET SACRUM, SICUT ALIA SÆCRA, CORAM DOMINO, ID EST, IN TABERNAculo REPOSITA SUNT, TRADITÆQUE SACERDOTUM FIDELI CUSTODIÆ. Quid actum fuerit de hoc libro, aut quam tradidit reipublice formam, ignovimus. Illud videtur certum, optimos principes, qui non tam satis quam communibus commodis serviebant, in illas leges tanquam in speculum intentos, se ipsos primum, deinde rationes publicas temperasse.

Illud præterea hic observandum, quæ ad publicam administrationem essent instituta, quæque hominum calliditate corrumpi possent cum magno rerum publicarum incommodo, illa servata esse in sanctuario, in quod non admittabantur, quorum essent suspecti mores, et veteratorum ingenium. Quare lex in sacratissimo tabernaculi loco, id est, in arcu Testamenti claudelatur, lib. 3 Reg. cap. 8, et pondera atque mensura, quæ leges etiam quædam sunt quæ rerum quantitatem explorant, ad quæ alia vulgaria ac publica examiniarentur, servabantur in templo. Quare suo iure Samuel regem regni, quomodo acceperat à Domino, in tabernaculo coram Domino asservari voluit, ne forte in illam hominum astutia labes irreperet.

de chacun des saints évêques; *Nov est inventa similitudo illi*, Car celui qui gouverne les autres devrait exceller au-dessus de tous, et tenir le même rang, parmi ceux qu'il gouverne, que tient la tête dans les membres de notre corps. (Sacy.)

Ita autem alii plurimi libri ex Scripturâ asserunt, sic etiam Domino juxta similitudinem suam sapientiam permittente, liber iste Samuelis interit, Scripti fuerunt sacri libri, quorum Scriptura sacra sæpe meminit, neque illorum aliquid est reliquum præter nomen. Liber Balaoram Domini citatur Num. 21; liber Josuarum, Josue cap. 10; quinque millia Gantiorum Salomonis, lib. 3 Reg. cap. 4; ibidem de rerum naturalium Dispensationibus; liber Lamentationis Jeremia in Josia funere, de quo 2 Paralip. 35; et alii plurimi, quorum tantum superest memoria. In horum censu numeratur hic Samuelis liber de regno, qui etiam interdidit.

VERS. 26. — ET ABIT EUM EO PARS EXERCITUS, QUODAM TERCITAT DOMINUS CORDA (1). Eo tempore

(1) Une partie de l'armée s'en alla avec lui, qui étaient ceux de Dieu avant qu'il touchât le cœur. On peut remarquer ici une chose importante pour la conduite de la vie. Il faut sans doute suivre en toutes choses les desseins de Dieu, étant très-juste que sa volonté soit la règle de la nôtre. C'est pourquoi les Israélites étaient très-complaisants de lui avoir demandé un roi, pour se soustraire à la puissance qu'il avait sur eux, et pour se faire un autre gouvernement que celui qu'il avait lui-même choisi pour son peuple. Mais Dieu, par sa providence, s'étant rendu à ce desir déréglé, il voulait que les Israélites se rendissent à cette volonté seconde, sans considérer qu'elle n'était pas venue dans son origine de l'ordre de Dieu.

Il se passe ainsi plusieurs choses dans la conduite du monde et dans l'établissement des ministres de l'Eglise. Ils peuvent entrer quelquefois dans leur ministère par une autre porte que par celle que Dieu leur aurait ouverte; mais lorsqu'ils s'y trouvent établis, il faut s'y soumettre avec une obéissance pleine de respect, comme les plus sages du peuple de Dieu se soumettent volontairement en cette rencontre à celui d'entre eux qui est élu roi. C'est pourquoi ceux qui s'opposent à cet ordre sont appelés des enfants de Béliar, c'est-à-dire, des hommes sans joug, qui ne pouvaient qu'exciter, par leur révolte, une guerre civile parmi les Hébreux. Ainsi, quel que désordre qu'il arrive dans l'Eglise, il ne faut jamais se séparer de celui qui en est le chef, ni causer des troubles dans son unité, parce que le mal qu'on fait en se divisant est toujours plus grand que celui pour lequel on se divise.

SAN ET SARA ABIT IN DOMUM SUAM IN GABA. Mystice S. Greg. : c. Domus, inquit, regis in Gaba sita perhibetur. Gaba quoque submissa dicitur. Domus ergo regis in Gaba esse ostenditur, quia electus doctor non ima et terrena cogitando incoleat, sed alta et celestia mediari studeat.

Les enfants de Béliar commencent à dire, au contraire: Comment celui-ci nous pourrait-il nuire? Un mauvais pasteur doit remuer beaucoup de rétinum dans les communications de son ordination. Il doit ébranler bien des choses qui sembleraient contraires à sa dignité, et

quo Naas rex Ammonitarum aliquid contra Israëlitas mollebat hostile, non tam erat necessarius rex, qui rempublicam constitueret, quam qui ab imperii libus propulsaret exultantem hostem. Quare secuti sunt Saüllem non tam senatores, quique vocari possent patrie parentes, quam milites; neque ex eo numero omnes, sed quos divinus Spiritus ad illud regium obsequium et debitum officium impellebat. Fuere verò ex illo etiam ordine non pauci, qui, cum rusticum hominem esse cognovissent, et ex minima tribu, à qua nihil aut magnum, aut bonum expectabant, iniquis illius et obliquis oculis intuebantur. Quare neque munera obtulerunt, quibus suum in regem testarentur studium; neque ulla benevolentis animi signa præbuerunt; sed potius flebant oratione plane petulant ac libera, à tali viro nullam debere, aut posse patriæ salutem expectari.

VERS. 27. — ILLI VERO DISSEMBLANT SE ADHUC. Hic aliud habes singularis prudentiæ testimonium. Expellebat maxime, cum primum esset initium regnum, conciliare potius subditorum animos, quam alienare. Cùm autem non posset non esse populo odiosum et grave, statim accipere duris et paule filios qui contra regem aliquid aut fecissent aut obliquarentur, neque expediret, ut si quid esset dictum fatuivo liberius, maneret impunitum, fecit prudentissimus Saül quàm ab homine rustice expectari posset, ut simulet se nihil accipisse aut nosse illorum quæ contra se obmure-

se sonentur quæ horumque sua auctoritate encore toute récente, elle ne serait pas assez, forte pour retrancher tous les abus. Il faut dans ces rencontres qu'il ait recours à Dieu, et qu'il considère que c'est lui qui touche les cœurs, et qui donne aux hommes une impression de respect pour ceux qu'il élève aux plus grandes charges.

CAPUT XI.

1. Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare cepit adversum Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, et servemus tibi.

2. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eriam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes:

mirrasset illi Béliar, ne cogere ab illis sumere supplicium, aut probare ea que consuetudo et leges improbant. Est autem hoc documentum his qui præsumunt, interdum valde necessarium, ut cauti sint, ne videantur; aut surdi, ne audiant ea in que in certo quodam rerum articulo duris esset agendum. Ita sanè in suo Béliar, quem et fortem duxem, et prudentissimum imperatorem fingit, ait Maro, l. 1 Æneid.:

Certeque ingenitibus acer

Spem vitæ simulat, premit altam corde dolorem.
Et alius ex profanis Cicero lib. 9 Epist. docet, eos quibus commissum esset respubliæ, ut ad effectum suorum consiliorum veniant, oportere, ut multa simulent invidi, multa dissimulent cum dolore. Exemplorum plena est antiquitas. Illud unum addam, ut multa præteream quod Hieronymus docet prolapsive in suis Commentariis ad cap. 2 ad Galat. ubi non solum dissimulationem, sed simulationem utilem esse docet, exemplo Jehu 4 Reg. 10, qui finxit se dolam velle colere, et Davidis, qui faciem mutavit coram Abimelech, quo et suæ et publicæ salutis consuluerunt. Hoc usus est consilio Saül, quo tempore primum appellatus est rex; premebat enim dolorem in animo; vultu tamen præ se ferebat benevolentiam et gratiam. Quod aliquantulum post fecit Esther, quæ cum agro esset antiochæ simulo, propter illud quod toti Judæorum populo imminet, periculum, tamen hilarem præ se ferebat et benè confidentem animum, quia præsentem rerum articulo habitum illam corporis, et speciem oris nitentem et hilarem opportunam putabat. Sic autem de illa cap. 15, Esther: *Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, et gratis de nitentibus oculis tristem celabat animum, ac nimis timore contractum.*

CAPITRE XI.

1. Environ un mois après, Naas, roi des Ammonites, se mit en campagne, et attaquâ Jabes en Galaad; et tous les habitants de Jabes lui dirent: Recevez-nous à composition, et nous vous serons assujétis.

2. Naas, roi des Ammonites, leur répondit: La composition que je ferai avec vous, sera de vous attacher à tous l'œil droit, et de vous rendre l'opprobre de tout Israël, en vous mettant ainsi hors d'état de combattre, et de vous servir du baucier.

3. Les anciens de Jabes lui répondirent. Accordez-nous sept jours, afin que nous en-

animæ dotibus, quas non videbat populus, sed à corporis proceritate atque habitu, in quo regium aliquid apparebat, et de hoc tantum iudicare poterat; neque enim ingenium hominis, aut animi dotes ante videbat, cum neque illum nosset familiariter convictu, neque de illo quidquam ad illud usque tempus audisset. Atque ideo dicit: *Certe videtis*, etc., ne si dicat: *Extremam videtis hominis speciem*, secundum quam nemo est illi melior in toto populo; ex illa vos potius conijcite.

VERS. 25. — LOCUTUS EST AUTEM SARIEL TO POPULUM DOMINI REGI; ET SCRIPSIT IN LIBRO, ET PROPOSUIT CORAM DOMINO. IDEM QUISQUIS ET ACCERSITAS SAUL, UT SIMILI CUM POPULO LEGES AUDIRET, QUE MODUM ADMINISTRANDI REGNI PRÆSCRIBUNT, UT IPSE DOCEAT QUI ONERIS CUM REGNO SUSCEPISSET, ET POPULUS, QUID REGIO NUMINI DELECTET, UT RE PRIUS LEGITIME RITEQUE COMPOSITA, SOLUTOR ESSET, ATQUE PACTUR REGNI MODERATIO, SCRIPSIT ERGO SAMUEL LEGES HAEC DUBIE EX DIVINO PRÆSCRIPTO, IN QUIBUS TAM REGI QUAM POPULO REI COMMUNIS ET PUBLICÆ PROPONERETUR FORMA. QUIBUS CUM ALIQUID INSESET SACRUM, SICUT ALIA SÆCRA, CORAM DOMINO, ID EST, IN TABERNACULO REPOSITA SUNT, TRADITÆQUE SACERDOTUM FIDELI CUSTODIÆ. QUID ACTUM FUERIT DE HOC LIBRO, AUT QUAM TRADIDERIT REIPUBLICÆ FORMAM, IGNORAMUS. ILLUD VIDETUR CERTUM, OPTIMOS PRINCIPES, QUI NON TAM SÆCIS QUAM COMMUNITATIBUS COMMUNIS SERVICIANT, IN ILLAS LEGES TANQUAM IN SPECULUM INTENTES, SE IPSAS PRIMUM, DEINDE RATIONES PUBLICAS TEMPERASSE.

Illud præterea hic observandum, quæ ad publicam administrationem essent instituta, quæque hominum calliditate corrumpi possent cum magno rerum publicarum incommodo, illa servata esse in sanctuario, in quod non admittentur, quorum essent suspecti mores, et veteratorum ingenium. Quare lex in sacratissimo tabernaculi loco, id est, in arcu Testamenti claudelatur, lib. 3 Reg. cap. 8, et pondera atque mensura, quæ leges etiam quædam sunt quæ rerum quantitates explorant, ad quæ alia vulgaria ac publica examiniarentur, servabantur in templo. Quare suo iure Samuel legem regni, quam acceperat à Domino, in tabernaculo coram Domino asseruari voluit, ne forte in illam hominum astutia labes irreperet.

de chacun des saints évêques; *Nov est inventa similitudo illi*, Car celui qui gouverne les autres devrait exceller au-dessus de tous, et tenir le même rang, parmi ceux qu'il gouverne, que tient la tête dans les membres de notre corps. (Sacy.)

Ita autem alii plurimi libri ex Scripturâ asera perierunt, sic etiam Domino juxta infinitam suam sapientiam permittente, liber iste Samuelis interit, Scripti fuerunt sacri libri, quorum Scriptura sacra sæpè meminit, neque illorum aliquid est reliquum præter nomen. Liber Balaoram Domini citatur Num. 21; liber Josuarum, Josue cap. 10; quinque millia Gantiorum Salomonis, lib. 3 Reg. cap. 4; ibidem de rerum naturalium Dispensationibus; liber Lamentationis Jeremia in Josia funere, de quo 2 Paralip. 35; et alii plurimi, quorum tantum superest memoria. In horum censu numeratur hic Samuelis liber de regno, qui etiam interdidit.

MILLE AUTEM CUM JONATHA IN GABA BENJAMIN, Jonathas Hebr. idem est, quod columba domum, unde piratatum, obsequio denotat, qui in Galgalis, in est, in e. e. sancti regis decepti. Anthoni Bedam: e. Jonathas, columba domus, iustitiae tutor virginum dicitur, quia incomparabili gratiâ Spiritus sancti efficitur, ut à manu e. filius in carne, carnis corruptio neciatur, e. Bene et in sublimi virgines esse dicuntur, e. quia quod naturam humanam supergreditur e. ut, in albedino virtutum cubitino sicut e. est. Unde et Virgilia dilectus Jesu, locum e. virginum insinuat: ait: Vix supra mentem e. Non Agnam statent, et cum eo eorum quæ e. draginta quatuor millia, etc. Virgines enim e. sancti, Apoc. 14, v. 4. In morte quidem esse cum Agno dicuntur, quia per meritum e. incorrupti, qui à terrenis et carnalibus e. delectationibus se dividunt, in supræma Redemptionis gloriâ sublimantur. e.

careat. Ex omnibus tamen elegit tria millia; reliquos tandem domum abiit. Illa verò ita distribuit, ut mille tradiderit filio Jonathæ, quem ducem præfecit, utpote jam grandævitate, quique et robore valeret ad cœmicandum, et consilio ad bellum administrandum; reliqua verò duo sibi retinuit. Ex quo supra conjectabam jam maturâ atque etiam senili ætate fuisse Saullem, qui tantum haberet filium et duas etiam filias jam nobiles, quarum alteram paulò post sponsoit illi qui singulari congressu Philistæum superasset.

VERS. 5. — ET PERCESSIT JONATHAS STATIONEM PHILISTINORUM, QUÆ ERAT IN GALGA (1). Hæc Galga fuit patria Saulis, quæ proximè fuerat appellata Benjamin, in qua statio erat Philistinorum, id est, præsidium, quod in multis locis quibusque locis consueverunt, ut populum aliqui sibi ratione subjectum in meta atque in officio continerent. De quo supra, cap. 10, v. 5, ad illud: *Veniens in castris Domini, ubi est*

PORRO CERTERAM POPULEM REMISIT ENQUERIQUE IN TABERNACULA SUA. Mystice S. Greg. : « In tabernaculo, inquit, sua cetera plebs remittitur, ne de altioris vite temeritate demeretur, et velut debilis et infirma in bello pereat, dum alia conversationis fidem sponte det, quæ alta virtutis robur non habet. »

(Cora. à Lap.)

(1) Quæres: Quibus armis Jonathas percussit Philistæos? Nam ferrea eis ademerant Philistæi, ut patet, v. 15. — Resp.: Arma prisorum erant hecchia; nam pugnis rem agebant, à quibus pugna dicitur. Inter ipsos adversarios, inquit Cassiodorus, l. 4, c. 50, non erant prius armata certantia, sed pugnis se, et quavis fervida, læcessantia intente, mada et pugna nonne accepti. »

Potuit quoque Jonathas ignem in stationem ingerere, itaque cum comburere: potuit insuper incautos, vel dormientes Philistæos nocte invadere, eorumque arma occupare, hisque ipsosmet obrucere.

Mystice S. Greg.: « Jonathas, stationem Philistinorum percussit, sed Saul tuba canens se percussisse perhibuit, quia, nimirum, electorum prædicatorum triumphus adscribitur, quod à subditiis occultis adversariis sapienter. » (Cora. à Lap.)

Jonathas battit la garnison des Philistins. Si Saul est l'image, surtout dans le commencement de son règne, des pasteurs qui conduisent saintement les âmes, son fils Jonathas l'est encore plus des simples fideles qui servent Dieu, non par crainte, comme des esclaves, mais par amour, comme des enfants. Ces personnes pensent toujours à emporter quelque chose sur les démons représentés par les Philistins. Mais lorsque Dieu leur a donné la victoire, ils ne s'en attribuent point l'honneur, et ils veulent que ceux à qui ils sont soumis en reçoivent toute la gloire, à l'imitation de Jonathas qui laisse recevoir à Saul son père tout l'honneur de l'action qu'il venait de faire. (Sacr.)

statio Philistinorum. Hæc verò statio et plures alie quæ fuerunt, ut est verisimile, in Israelitide regione dispositæ, id fecerunt, ne qua ibi cuderentur arma, neque aliquid fieret instrumentum è ferro, etiam rusticum; quod miserè atque extremè subjectionis argumentum est. Quod ferre non potuit Jonathas vir fortis et audax, quique abolerè cupiebat dedecus illud ex Israelis nomine. Quare aggressus est stationem quam habebat infestam et proximam, quam ita percussit feliciter et fortiter, ut partim cassis, partim fugatis hostibus, offensionem illam et ignominiam è patriâ civitate depulerit.

QUOD CUM AUDISSERT PHILISTHUM, SAUL CECIDIT DECIMA IN OMNI TERRA DICENS: AUDIANT HEBREI (1). Non difficile fuit hanc stationis suæ cladem ad Palestinorum aures pervenire celerissime, cum proximi essent, et comprimi de tantâ stragè rumor nullo modo posset. Quare cum eodem propè tempore accipisset Saul percussam esse stationem illam, et Philistæos in illius vindictam, tum etiam ut ignominiam illam è suo nomine depellerent, exercitum copiosum instruere, ipse quoque voluit exercitum conscribere copiosum, quem Philistinorum conatibus et viribus opponeret. Quare buccinatorem misit in omnem terram, ut omnes intelligerent quid rerum fieret in Israel, quid actum feliciter à Jonathâ, quid ex eo metuentium ab hoste vicino. Illud porrò: *Audiant Hebraei*, sumendum est, ut logici dicunt, materialiter: sunt enim præconum familiaria ac legitima verba, quæ in exordio ponuntur edicti prætorii, aut regii mandati, quod ad populorum notitiam evulgatur. Quale fuit illud Nabuchodonosor, Dan. 5, v. 4: *Præco clamabat tollite: Vobis dicitur populus, tributus, et linguæ, etc.* Edixit itaque Saul omnibus Hebraeis, ut quando recusari non posset, quominus con-

(1) Sunt qui credant denuntiatum id potissimum esse Israelitis transjordanicis, qui eodem nomine appellantur partem inferius, v. 7. Hebraei, juxta vocis originalis vim sunt hi qui trans habitant. Quare Abraham Hebraeus appellatus est, quod è regione trans Euphratè venisset. Promptum illud auxilium quod cives Jabès Galad à Saule in bello Ammonitico miserè, absciores utique ædem Hebraeos ad opem fratribus suis ferendam fecit. Itaque statim illos transiisse Jordanem, et inter primos adhibere Galgala, legitimus. Septuaginta ita Hebraeos vertunt: *Spererunt servi*, quasi hoc esset signum in arma ruendi. Hæc tamen versio nonnisi ex incuria amanuensium peior, quemadmodum simili de causâ vertit Aquila: *Audiant servi.*

grediendum esset cum hoste, cujus jam antea sæpè fuisset explorata potentia, omnes se quominus ad præliandum accingerent, et ex re præclarè gestâ meliora omnia sperarent in posterum. Quod cum audissent Israelitæ, crexerunt sese, et in clamato de more Saulis nomine, quem ducem sequebantur, profecti sunt in Galgala juxta Sammelis præscriptum, de quo cap. 10, v. 8, ut ibi se religiose ac sanctè, placato prius et advocato Domino, ad arma compararent. Quis autem fuerit popularis ille clamor, incertum est: suspicor tamen talem fuisse, qualem edidit milites, Judic. cap. 17, qui aggressuri Madianitarum castra, Gedeonis et Dei nomen in clamaverunt, v. 20. *Gladius*, inquit, *Domini, et Gedeonis.* Aut illa verba, quæ resonare solent publico plausu in regem inauguratione: *Vivat rex!* aut: *Domine, saltem fac regem.* Et si qua præterea sunt ejusmodi. Fuit autem usitatum antiquis saltem populi Romani temporibus, ut exercitus rebenè gestâ imperatoris nomen usurparet identem cum júbilo et plausu. Ita Tacitus lib. 5 Annalium: « Prisco erga duces honore, qui è benè gestâ republicæ, gaudio, et impetu victoris exercitus conclamabantur (1). »

VERS. 5. — ET PHILISTHUM CONGREGATI SUNT AD PRÆLIANDUM CONTRA ISRAEL, TRIGISTA MILLIA CURRUM (2), etc. Cùm audissent Philistæi,

(1) VERS. 4. — ERANT SE ISRAEL ADVERSES PHILISTHUM. Exigere cervicem cœpere Israelitæ adversus Philistæos, tanquam mancipia quæ jugum excutunt, ac vinculis solvi cœnantur. Hebraeus: *Facti sunt Israel Philistæum*; tanquam à re labidâ et purulentâ Philistæi ab illis abhorrentur, horrore illos habuerunt. Eodem sensu Hebraei in Ægypto exprobrabant Moysi: *Factere fecistis odorem nostram coram Pharaone et servis ejus; nos nimis patimur.* Septuaginta: *Israel nihil fecit alienigenas.* Syriacus et Arabs: *Vicit Israel Philistæos.* Jonathas: *Animatus (conclitatus) est Israel in Philistæos.* (Galvri.)

(2) Syriacus et Arabs pro *triginta millia* legunt, *tria milia*, et criticorum doctissimum eam numerum retinendum censent, corrupto tamen texto originali, duplici literulæ additione.

Collectis variis Scripturæ textibus, in quibus sermo est de curribus, quatuor hæc animadverti: 1^o Curram nomen non de curru tantum, sed etiam de his quæ curru velantur, de aurigis et de his qui curru comitantur, usurpari. 2^o Curruis imis equis plerumque trahi consuevit. 3^o Ueniam tantummodò hominem curram ascendisse, addit aurigâ, qui equos moderaretur. 4^o In præliis curru comites accessisse milites nonnullos, adeo ut pro singulis curribus decem homines numerari possint. His iudicis nonnulla Scripturæ loca concludunt, quæ nonnulli exponi posse visa sunt,

quid accidisset Naas Ammonitarum regi, quem inopinato adventu suo oppressit rex novus, ut ne duo quidem remaneret simul, et nuper editâ suorum clade vehementer doleret, et

summoque indicant affinitate inter curru Philistinorum, Syrorum et Chanaanorum, eosque quibus heros ueniantur in bello Trojano, qui utique omnium apud profanos scriptores vetustissimi sunt. Falcet etiam curru erant, alii planè ab his de quibus in presenti.

Legimus in 2 Reg. 10, 18, Davidem occidisse de Syris septingentos curru, et in eodem libro, 8, 4, ex Hebraeo, *subvertisse centum curru*; quæ sicut phrasæ ad litteram accipi æquivalent nisi exponantur de curribus simul et hominibus qui illis vehebantur, de equis trahentibus, ac de militibus comitantibus. Sed difficultatem auget textus parallelus 1 Par. 19, 18, ferens: *Interfecit de Syria septem milia curru.* Porrò inter septingentos et septem milia discernimè est ingens: sed utrumque conciliatur, si pro quolibet curru decem homines constituantur, ex quibus unus currum ascendit, alios duos, octo comitantur. Qui scandit, appellatur in Scripturâ princeps decem, ceteri manipulum ejus constituunt. In hoc textu Regum, quem versauimus, eadem animadvertere juvat. Habebat in exercitu Philistæi tria milia currum, quorum singulos decem homines comitantur: quare tria hæc milia curruum redduntur triginta milia virorum, adeoque verissime affirmari potuit, exercitum hostium habuisse triginta milia curruum, curruis nomine designatis his qui currum ascendebat et comitantur. (Galvri.)

« Les incrédules, dit Voltaire, se récrient et sur ces trente mille chariots de guerre et qu'avaient les Philistins. Le syriaque et l'arabe ne lisent que *trois mille*. Le très-grand nombre des critiques observe avec raison qu'un copiste à écrit par méprise *schéschim*, trente, au lieu de *schélich*, trois. »

« Quand nous mettrions trois mille chariots, à un lieu de 50,000, nous ne contenterions pas encore les incrédules: tous conviennent que le pays de Chanaan ne contenait la cavalerie que très-rare. Il faudrait donner des preuves de ce consentement universel à soutenir que les Philistins n'eurent point de cavalerie du temps de Saul; mais voici une raison qui dispense de toutes citations: « Dans ce pays montueux et entre-coupé de rochers, et où ne se servait jamais que d'ânes. »

Il ne faut donc pas dire qu'on a comit la cavalerie que très-rare. Il est vrai que l'Écriture nous apprend en plus d'un endroit que les femmes des Hebreux, leurs magistrats mêmes, en temps de paix, se servaient d'ânes, comme d'une monture ordinaire; mais en conclure que les Channéens et les Philistins n'avaient ni cavalerie, ni chariots de guerre, et le soutenir contre le témoignage formel des écrivains du pays, c'est comme si on soutenait qu'en France et en Italie l'usage des chevaux n'était point connu, parce que le pape et les cardinaux, nos prélats, nos magistrats, nos médecins avaient, il y a peu de temps, des mules pour monture ordinaire; parce que nos anciens rois faisaient tirer leurs voitures par des bœufs,

conservanda bellæ gloriæ studio nihil sibi non tentandum potarent, talem adorarent militarium instructum, qualis in angustiâ illâ regione videbatur comparari non posse. Sed sicut cap. 7, adjunxerunt sibi Philistinum Tyriorum auxilia, ut constat Eccli. cap. 46, v. 20, quos prodigiis victoriâ superavit Samuel. Et intonavit de celo Dominus, et in sonitu magno audiam fecit vocem suam, et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistinum; sic etiam nunc adjuvare quoque arbitretur Tyriorum auxiliâres copias, et ex ipsis tot curram et equitum millia fuisse congregata. Quomodo enim aliter triginta curram millia cogi potuissent?

VERS. 6. — *Quod cur vidisset vultu Israel, etc., ascenderunt se in speluncas, et in antris, in petris, cœcis, et in istis, et in cisternis (1).* Libenter ad imperium Saulis un-

Mais le pays est montagneux et plein de ca-
vernes. Comme si l'usage des chevaux
était inconnu dans les pays montueux ! Vol-
taire pouvait-il ignorer que Tarnée d'Alexan-
dre traversa la Palestine tout entière du nord
au sud ; que celles des rois de Syrie et d'Égypte
la parcouraient dans tous les sens, ainsi
que celles des Romains, des Arabes, des Croi-
sés, etc. ? Il y avait de la cavalerie dans ces ar-
mées, il y avait des chars, il y avait même
des éléphants. Les incrédules, avant de hasar-
der des assertions si téméraires, auraient dû
au moins consulter la géographie du pays, ils
sauraient vu que tout le pays qui habitait les
Philistins, que tout le terrain compris entre
Gazé et le mont Carmel, et depuis Joppé jus-
qu'à deux ou trois lieues de Jérusalem, est un
pays de plaines, qu'il en est de même de celui
qui s'étend depuis le mont Thabor jusque vers
les sources du Jourdain, et de celui que ce
fleuve traverse jusqu'à son embouchure dans la
mer Morte.

(Bielot.)

(1) Eadem res ter hic repetita videtur : *In speluncis, in antris, in cavernis*. Hebræus ad lit-
teram : *In spelunca, in apertis* (vel in locis in-
cullis et sylvestribus), *in petris, in hirtibus et*
in cisternis. Chaldeeus : *Abascendit sua populis*
in apertis, in montibus, in fontibus, in
fontibus, in apertis, in fontibus, in fontibus. Septuaginta : *Occiderunt se populis in apertis et in*
antris (vel in vivariis, aut in scilicet, quod he-
breæ recipiunt), et in petris, et in fontibus, et in
cisternis. (Calmet.)

Mystic Dionys. Carth. : « Sic, inquit, alle-
ge qui Christiani cernentes se iudicque à dia-
bole, mundo et carne tentari, in foramine
petræ, in fossa humo, id est, in Christi vul-
neribus, et in Dominicæ passionis memoria
salubriter se occultant ; et in proprio humi-
litationis profundo se celant, sicut in tan-
tum parvi pendunt, et quasi nihil se reputant.
quod à demoniis nequeunt tangi. » Et Beda :
« Cum viderint, inquit, fideles antiqui
hostis insidias, » etc. « Præsidia mox necesse
est lectioinum spiritualium jejuniorum, elee-
mosynarum, orationum, ceterarumque vir-
tutum, quibus defendantur, adeant, ascen-

decumque Israelite convenerant; magnos enim
animos et audaces spiritus indicat Ammo-
nitarum cædes : sed cum eas copias viderent
à Palæstinis esse coactas, quas contrahi posse
non putabant, neque contra tam instructas
acies satis sibi esse virium, dispenderunt animo-
s, neque existimarent in patris sedibus et
domibus effugere se posse hostile ferrum ;
atque idem latebras querunt, speluncas et
ocultos sinus quos putabant occultos esse
Palæstinis ; aut illos non curaturos de illis
quorum timere poterant occultas insidias,
neque videbant sine labore magno atque dis-
pendio futuram esse ignobillem illam et ex-
urgam prædam. Porro regionem illam plenam
esse ejusmodi latebris, et illas in aperto discri-
mine subire solitas Israelitis, diximus ad illud
Isaie cap. 2 : *Ingredere in petra, et absconde*
in fossa humo. De quibus Josephus testis ipse
oculatus lib. 4 de Bello, cap. 12 : *Speluncæ, in-*
quit, in præcipitiis montibus erant undique inac-
cessas, transverberasque tantum ac peragatos ac-
cessus habebant. Sanè David in speluncis deli-
tit, 1 Reg. cap. 24. Et Josue cap. 10, quoque
reges ex speluncis, in quibus sese absconde-
rant, extracti sunt. Cisternæ porro, vanae ni-
mirum ab aquis occultandis hominibus com-
modissima sunt : nam et profunda sunt et
late, et asillarum facili negotio sic celari pô-
test, ut non possit ab hoste venatore quantum-
vis attentè deprehendi. Neque, credo, homines
mactulosi, urgente hoste, refugerunt cœcum,
si quod in cisternæ fundo subisset, cum
mors, quam declinare cupiebant, multo esset
acceptior. Sanè Maris, vir fortis et strenuus, ut
mortem effugeret, in palustri cœno apud Mi-
natornenses aliquandiu fuit.

VERS. 7. — *Hebræi autem transierunt Jor-*
dane in terram Gab et Galaad. Omnes, quot-
quot erant cum Saule, Hebræi erant; neque
omnes transierunt Jordanem, cum eorum aliquid
latuissent in latebris montiumque cavernis; alii
alio, prout se commodior ostendebat ad sal-
utem via, dilaberentur; nonnulli cum suo re-
ge manerent in castris. Cur qui transiit
Jordanem ad Gad atque Galaad sese fugi corrip-
uerit, Hebræi dicantur, explorantem scilicet. Ego
quandam rationem invenio, quam primumquam
expone, observo, frequentes esse in Scripturâ
sæcra sicut etiam in profanis, allusiones et pa-
ranomasias ad significationem vocabuli. Ali-

danturque in eis à contradictione lingua-
rum ; ut Pater, qui videt in abscondito, mi-
seretur et adjuvet. » (Corn. à Lap.)

quos nos exempla prodiximus in nostris Com-
mentariis ad illud Jeremie cap. 1 : *Virum*
significantem ego video. Illa tu vide. Nunc tria
tantum exempla producam. Primum ex cap. 2
Sophonia, v. 8, quod etiam in nostris Com-
mentariis super Sophoniam expendimus : *Quia*
Gaza destructa erit, et Accaron eradicabitur.
Accaron, Hebræicè אַצְרֹן Accaron, à verbo אָצַר acar,
deducitur, quod eradicare significat. Quare hic
erit sensus : Accaron juxta sui nominis notatio-
nem erit eradicata, id est, sui nominis signifi-
cationem implebit. Alterum erit ex Epistolâ ad Phi-
lémonem v. 14, ubi Onesimum utillem futuram
esse dicit, nempe juxta suum nomen : וְיִשְׁמָעֵל
enim utillem significat. Et Nabal juxta nominis
sui vim stultus vocatur, lib. 1 Reg. cap. 25, de
quo Abigail : Secundum nomen enim stultus est.
Cum ergo Hebræi, qui Hebræicè אֱבְרָיִם *Ibrim,*
sic appellati sint, quasi *transientes*, vel quia
ex Abrabamo prognati, qui transiitso Eu-
phrate migravit in Chanaanem solum; vel quia
mare trajecerunt Rubrum aut aliquandiu
post Jordanem, utrumque sicut alio; nam
juxta nomen suum trajecisse iterum dicuntur
Jordanem, et in regionem transjordanis excessis-
se, quasi in eâ fugâ verè fuerint Hebræi, et
id reipâ præstiterint, quod Hebræorum no-
men portendit et sonat; propter hoc existimo,
cum omnes Hebræi fuerint, hos speciatim He-
bræos nominari, qui fluvio transiitso salutem
sibi longiori fugâ quaesierunt. Hæc mihi proba-
bilis; sed fortassè illi qui ultra Jordanem con-
stitierunt, tribus videlicet Ruben, Gad et di-
midia tribus Manasse, vocati sunt Hebræi, quia
necessè erat ut Jordanem transierint, si vellent
sese cum reliquo populo conjungere, sicut fo-
cerunt proximè, cum venerint evocati ad ca-
stra Saul. Et cum ab eis causam crediderim Is-
raëitarum vulgò tribus illas transjordanas
Hebræas appellari committere.

VERS. 8. — *Et expectavit septem diebus*
juxta placatum Samuelem, et non venit Samuel
in Galgala, delatitque est populus ad eum (1).
Jam autè præviderat Samuel, venturum Sa-
ulem in Galgala, quo tempore omnes ditiois
sue vires contra novum regem armarent Phi-
listini; aut certe, quod cap. 10 postea nota-
bimus, monuit, ut in Galgala secederet, itaque

(1) Audi S. Gregor. : *Idcirco per inobe-*
dientiam cecidit, qui integris septem die-
bus sicut jussum fuerat non expectavit. Et
postea : *Et ecce septem diebus prophetam susti-*
nuit, sed diu præstolari eum in fine diei
desiit, gloriam tante dignitatis amisit.
(Corn. à Lap.)

expectaret septem dies, ut profugato Domino,
ab ipso disceret quid factu opus esset. Fecit
Saul quod à Samuele in mandatis acceperat,
expectavit septem dies; sed cum populus ex-
pectatione fatigatus, et impendente proximè
periculo perterritus diffugeret, antequam septim-
us completeret dies, non expectato amplius
Samuelis adventu, ipse statuit operari sacris
placans Deum atque consulere. Quod tandem
fecit oblati holocaustis victimisque pacificis (1).

VERS. 10. — *Ecce Samuel venerat (2).* Non

(1) Vers. 9. — *Et ortulit holocaustum.*
Putant aliqui Samulem per se sacrificasse, itaque
regno privatum esse. Graviter ergo peccavit,
quod cum esset laicus, sacerdotium func-
tionem usurpare presumpsit; sicut fecit
Ozias rex thurificando, itaque à Deo perousus
est Israh. 2 Paral. 26, 16. Ita Rupert.,
Lyran., Dion., et Juvet Josephus. Addit R.
Levi, Samulem hæc sacrificia obtulisse, ut à Deo
spiritum prophetiæ impetraret, quo dinceps
sine Samuele regeretur. Unde et à Tertullian.
lib. 2 contra Marc. cap. 25, vocatur, *expectator*
Samuelis prophetæ. Veram illi tale indicat Scri-
ptura; alioqui enim hoc illi expressisset. Sam-
uel acerrime; atque tabelle Saul sacerdotem
in castris, per quo sacrificia offerri poterat;
cur ergo illud sibi vidicaret, sciens illi à Deo
velitum? Ita Abulensis, Soranus et alii.

(Corn. à Lap.)

(2) Unde S. Ignatius epist. 6 ad Magnes. :
« Saul, inquit, honore privatur regio, non
« expectans summum sacerdotem Samuelen ;
« oportet itaque et nos revereri præstatorem ;
« decepte non modo vocari Christianos, sed
« esse. Nec enim dici, sed esse, beatus fecit.
« Si qui episcopum appellant et sine eo omnia
« faciunt hujusmodi, dicit ipse qui veras et
« primus episcopus est : *Quid me vocatis, Da-*
vid, et non facitis qui dico? Tales enim non
« boni conscientiam, sed prædium esse videntur,
« sed esse similes et personati ».

ET RECESSIT EST SAUL ET ABULUS ET
CAUSAS DAT
DION. : « Honoravit, inquit, Samuelen prop-
ter ejus senectutem et sanctitatem, probem-
« talemque gratiam, et quoniam ante eum
« iudex fuerat populi, et suis orationibus eo ;
« meritis multa bona à Deo obtinuit populo ;
« sed et hæc vice speravit injuri per Saulem
« leni. » (Corn. à Lap.)

Lorsque Saul achevait l'holocauste, Samuel
arriva. Il ne parut pas que le péché de Saul
ait été de lui-même le sacrifice, puisqu'il l'a
apparemment offert par le ministère des
prêtres de la race d'Aaron qui l'avaient suivi,
comme on croit aussi que Samuel, qui était de
la race de Levi, et non de la famille d'Aaron,
quoiqu'il fût prophète, n'a offert néanmoins
le sacrifice qu'après les prières de la race sacer-
dotele, selon l'ordre établi de Dieu.

Mais sa faute consiste en ce qu'il n'a pas eu
une déference exacte pour les ordres de Dieu
et de son prophète. Il voit que les ennemis
sont proches et que le péril le presse. Il attend
sept jours. Il est un septième jour que Samuel de-
vait venir ; il voit que le jour s'avance ; il
n'attend pas sa venue, il la prévient. Il se

distulit Samuel promissa: adfuit enim antequam septimus clauderetur dies, vixitum peccato sacrificio, cui cum obvius occurreret Saül, eumque letus de more salutasset, rogatus ab illo quid fecisset, rem totam simpliciter edocuit. Tunc Samuel consilium dedit tanquam suis rationibus divinae voluntati contrarium, et illam futuram esse dixit primum imperii labem (1).

conduit plutôt par des craintes humaines que par la confiance en Dieu, et par la prudence de la chair que par le respect qu'il devait avoir pour un prophète qui l'avait fait tout ce qu'il était. Lorsqu'il est repris de sa faute, il ne la connaît point; il se justifie; il autorise sa désobéissance par un prétexte de nécessité, sans considérer que la seule chose qui lui aurait été nécessaire dans le péril où il se trouvait, était d'attendre tout de Dieu et de Samuel, et non de lui-même, et qu'ainsi que dit un ancien Père, il n'y a jamais de nécessité de pécher pour celui qui ne reconnaît qu'une seule nécessité, qui est de ne point pécher. Non est necessitas delinquendi quibus uno est necessitas, non delinquendi. (Sacy.)

(1) Vers. 12. — FACTA DUMVI SEU OCCAVI. Reddi potest Hebraeus: Et factum: Dumvi non rogavi; ejus opem sacrificiis non imploravi.

NECESSITATE COMPULSUS. Hebraeus: Feci mihi vim, et immolavi; vel in arctum roddi me sensi, et sacrificium immolare ausus sum: vacat lego necessitas. Vero propius credimus, manibus suis sacrificiis, quod aperta textus verba perspicue docent. Samuel etiam per se non semel obtulit sacrificia, quamquam nullo magis peculiariter characteris, quam Saül, in eam rem obiectus fuisset. Sacrificavit in Bethphai, in Ramatha, in Bethlelem. Elias pariter sacra operatus est, in monte Carmelo; sacra obtulit et David in pompâ translationis arcae, et in arce Azean. Salomon initio regni sui, ejusque populus in editis locis sacrificabant. Traditur non obscure in Paral. 1. 5. ipse Salomon ascendisse ad altare aeneum Gabaonis, atque ibi hostias obtulisse. Igitur si, Deo licet vetante, permissa tamen facultas coesolatur erigendi aras, et offerendi sacrificia extra laborationem, quo tempore Deus nullam adlicet tabernaculo suo certam sedem constituitur; car non etiam solvi quoadque posse censendi erat lex, caeremoniam praesertim certe non graviorem, quam quae modò expresse sunt? Interdum igitur datum sibi esse laici arbitrabatur, ut sacrificia manibus suis offerrent. De ejus legis violatione nunquam ipse se, nec alius quicumque Saülem redarguit. Ipse etiam Saüllem alius admonuit ut sacrificia in Gulgalsis offerret. Narrat Scriptura sequenti capite Saüllem relictum de Philistinis victoribus, non primum excisissae: quibus verbis, veluti innuitur, alias postea addidisse aras, nisi malueris tã tacita reprehensione illum argui quod non citius altare construxerit. Post Amalecitan expeditionem, obtulit pariter holocausta. Viri quidam doctissimi aiunt, Davidem non semel ephod sacerdotale gessisse, et sacra illa veste auctum consuisisse Dominum de rebus suscipiens.

VERS. 15. — QUOD SI NON FECISSES, JAM NUNC PREPARASSET DOMINUS REGNUM SUPER ISRAEL IN SEMITELIEM (1). Hic nobis quaedam occurrunt

Ipse pariter David solemnem benedictionem populo impertitur; imperitur et Salomon. Hebraeorum reges numerum transgressi se finem potestati suae praescriptis arbitrari sunt, hoc agentes quae sacerdotalia videbantur, tunc praesertim cum nullam adhuc tempum staret; eorum erecto, cautius sese continuerunt, scilicet inter omnes quam animadversioni subjectus fuerit Ozias, manum extendere ad thiaribulum ausus. (Calm.)

NECESSITATE COMPULSUS. « Saül, inquit, « Dion., mendose se excusavit, quia non erat « necessitas vera, absoluta, sufficientis, talis, « quo usurpata obtulio fuit magis offensiva « Dei, quam placativa. » De hoc enim sacrificio dici potest, quod D. Bern. serm. 24 in Cant. dixit de sacrificio Caini: « Munus, « inquit, mortuum offers Deo, sed peccas. » (Corn. à Lap.)

(1) Samuel dixit ad Saül: Vous avez agi follement, et votre règne ne subsistera point à l'avenir. Cet exemple est grand et terrible, pour nous apprendre à juger des fautes, non selon les apparences extérieures, mais par le fond du cœur, et selon qu'il est en lui-même. Car en comparant le péché de David avec celui de Saül, qui ne croirait que celui de David est beaucoup plus grand? Ne semble-t-il pas qu'un soldat qui meurt de celui qu'on a outragé, si hautement est bien plus capable d'irriter Dieu qu'une simple désobéissance à la parole d'un Prophète, qui est même accompagnée de la crainte d'un péril présent, et de quelques circonstances qui peuvent la rendre plus excusable? Cependant Dieu n'abandonne point David pour ses deux crimes, et il rejette Saül pour cette première faute. Mais la parole de l'Évangile est véritable en cette rencontre: Ne jugez point selon les apparences; Nolite iudicare secundum faciem. Joan. 7, v. 21. Dieu juge des fruits par la racine, et des actions par le fond du cœur. De dehors du péché de David est très-odieux. Mais sa faute tient beaucoup plus de la fragilité humaine. Et aussitôt que le Prophète a levé le voile qu'il semblait avoir sur les yeux du cœur, et qu'il lui a fait envisager la hauteur de cette action, il se condamne lui-même, il s'abaisse profondément devant Dieu, sans perdre la confiance en sa bonté injurie. Il prend tous les malheurs qui lui arrivent pendant sa vie comme de justes peines de son péché. Il est attentif à ménager les moindres occasions de s'humilier devant les hommes, et de satisfaire à la justice de Dieu. Enfin il devient un parfait modèle des vrais pénitents.

La faute de Saül, au contraire, qui est moins sensible au dehors, est beaucoup plus grande dans le fond du cœur, parce qu'elle tient plus de la malice et de l'orgueil du démon. Il désobéit à Dieu et au prophète parce qu'il est superbe; et lorsque Samuel lui a fait voir sa désobéissance, il ne se rend point, il ne s'humilie point; il garde après son péché la même fierté qui le lui a fait commettre, et il nous fait voir encore plus clairement combien était mauvais

nonnihil implexa, quae exploremus atque expleamus necesse est. Primum est, eoque tam grave peccatum Saüis fuit, ut propter illud privari regno deberet; quo supplicio in humanis nullum videbatur esse gravius? Nullum autem à Samuele videmus obiectum, nisi quod septem dies non expectavit: at expectasse septem dies dicitur juxta placitum Samuelis. Lyrâ tria peccata in facto Saüis deprehendit, propter quod jure optimo ab oblato sibi regno deturbatus sit. Primum, quia non expectavit totos integros dies ad offerendum sacrificium, quod exacto septendecim spatio offerendum fuit; anticipavit enim sacrificii tempus, quod legitimo tempore immolasset Samuel, qui satis opportune se ad opus illud peragendum obtulerat. Deinde, quia sacerdotale munus sibi omnino regatum usurpavit. Sicut rex Ozias, qui cum aggrederetur aliquid à regio atque profano instituto alienum, sedam accepit plagam à lepra, et non à regno solum, sed etiam ab hominum societate depulsum est, 2 Paralip. cap. 26. Tertium, quia peccatum suum non agnovit, neque ignosci sibi postulavit à Domino; sed potius à se culpam omnem removit, quasi necessario videretur sumptum esse consilium. Haec Lyrâ. Nos haec seorsum exploremus singula; et de septendecim spatio postea: nunc de sacerdotali munere supra facultatem regiam usurpato. Cum Lyrâ sentit Josephus, et Dionysius; negat Ahulensis, et Cajetanus; quia cum hoc gravius esset peccatum, quam septem integros dies non expectasse, non sanè illud propheta tacuisset. Deinde, quia secum in castris sacerdotes videtur habuisse Saül, quos cap. 14, v. 18, consulit. Dicitur autem in Scripturâ sacra ille sacrificare, qui suis sumptibus victimas adducit, quique suo imperio aut suavis sacerdotes sacrificare jubet. Sic Elcana supra, cap. 1, et Salomon lib. Reg. 3, cap. 3, sacrificasse dicitur, qui tamen eam ad rem alieno usi sunt ministerio. Quod autem peccatum suum non agnovit Saül, sed potius excusationis umbram quaesivit, non videtur esse ejusmodi, ut ideo tam gravi supplicio mulctari deberet; neque in excusatione aliquid videtur affinis mendacii;

estè dispositio caecæ dans le fond de son âme, puisque Dieu lui ayant offert une occasion très-favorable pour se reconnaître, et pour réparer cette première désobéissance par une plus exacte fidélité à ses ordres, bien loin de s'en servir pour se réconcilier avec Dieu, il l'irrite encore davantage, et il témoigne encore plus d'orgueil dans cette seconde occasion que dans la première. (Sacy.)

S. S. IX.

sed tantum quid in præpropèra sacrificatio spectat, commemorare simpliciter. Deinde quia eam Samuel reprobationis dicit esse causam, quod Dei mandata, quae præcepti, non custodierit. Ego eam causam reprobationis esse arbitror, quod totos septem dies non expectaverit, sacrificaveritque non per Samuelem, quod in Dei mandato continetur, sed per se, ut quidam existimant; aut, quod censelamus esse probabilis, per sacerdotes alios. Ideo enim septem jussus est expectare dies, ut sacrificaret in fine illorum Samuel, et Deum consuleret. Ita putat Bahanus, et docet Hebraeorum istam esse sententiam. « Qui diligenter, inquit, inquirat, inveniet Saüllem jure culpatum, et inobedientie reum. Apud Hebraeos ita dicitur: Et descendens ante me in Gala. Ego quippe descendam ad te. Deinde inferatur, ad offerendas oblationes et immolandas victimas pacificas: septem vicimas exspectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias. Non ergo Samuel se expectari septem diebus præcepit, sed ad offerendas oblationes et immolandas victimas pacificas se septem diebus expectari voluit. Quod illi non fecit, et ideo meriti culpa tur et stultitia arguitur. » Eadem penè dicit Angelomus.

At dies: Quod tantum scelus illud est, propter quod tanta ruina primum regem oppressit? Idem ego rogitam, quod tantum fuit peccatum, quod primum homo primum admisit, ut ideo inducta fuerit mors in orbem terrarum, et eum illa tot malorum tam densa et tam implexa sylva? Rationem reddidit Iudorus Pelusiota epist. 481, cum ageret de Anania et Saphira. « Non, inquit, crudelitatis atque amentia fuit, quod sapientissimus Petrus eos qui peccaverant morte affecit, verum præscientis doctrina multa hominum peccata præsentans. Nam cum tunc Evangelii sermone facere incressissent, esse statim enata zizanias conspexissent, sapienter consilio ea sapienter evulserunt, non una cum tritico aucta futuro igni ad existionem servarentur. Ad eundem enim modum divinus quoque Moyses legem ab initio datam violatam perespiciens, etsi ob exiguum peccatum, sacris tamen obrui jussit, qui die sabbati ligna collegerat. » Est quidem acuta Pelusiota ratio: nam reverè cum primum in aliquo genere aut statu graviter peccatum, ab eo peccato deterrentur alii, et qui in eo sunt statim, cautius vivunt, quia sua peccata vident fore

non impunita. Sic Deus, ut in parente primo disceret homo, quàm esset è re sua obedientiam in minimis etiam præstare creatori suo, inobedientia peccatum primum severè munitavit. Primum, qui violentas manus fraterno sanguine foedavit, graves dedit et longas homicidii poenas. Qui primi è sacerdotali genere alienum ignem ad sacrificium attulerunt, igne colitis missò consumpti sunt. Qui è Christianorum cœtu factum Deo votum primum violarunt, repentina morte subacti sunt, ut hinc discerent qui sacerdotum fœrent quàm exacte servari debeant sacrificales ritus; et qui aliquid Deo debent ex voto, quàm illud fideliter et plene præstari debeat. Primum fuit Saul rex in Israël, primum conceptum, quod accepti à Domino fuit, ut expectaret septem dies donec à Samuele immolarentur hostiæ; expediebat maxime, ut reges, quos non futuri erant in Israël, intelligerent, in administrandâ republicâ à Dei ducis et auspicii præscripto discedendum non esse. Atque idem peccatum illud primum inobedientia regi facturâ manifestum est; quod supplicium posterorum regum nemini ignotum esse poterat, tum quod grave, tum etiam quod primum regum nomen sufficit.

Gregorius hic vim perseverantia cognoscit, que si desit, quæcumque prius comparata fuerant, nullo ponuntur in numero; sed quasi dissoluta, aut potius non adhibito nodo effunduntur aut dissipantur è sacco. Ecce, inquit, quàm magna perdidit, qui, ut patet, nulla contempsit. Ecce septem diebus prophetam sustulit, sed dùm præstavit eum in fine dici desit, gloriam tantæ dignitatis amisit. Unde et per prophetam dicitur: *Vae his qui perdidissent sustentiam, Eccles. 2.* Sustentiam quidem perdunt, qui bona, que inchoant, non consummant. Quibus nimirum vae esse dicitur, quia non solum incepti laboris mercedem perdunt, sed etiam apostatatis sui penâ feruntur. Penâ autem superbi et inobedientis regis declaratur: Quod si non fecisses, præparasset jam Dominus regnum tuum, & etc.

Est etiam illud hic vehementer obscuro, quomodo propter hoc peccatum reprobatus dici possit Saul, cum cap. 15, tanquam regi hoc illi mandatum deserit Deus, ut deleterit filium Amleec, et veteres populi vicisceretur injurijs? Tractavit hanc questionem Abulensis q. 11, et dicit, meruisse quidem Saullem, ut regio solo pelleretur propter inobedientiam; non tamen vnum reipsâ reprobatum esse atque

deturbatum è regno. Quod etiam mihi placet, et adlo comminationem hanc videri, et rex magis se præberet in posterum divinis præceptis obsequentem; ne si suo se regeret arbitrari, magis quàm divino, funditus caderet, sicut omnino cecidit anno postquam regnum inisset secundo. Quò autem res melius intelligatur, ducæ nobis hic regulæ observandæ sunt. Altera, aliquid tunc dici, aut videri factum, cum dignum est ut fiat, aut quando id ausus est, propter quod debuit hoc vel illud nomen, aut hoc vel illud infortanium subire. Quomodo olim Christianus dicebatur sanctus, et nunc pontifex sanctissimus saletatur, quia id officium exigit et insulatum quod hominem ad sanctitatem informat. Altera est, quod inchoatum est, conceptum, aut perfectum. Quomodo ille dicitur alium in crucem et restim adduxisse, qui viam ad peccandum aperuit, quam ille tandem seipsum ingressus in crucem actus est, aut spoliasset bonis, qui semel invitavi ad ludum, cui alter deinde scriptis assuevit, aut artem edocuit, quam dum ipse imprudenter exercet, honorum omnium jacturam fecit. Sic ergo vnum reprobatus dicitur Saul, et è regno depulsus, quia propter inobedientiam se privari meruit, et quia jam quodammodo privari cepit, cum illi regi jactura à Samuele denunciata est. Sicut idem Christus, ut dicit Augustinus lib. 5 de Cons. Evang. cap. 13, horâ tertiâ crucifixus est, Math. 15, v. 25, cum tamen actus in crucem fuerit horâ sextâ, quia horâ tertiâ damnatus fuit à Pilato, et clamatum à populo: *Crucifige, crucifige.* Tunc verò cum aliquo modo Christo vel à Judice, vel à populo denunciata crux fuit, crucifixus appellari potuit, ut ait Augustinus. Sic etiam privatus regno dicitur Saul, cum audivit à Samuele: *Nequaquam regnum tuum ultra consurget.*

Preparare regnum, idem est, quod confirmare et stabilire, Hébraice, *ʿam*. Quod aliis quamplurimis locis sine dubio, stabilire, et confirmare valet. Sic Proverb. 8: *Quando preparabat celos aeternam, id est, fundabat; et patet, quâ statim eadem significatione per ephegesin dicit: Quando aethera firmabat spiritum.* Et Psal. 25, per eandem figuram dicitur: *Quia ipse super maria fundavit eam, et super fluctibus præparavit eam.*

Sed est hic dubium grave, quomodo Deus preparare, id est, confirmare in aeternum potuerit regnum Sauli, qui erat ex tribu Benjamin, cum jam illud Dominus aeternum fore dixerit in domo Juda, multis ante seculis!

Sic enim Jacob Genes. 49, de Juda: *Non auferetur sceptrum de Juda, nec dux de femore ejus.* Huic difficultati optimè satisficit distinctio illa, que jam scholas theologorum opplevit, de scientiâ absolutâ et conditionatâ seu mediâ, que difficultates huic similes, que in Scripturâ sacrâ frequenter occurrunt, optimè dissolvit. Eâ lege Deus in tribu Benjamin et in familiâ Saulis regnum Israël in aeternum fundaret, si modo esse divinis præceptis obsequentem præberet: sed quia vidit Saullem ab eo quod Dei nomine foret à Samuele mandatum, recessurum, statuit regnum illud atque honorem in domo Juda fundare perpetuum. Quod prædixit Gen. 49, per patriarcham Jacob, illudque, ut constat, reipsâ complevit. De hoc philosophandi genere agunt multi theologi scholastici, quorum id est proprium. Tu vide ex nostris Gabrielen Vazquez (1).

VERS. 14. — QUÆSIVIT DOMINUS SINI VITUM JUXTA CONSUEV. Nondum depositus est è regno

(1) « Saul veutant marcher contre les Philistins, ne put le faire parce que le prophète le fit attendre sept jours à Gath où il avait promis de se rendre pour un sacrifice. Les Philistins, profitant de l'absence du roi, remportèrent une victoire complète sur les Israélites qui n'avaient point fait monnaie que à leur tête. L'homme de Dieu, peu touché des maux de sa patrie, espérait sans doute que cet échec rendrait Saul odieux, et feroit disperser et de donner son royaume à un autre. Cependant le roi, lassé d'attendre, et qui voyait que l'armée se mutinait et désertait, ordonna que l'on offrît les sacrifices sans attendre le prophète. Celui-ci arriva lorsque tout était fini; il fit au roi des reproches sanglants pour avoir eu la témérité d'empier sur les fonctions sacerdotales, et condamne. Saul ne put jamais s'empier le esprit d'homme, qui lui-même, contre la loi de Moïse, usurpait depuis long-temps la dignité de grand-prêtre. « Uza de hausses et de calomnies. Ce fut Jonathan, fils de Saul, qui fit le premier acte d'hostilité contre les Philistins, et Samuel ne le désapprouva point. Il ne dit point attendre Saul au-delà du temps convenu, puisqu'il arriva le septième jour. S'il avait des raisons de prévenir ce moment, il ne tenait qu'à lui d'enlever chercher le prophète. Il est faux que les Philistins aient profité de l'absence de Saul, qu'ils aient remporté une victoire complète, qu'ils aient remporté une victoire pendant que personne ne combattait? Il est dit seulement qu'il sortit de leur camp trois detachements pour faire du dégât; alors même Jonathan, suivi de son écuyer, pénétra dans leur camp, repoussa la terreur parmi eux; ils s'entretoquèrent et furent entièrement défaits. Le précédent projet de Samuel est donc un rêve des incroyables. Samuel ne pouvait prévoir ni l'entreprise de Jonathan, ni la terreur panique

Saul, ad hanc regnum retinet honorem et nomen, et tanquam regi aili à Domino regis eura mandatur. Tantùm dicit propheta questum esse, non constitutum regem alium pro Saule. Sed illud videtur hujus cogitationi incommodare nonnulli, quòd etiam Deus præcepisse dicitur illi viro, ut esset dux super populum suum. Quod indicare videtur, non solum designatum in posterum, sed etiam constitutum esse regem Davidem. Huic objectioni occurrit satis Scripturæ consuetudo, que id factum dicit, quod proximum est ut fiat. Quomodo Christus, Matth. cap. 9, de puella jam mortuâ dixit: *Non est mortua puella, sed dormit*, quia mors illi quasi somnus fuit, à quâ non aliter excitata fuit puella, quàm à somno dormiens. Qui loquendi modus nascitur ex illa Hebraeorum consuetudine, que in comparationibus mutare solet similitudinis formam. Quare sicut hujus loci ea sententia est, puellam perinde se habere atque si mortua non esset, et habere se perinde ac si à somno esset, non à morte correpta; sic etiam vitum, nempe Davidem sic esse regno proximum, ac si jam Deus illi præcepisset, ut regi susceperet curam. Aut si navis, dicimus Samuelem locutum esse more prophetico, et propter rei certitudinem se firmitatem, pro futuro tempore adhibuisse præteritum.

Quod autem hoc loco Saul non fuerit exturbatus è regno, sed tantum de ipsis jacturâ minaci fuerit vaticinio percutus, docet Abulensis q. 11. Primum, quia cap. 15, illud est Sauli mandatum à Samuele negotium, quod ab uno rege aut supremo rege administrandum videbatur: *Vade et percuti Amalec, etc.* Deinde quia aliter hic loquitur propheta, cum cap. 15, cum secundo à Saule peccatum est. Hoc enim loco tantum audit Saul: *Nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsit Dominus vitum* qui avait d'abord saisi les bestilles, ni leur desertion.

Saul n'ordonna point d'offrir le sacrifice, il l'offrit lui-même. Pourquoi ne le pas faire offrir par Achis et par les prêtres? Il fut donc repris par Samuel avec raison. Il n'est pas vrai que Samuel ait déclaré Saul digne de la couronne. Il lui dit: *Si vous avez été fidèle à l'ordre de Seigneur, si vous n'avez été infidèle à la parole, à perpétuité, mais elle ne subsistera point chez vos descendants.* En effet Saul conserva la couronne jusqu'à la mort.

Il est faux que Samuel ait usurpé la dignité de grand-prêtre: Achis en était revêtu dans le temps dont nous parlons. Enfin il est faux que Samuel ait violé la loi de Moïse; elle ne défendait point à un prophète d'offrir des sacrifices: elle ordonnait au contraire à la nation d'obtenir aux prophètes. (Duclot.)

justa cor suum. At cap. 15, post alterum peccatum, verba sunt duriora multo, quaeque reprobationem significantius indicant, v. 25: *Pro eo quod projecisti sermonem Domini, projecit te Dominus, ne sis rex super Israel.* Et v. 28, aperte dicit Samuel, ideò Saulem excidisse regno, quia non obediisti, inquit, voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec, etc. Cum verò in priori peccato Samuel à Saule non recesserit, quia ex Galgais ad Gabaa usque comitatus est, in posteriori tamen tanquam jam reprobato ita recessit, ut illum ad diem usque mortis amplius non viderit, cap. 15, v. 35. Adde, quòd hoc ipsum jam antea dudum predictum fuerat à Balaam, Num. cap. 24, v. 7: *Tolle tur propter Agag rex ejus, et auferetur regnum illius.* Ex quibus aperte, et meo judicio verè coniectat Abulenſis, si non accessisset secum Agag, propter primum peccatum de septendialia expectatione non fore Saulem detrahendum à regno, quòd superiores rationes non difficile suadent. Accedit praeterea illa omnium fortasse gravissima, quia usque ad peccatum de dimisso Amalec, omnia Saulem ceciderunt ex voto; post verò, omnia prorsus cecidere contraria, ut suis locis manifestè constabit.

Juxta cor suum. Hunc locum adduxit Paulus, Act. 15, v. 22, ut nonnulla addit explicatius, ut opinor, gratia, quae hoc loco non sunt: *Amos, inquit, ille (nempe Saule, à regno evulsus) illis David regem, cui testimonium perhibens dixit: Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Haec nos pluribus explicamus super Acta, quae huc repetere libet, quia quid hic addam, quod magis referat, nihil succurrit; et satis, ut reor, ibi laboratum est, in explicando vero atque germano sensu.

Sic igitur nos illic: Ideò David secundum cor Dei esse dicitur, quia ea quae volebat cor Dei, volebat cor Davidis, et exequabatur ea. Et haec opinor sententiam esse propriam atque germanam, quia Saule, qui minus Deo obsequens fuit, opponitur David divinae voluntati obsequentissimus; et ostendit ipse Dominus qui statim subdit: *Qui faciet omnes voluntates meas.* Quae verba, juxta sacrae Scripturae morem, fortasse per ephegesim, sunt explicatio verborum precedentium: ille enim est secundum cor Domini, qui totum se ad ejus voluntatem finxit, et quò illam expleat, negavit suam. Talis verò non fuit Saule, qui non tam Dei consilio, quam suo arbitrato rem moderabatur bellicam et publicam.

Haec porro extrema verba in l. 4 Reg. supra, non sunt; sed non est dubitandum fuisse à Deo dicta, sicut alia multa, quae à sacris et canonice historicis omiſsa sunt, et ab aliis posterioribus addita. Vile quae diximus in illud Act. c. 1: *Quia Joannes quidem baptizavit aqua. Est autem mihi maximè probabile, sermonem hic esse non de omni voluntate Dei, sed de illa quae ad regni bellorumque administrationem pertinebat, ut ex causis reprobatu Saulem facile coniectur. Ed, inquit Samuel, quòd non erraveris quae praecepit Dominus. Praeceperat autem, ut habetur c. 10, ut expectaret septem diebus in Galgais. Ubi observandum, hoc esse primum praeceptum, quod Saulem jam regi impositum est; et ideò ejus violatio tam severè munita est. Nam quemadmodum primus homo punitus omnibus hominibus documento fuit, quam Domino peccata displiceant, sic etiam qui primus regiam dignitatem obtinuit in populo Dei, omnibus regibus ostendit, propter inobedientiam spoliatus regno, quam gravia sint regum peccata. Hujus ergo inobedientiae opponitur obedientia Davidis, qui specialia ipsi in publicè gubernatione mandata proposita tam promptè et constanter exequutus est. Fuerunt tamen alio Dei voluntates, à quibus recessit non semel David, propter quae expertus est Deum severum vindicem. Probat Bersabee adulterium, Uris caedes, populi numeratio. Sed haec non fuerunt contra praecepta uni Davidi regi praecipua, sed omnibus hominibus communia.*

Haec explicatio magis mihi videtur ad litteram, licet alia etiam occurrat non aliena, juxta ea quae Act. c. 4, notata sunt, ad illud: *De omnibus, à Theophilo.* Nam si in magno numero paucæ delinquant, universè aliquid dicitur fieri. Sic hoc loco, quia David divinae praecepta in corde abscondit, ne peccaret, eoque toto vitæ tempore accuratissimè servavit, etiamsi aliquando graviter offenderit, omnes tamen Dei voluntates, ex Scripturae more fecisse dici potest. Nam de eo dicitur 5 Reg. 15: *Ed quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus, quae praeceperat ei cunctis diebus vitae suae, excepto sermone Uris Bethai.* Ad perpetuum ergo vitæ tenorem respicere videtur Dominus potius quam ad unum vel alterum opus. Et in haec propè sententiam hunc locum accipiant Basilus, homilia de Penitentia, Augustinus in libro 8 Quest. ad Dulcium q. 5, ad initium. Hoc fortasse cor Davidis juxta cor suum significare voluit Deus, cum dixit Eccl. 47: *Quasi adeps separatus à carne, sic*

David à filiis Israel. Quasi dicat: Quemadmodum Deus in sacrificiis sibi ex tota victimâ adimplet vendicat, repudiatis aliis, sic totum sibi vendicat Davidem, quasi nihil haberet in eo quòd rejiceret.

VERS. 15. — SUBREXIT AUTEM SAMUEL, ET ASCENDIT DE GALGAIIS IN GABAA. Hinc constat, nondum fuisse Saulem reprobatum à Domino, quando illum Samuel non deseruit, sicut fecit postea in causâ Amalec; sed cum filio de Galgais profectus est in Gabaa.

42. *Et ait Saül : Mittite sortem inter me et inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.*

43. *Dixit autem Saül ad Jonatham : Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, et ait : Gustans gustavi in summitate virgæ quæ erat in manu meâ, paululum mellis : et ecce ego morior!*

44. *Et ait Saül : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia morte morieris, Jonathas.*

35. *Alors Saül bâtit un autel au Seigneur : et ce fut la première fois qu'il lui éleva un autel.*

36. *Saül dit ensuite : Jetons-nous cette nuit sur les Philistins, et taillons-les en pièces, de telle sorte qu'il n'en reste pas un seul au point du jour. Le peuple lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira. Alors le prêtre lui dit : Allons ici consulter Dieu en parant.*

37. *Saül consulta donc le Seigneur, et lui dit : Poursuivrai-je les Philistins? Et les livres-vous entre les mains d'Israël? A quoi le Seigneur ne lui répondit rien cette fois.*

38. *Alors Saül dit : Faites venir ici tous les principaux du peuple; qu'on cherche partout, et qu'on sache qui est celui par qui le péché est venu aujourd'hui parmi nous.*

39. *Je jure par le Seigneur, qui est le sauveur d'Israël, que si Jonathas mon fils se trouve coupable de ce péché, il mourra sans rémission. Et nul du peuple ne le contredit, lorsqu'il parla de la sorte.*

40. *Saül dit donc à tout Israël : Mettez-vous tous d'un côté, et je me tiendrai, moi et mon fils Jonathas, de l'autre. Le peuple répondit à Saül : Faites tout ce qu'il vous plaira.*

41. *Saül dit au Seigneur Dieu d'Israël : Seigneur Dieu d'Israël, faites-nous connaître d'où vient que vous n'avez point répondu aujourd'hui à votre serviteur. Si cette iniquité est en moi, ou en mon fils Jonathas, découvrez-le-nous, ou si elle est dans votre peuple, sanctifiez-le, en faisant connaître le coupable. Ensuite le sort tomba sur Jonathas et sur Saül, et le peuple fut hors de péril.*

42. *Saül dit alors : Jetez le sort entre moi et Jonathas mon fils. Et le sort tomba sur Jonathas.*

43. *Saül dit donc à Jonathas : Découvrez-moi ce que vous avez fait. Jonathas avoua tout et lui dit : J'ai pris un peu de miel au bout d'une baguette que je tenais à la main, et j'en ai goûté, sans avoir la défense que vous en aviez faite; et me voici prêt à mourir.*

44. *Saül, sans avoir égard à son ignorance, lui dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si vous ne mourez aujourd'hui, Jonathas.*

45. *Dixitque populus ad Saül : Ergone Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est, vivit Dominus! si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus est hodiè. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.*

46. *Recessitque Saül, nec persecutus est Philistiim : porrò Philistiim abierunt in loca sua.*

47. *Et Saül, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos ejus, contra Moab, et filios Ammon et Edom, et reges Soba, et Philisthæos; et quicumque se verterat, superabat.*

48. *Congregatoque exercitu, percussit Amalec, et eruit Israel de manu vastatorum ejus.*

49. *Fuerunt autem filii Saül, Jonathas, et Jessui, et Melchisua : et nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, et nomen minoris Michol.*

50. *Et nomen uxoris Saül Achinoam, filia Achimaas : et nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saül.*

51. *Porrò Cis fuit pater Saül, et Ner, pater Abner, filius Abiel.*

52. *Erat autem bellum potens adversum Philisthæos omnibus diebus Saül. Nam quemcumque viderat Saül virum fortem, et aptum ad prælium, sociabat eum sibi.*

VEES. I. — *ET ACCIDIT QUADAM DIE, ET DICERET JONATHAS FILIUS SAUL AD ADOLESCENTULUM AMMONIENEM SUUM : VENI, etc. Exierant è Philistinorum castris tria agmina, ut ex circumfuis locis prædas agerent, ut paulo ante dictum est. Quod, ut Josephus tradit lib. 6. Ant. cap. 7, videbat Saül et Jonathas ex oppido Gaba, dolebantque quòd diripi viderent miserorum bona, neque tamen illis possent esse subsidio, cum exiguis haberent et inermes copias, quas et illis agminibus opponerent, et castris, quæ proximè magno numero con-*

45. *Le peuple dit à Saül : Quoi donc? Jonathas mourra-t-il, lui qui vient de sauver Israël d'une manière si merveilleuse? Cela ne se peut : nous jurons par le Seigneur qu'il ne tombera pas sur la terre un seul cheveu de sa tête; il a agi aujourd'hui trop visiblement avec Dieu. Le peuple délivra donc Jonathas, et lui sauva la vie.*

46. *Après cela, Saül se retira sans poursuivre davantage les Philistins; et les Philistins s'en retournèrent aussi chez eux.*

47. *Saül, ayant affirmé son règne sur Israël, combattait de tous côtés contre ses ennemis, contre Moab, contre les enfants d'Ammon, contre Edom, contre les rois de Soba et contre les Philistins; et de quelque côté qu'il tournât ses armes, il en revenait victorieux.*

48. *Ayant assemblé son armée, il défit les Amalécites, et délivra Israël de la main de ceux qui pillaient toutes ses terres.*

49. *Saül eut trois fils, Jonathas, Jessui et Melchisua; et deux filles, dont l'aînée s'appela Mérob et la plus jeune Michol.*

50. *La femme se nommait Achinoam, et était fille d'Achimaas. Le général de son armée était Abner, fils de Ner et cousin germain de Saül;*

51. *Car Cis, père de Saül, et Ner, père d'Abner, étaient tous deux fils d'Abiel.*

52. *Pendant tout le règne de Saül, il y eut une forte guerre contre les Philistins. Et aussitôt que Saül avait reconnu qu'un homme était vaillant et propre à la guerre, il le prenait auprès de lui.*

COMMENTARIUM.

sederat. Tunc autem Jonathas infans parente, neque illo consilio præter adolescentem amigerum, statuit aliquid esse tentandum, quo viam sibi ac populo aperiret ad salutem, de qua ætium jam esse videri poterat. Quare ne à suis videri posset, aut ab hoste sentiri, nocturnum captavit tempus, ut tradit Josephus, et probat Abulensis; alioqui sensisset aliquis à populo : tempus autem, ut putat Josephus, fuit sub auroram, quod multis probat Abulensis; primum, quia lucente jam sole non videretur res tam posse administrari feliciter;

deinde quia si adulto jam die turbata forent Philistinica castra, non videbantur ea omnia fieri potuisse, quae hic facta narrantur.

VERS. 2. — PORRO SACUL MORABATUR IN EXTREMA PARTE GABAA SUB MALO GRANATO (1). Non hic laboro de malo granato, et quomodo sub illius umbrâ condesse dicatur, aut tabernaculum fuisse castris. Neque enim aliquid aliud esse puto, quam locum qui à malo granato, seu ab illius plantâ quae eo in loco insignis aliquando fuit, nomen accepit. Sicut alia multa loca tum in profanâ, tum in sacrâ historia. Sic locus, ubi Davidis fuit cum Goliath singulare certamen, vocatus est *vallis Therobinthi*. Sic à malo granato nomen habet *collis Remmon*. Sic apud Romanos *Ruminantia* fuit. Apud Hispanos innumera sunt oppida, quae ab arboribus habent antiquissimum nomen. Sane in Hispaniâ Bethica urbs est quaedam nobilissima, quae ab arbore punicâ, aut ab ejus pomo *Granata* nominatur. Est, credo, hoc malum granatum, locus ille, ubi sexcenti viri condeserunt, Judic. 20, v. 47, qui erat propè Gabaa, qui vocatus est, *Petra Remmon*, id est, *collis*, aut *scopulus mali granati*. Quod ideo puto, quia locus ille multissimus erat, et sexcentorum virorum capax, ut docet historia, de qua proxime. Quia verò ubi collis sunt, ibi etiam vinea esse solent, ideo puto hoc *Remmon*, quod *malum granatum* significat, habuisse non solum collem saxosum et inutilem, sed etiam latus aliquod consitum vitibus. Id sumo ex 1. 4. Paralip. cap. 6, v. 69, ubi ex tribu Benjamin data Levitis traditur *Geth Remmon*, quod idem valet, quod *torcular Remmon*, id est, *malo granati*. Divinamus, fateor, in his; sed haec conjectura, nisi me ipsum fallo, levis non est.

VERS. 3. — ET ACHIAS FILIUS ACHITOB, FRATIS ISABAHO, etc., PORTABAT EPHOD. Sicut antea sub Heli, cum res Israelitica premeretur angustè, adducta fuit in castra contra Philisthaeos arca Domini ex Sile, supra, c. 4, sic etiam nunc secum adduxerat Sacerdos ex Carithiarum, v. 48. Atque ideo summum sacerdotem habebat in castris, qui astartet arce, et Deum in re quavis ambigui consuleret. Erat autem eo tempore sacerdos Achias, qui alio nomine dicebatur Achimelec, filius Achitob, filii Phinees, qui tunc cecidit, quando capta

(1) SUB MALO GRANATO QUAE ERAT IN MAGDON. Septuaginta pro *Magdon* legunt *Magdon*. Ita verò reddi potest Hebraeus: Sicut morabatur in finibus Gabaa, sub Remmon, quae erat in Magdon. Nomen Remmon sonat malum punicum. (Calmet.)

fuit à Philisthaeis arca; quare hic pronepos fuit Heli, et pater Abiathar, qui ultimus ex genere Heli et ex familia Ithamar summum obtinuit sacerdotium.

VERS. 4. — ERANT AUTEM INTER ASCENSUS, PER QUOS NITEBANTUR JONATHAS TRANSIRE AD STATIONEM PHILISTINORUM, EMINENTES PETRAE EX UTRAQUE PARTE, etc. Qui aliquid sibi metuntur ab hoste vicino, illa maxime obsident loca, quae hosti sive in urbem, sive in castra aditum aperiunt. Si quid praeterea est aut præruptum, aut incisum salebris, id satis putant naturâ suâ habere praesidium, neque opus esse sive ab hominibus, sive ab aggerè et vallo monumentum opponere; quae res, ut ex antiquis atque etiam recentibus constat annalibus, frangi multò et exigio fuit. Multi enim relicto aditu, qui, nisi obsiderentur hostes, aut opposito moles, esset expeditus et facilis, per illa loca sibi ad securos hostes iter expeditum, quae natura sive videbatur obstruxisse, ut nullâ vi perirumpi, nullo artificio superari posse viderentur. Sic per profundissimam flumina, et per alveum non ante vadabilem, per acuta saxa scopulosque præruptos eruperunt aliquando strenui atque audaces homines, et incautos homines oppresserunt. Hoc igitur consilium invenit Jonathas, qui cum non posset intò Philistinorum agmen adoriri, locum elegit scopulosum et arduum, qui existimabatur nulli pervius fore mortalium. Neque illum sua spes ad cogitatio fefellerit; nam turbavit exercitum, et favente Deo sic periculi securum hostem inopinatio impet, ut penè perdidit.

NOXEN UNI BONES, ET NOMEN ALITERI SENE. Sicut à malo granato vocatus est locus ille *Remmon*, de quo supra, sic etiam duo hi scopuli ab eo quod in ipsis praecipuum erat adque venaculum nomen accepere. Erat, opinor, scopulorum alter speciosus propter flores quos aut habebat, quo tempore haec gesta sunt, aut habuit olim, quorum causâ nomen illi inditum est. *Bones* enim Hebr., idem valet quod, *flor* in eo. Alter fortassè cinctus erat rubis, sicut mons Sinai, qui etiam vulgò dicebatur *Sene*, quod *rubrum* significat (1).

(1) QUAE MYSTICÈ explicans Boda: « Quia, » inquit, non minus florente quam adversante, et pungente mundo, sanctorum ascensus impeditur, et ut vel corpore vel corde deficiat, ab infatigabili hoste pulsatur. » (Cornel. à Lap.)

VERS. 6. — AN STATIONEM INTRAVISSE VIDERENT. Intravisse agens summum contempniti habebant Hebraei, ut Scriptura penè universa probat: abhorrebant ab illis perinde ac à pro-

VERS. 9. — SI TALITER LOCUTI FUERINT AD NOS: MANETE DOMÈG VENIAMS AD VOS: STENUS IN LOCO VOSTRO (1). Hoc loco quaerunt interpretes, unde cognoscere poterit Jonathas hoc esse salutare signum, aut secus; an allatu id didi-

janis et immundis. Viessim autem pagani Hebraeos, uti gentem superstitiosam et risu dignam habebant, *Accititas*, *Vepus*, *Apellat*.

SI FORTE FACIAT DOMINUS PRO NOBIS. Si nobis favere, opem praestet et juret. In his omnibus tentare Deum Jonathas videtur, ambigens loquitur: *Si forte faciat Dominus pro nobis*. Sed phrasis haec non semper ambiguitatem mentis significat: indicat enim tantummodo rem quae petitur, et quam quis molitur, vires ejus suscipere; à Deo pendere; quom proinde non è virtutibus ac meritis suis expectat. Satis ex eventu intelligimus, Jonatham nihil praeservisse, non rationem rei agenda, non tempus non circumstantias, non exitum ejus, ad quod impelli sese intus sentiebat. Ambiguitatem hanc suam hic exprimit. Cum autem inferius praescribere Deo videtur signum, vel indicium voluntatis illius, merito reputaverimus, eundem spiritum, qui consilium et rationem illius implendi dicitur, tacite pariter inspirasse ea quae à Deo postularet. Perinde autem verba Deo pressa, ut rationem aperiat, veluti oblativa ejus hic recitata accipienda sunt, quae sibi agendum esse velit, quemadmodum Elizer Abrahami servus Dominum rogabat, ut signo aliquo sibi indicaret sponsam quam Isaac destinaverat; et Gedeon postulavit à Deo certam missionis suae documenta. Si quis in ea re Jonatham reum agat, damnat pariter necesse est Egeriam, qui prodigia antiquam pergeret in Aegyptum, postulavit. (Calmet.)

VERS. 7. *Allez au vous vendrez et je vous servirai partout*. L'écuyer de Jonathas, dit saint Grégoire, est une excellente figure de ce qui doit faire une personne qui, ayant trouvé un homme de Dieu pour la conduire, ne pense plus qu'à lui obéir. Car nous voyons que ce fidèle serviteur est si attaché au prince que Dieu lui avait donné pour maître, qu'il ne distingue en aucune sorte les commandements qu'il lui peut faire, qu'il est prêt à tout, et qu'il ne se réserve que le soin de savoir ce qu'il lui désire. *Allez, lui dit-il, tout ce qu'il vous plaira; allez en vous vendrez à je vous servirai partout*. C'est là l'image de certains Chrétiens, qui, ayant Dieu pour maître, ne se mettent en peine que de connaître sa volonté; qui lui disent toujours: *Mon cœur est tout prêt, Seigneur, mon cœur est tout prêt; et qui suivent l'Agneau partout où il va*. (Sacy.)

(1) VERS. 9. — *Jonathas dit à son écuyer: Si les ennemis nous disent: Venez ici, allons-nous, et assurons-nous que Dieu les aura livrés entre nos mains*. Ces paroles nous font voir, selon Théodoret, que ce prince ne voulait agir en cette rencontre que par l'ordre de Dieu, et qu'il avait appris de lui que cette réponse des ennemis serait une marque infallible que Dieu le protégerait, et qu'il pourrait sans témérité attaquer avec son écuyer seul toute une armée parce qu'une main toute-puissante combattrait pour lui. (Sacy.)

cerit divino, vel humanâ id conjecturâ praesenserit. Josephus putat allatum praecessisse divinum (1). Hoc loco quaerunt interpretes, unde cognoscere poterit Jonathas hoc esse salutare signum, aut secus; an allatu id didi-

— Hoc autem signum Hebraeorum mirò statuit Jonathas, quia videbat similia facta ab illius populi principibus, et Deum illorum vult et postulatis annuisse. Sic sanè servus Abraham, Genes. cap. 24, v. 15: *Ecce ego sto propè fontem aquae, et filiae habitatorum hujus cristianis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero: Inclina hydrum tuam, ut bibam, et illa responderit: Bibe, quia et camelis tuis dabo potum, ipsa est quam praeparasti servo tuo Isaac*, et per hoc intelligam quod feceris misericordiam domini meo. Et Judic. 6, Gohon signa petit, quibus imperi sui auctorem esse Deum agnosceret; et cap. 7, v. 9, signum habuit huic in ejus explicatione versamur, quam simul sumus. Eadem nocte dixit Dominus ad Golegchem: *Surge, et descende in castra, quia transfraus eos in manu tua; et cum amieris quid loquantur, tunc confortabunt manus tuae, et securior ad hauriam castra decedentes*. Hic Jonathas non videtur incognita; quorum exemplo incitari poterat, ut experiret eadem, et talia signa, aut proponeret sibi, aut oraret à Domino; nam, ut diximus, jam agnoscitur et ardebat interitis, ut aliquid aggrederetur humanarum virum facultate majus. Est aliquid simile in fabulis, quae fortassè, ut alibi saepe, ex verâ atque canonica historia exordium habuere. Narrat in lib. 9. Aeneid. Maro, ardorem quemdam concepisse juvenes praclarum aliquod opus et immortale tentandi; tale videt-

licet, quale nunc uno tantum stipatus puero Jonathas aggressus est. Sic autem Maro: *Nixus ait: Dicit hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua coque Deo fit dira cupido? Aut pugnam, aut aliquid jandaulon invadere magnum*

Mens agit mihi, nec placidæ contenta quiete est. Cernis, quæ butulos habeat fiducia verum: Lamina rura micant; somno rivoque sepulsi Prociudæ; silant laud loca. Percipio porro, etc. Tentasse dicuntur tunc hi adolescentes eadem, quæ Jonathas et armiger ipsius, sed prostris exitu dissimili.

Uc addendum: Bonum scpe his hominum cogitationibus respondere, et temperare sortes, quæ mittuntur in signum. Quæ de re vide S. Thomam, 2, 2, q. 95, art. 7, ubi exemplum Gedeonis adducit, et Eliezer servi Abraham: et idem dicitur de Jonathâ, qui hoc signum accepisse videtur à Deo, sicut de Gedeone dubitare non licet. Et de Jonathâ illud ubi argumentum est, quod v. 10, dixit ad armigerum Jonathas: *Si dixerit: Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris.* Sed licet sibi prius accipiant homines à Domino, ipse tamen solet temperare sortes, ita ut, quod illi querunt, sine errore compariant. Prover. 16, v. 33: *Sortes mittuntur in signum, etc.* Sortes porro dicuntur non solum quæ sibi nomen primum atque præcipuum vendicant, in quibus mirum casus et fortuna dominantur, sed etiam omnia quæ prædunt et annuntiant, quæ humano consilio explorari non possunt: quæ sunt oracula, omnia, auguria et alia damna et vana commenta, seu deliramenta gentium. Sanè sortes appellaverunt antiqui *delphica consilia*, et quæ ipsi divina putabant esse responsa. Sortes l. 2 de Divinat. Cicer. vocat, quæ vaticinatione funduntur. Pro oraculis sumpsit Horatius in Aric: *Dicitur per cambium sortes.*

Et Virgilius sæpè; lib. 4. *Aeneid.*:

Italiam Lycia jusserit conspescere sortes

Et lib. 6, ad Sibyllam *Aeneas*:

Ille ego nuncque tuas sortes, arceaque fato

Dicta mea genit pœnam.

Idem lib. 7:

Non patitur ex adyto sortes, non plurima celo

Monstra tinnunt.

Et Apollinis oraculum Cicerò supra, *sortem* appellavit. Nam cum fors, inquit, illa dicitur est opulentissimo regi Asia:

Hælyn traqueus magnam secretis opum vim;
et hostium vim sese perversum putavit, per

vertit autem suam. Idem censet Dionysius de Eccl. Hierarch. c. 3, p. 5, de sorte quæ Matthiam designavit apostolum. Videtur, inquit, mihi Scriptura sacra sortem appellasse divinam quiddam et præcipuum numeris, per quod choro illi sacerdotum insinaretur quis esset divinis electione declaratus. Hæc ego idè dixi, quia illa omnia quæ sortium sibi nomen adseiscunt, Deus temperare, et quæ interdum fiunt non admodum pie, ita moderari solet, ut effectum illum sortiantur, quem aliqui notâ, aut significatione designant, non saltem ad sanctorum vota, et eorum qui veram religionem colunt, sed et gentium, et quorum mores avertere potius quam divinum firvum advocare poterant. De piis sunt illa exempla Eliezer, Genes. 21, et Samuelis de eligendo Sathâ in regem, supra cap. 10, et Sathâ statim vers. 42, et Josue cap. 7, fors Achan anathematis rem morte damnatit. De gentibus est illud in primis, Jonæ cap. 1, quo Jonas *veritibus* inventus est tempestatis causa, quæ sine dubio temperavit Deus. Et illud Ezech. cap. 21, ubi sorte Nabuchodonosor in luctu positus de exercitiis sui progressionis consulit, quas Dominus videtur temperasse, quæ ipse non semel se illius exercitiis ducere vocat. Alia sunt plurima hejus generis in profana historia; etiam tamen adducim, quæ ad hoc Jonathâ parallelum est. Herod. lib. 5, in principio: *Æ Pæones*, inquit, qui sunt à Syria et Perinthiis inferrent, et si quidem à Perinthiis ex adverso considerentibus provocarentur, et nominatim compellantibus, eos invaderent, et si minus, ab invadendo abstinerent. Plura nos de *sortibus* ad cap. 1 Actor, et ad cap. 21 Erzech. Plurima Serarius in cap. 7 Josue, et Martini de el Rio lib. 4 disp. Magic. Hos, si placet, lego, seu præcipuum sanctum Thomam, 2, 2, q. 95, ubi hæc de re multa.

Vers. 11. — *EX HæC ET* PORTICULUM DE CAVERNIS, IN QUIBUS ASCENDITUS FUERANT. Hoc primum commodè accidit Jonathæ viam illam rediit et inquisivit tentasse, ne cum appeteret hosti Philistinum, existimarentur alderit castra; sed potius egressi de cavernis necessitate compulsi, et hosti se dederent, aut alios ob causas, quæ procul aberant ab hostili congressu. Nomen autem Philistinæ, sudente metu, diffugisse Hebræos, et in montium cavernis latuisse; tunc cum ex montium scopulis apparent, quod licet nondum illuxisset, videre tamen obscurè poterunt, precepisse putant

et cavernis; atque idè cum procul essent, clamant advocante ad se, quasi ad novum aliquod spectandum. Sive, quod putat Lyra, nec improbat Abuleus et Hago, cum viderent Palestini Jonatham huc et illic errantem, quasi aliqui quæreret, illi cum irrisione dicunt: Venite ad nos, et ostendemus id quod tanto studio queritis, nempe mortem. Quod multo Palestini dicunt, dixerunt aliquot post annis Assyrii ad habitatores Bethulæ, Judith. cap. 14, v. 12: *Egressi mores de cavernis salis, aut sunt provocare nos ad prælium.* Accipiunt illi omen, et per acuta saxa descensusque præcipites reptantes, ad castra usque Philistinorum erant.

Illud hic observandum, dictum prius à Philistinis: *Ascendite ad nos*; et deinde à Jonathâ, *ascendamus*, cum tamen, ut apparet, potius descendendum esset, quam ascendendum, eam in campestri loca metati forent castra Philistinæ, et ipsi dentatos illos scopulos ascendissent, per quos esset ad stationem hostium transeundum. Quidam ascendisse putant Jonatham ad locum sublimem, et quasi ad scopulorum fastigium; quod mihi placere non potuit, quia ex loquendi modo non colligitur montium juga tenuisse Philistinus; neque illa tanta multitudo non solum equorum, sed et currum in arduis angustisque locis considerè poterat, imò neque ascendere. Deinde quis non sit timebat magna illa multitudo exiguis et firmes acies Hebræorum, ut non auderet metari castra in locis planis atque campestribus. Quare potius existimo, id certum esse ex Hebræorum infirmitate, qui tam *ascendo*, quam *descendo*, simpliciter sumunt pro *venio*. De *descendo* est apertum exemplum, cum ad montem venisset, imò et ascendisset David: ad montem tamen descendisse traditur, 1 Reg. 33: *Et mittitur est David, ut in monte descendit ad peram.* Sive illam ascensum pro *descendo* ponitur, 1 Reg. 29, vers. 4; dixerunt servi Achis de David: *Non descendet nobiscum in prælium*, qui statim v. 9, dixisse traditur: *Non ascendet nobiscum in prælium.* Sed est exemplum hinc: quanshollunim hoc ipso libro cap. 17, ubi milita locis Goliath ascendisse dicitur, ut lacerasset hostes ad singularem certamen, et exprobraret agnibus Israel; qui tamen potius descendebat è montibus, quam ascendebat ad montes. Ut enim constat ex v. 5, tam Philistinæ, quam Israelitæ in montibus ex adverso constiterant; quos utrinque interjecta vallis Terebintii dividebat. Quod

si jam utraque acies ad vallem Terebintii descendebat, nihilominus Goliath dici non poterat *ascendisse ad hostes*, sed potius *appropinquasse*, juxta hæc potio hoc etiam loco *descendere* nihil esse aliud quam *venire*, *appropinquare*, *accelere*; aut aliquid simile (1).

Vers. 15. — (2) ALII CAVEBANT ANTE JONATHAM, ALIOS ARMIGER EPUS INTERFICIEBAT. Minus est, quod Virgilius fabulosè ac falsè *Aeneid.* 9, fluxit de duobus adolescentibus in Tyrrhenorum castris, quum quod verè de Jonathâ atque armigero quam verissimè in Philistinorum acie scera prodit historia. Quod sane ejusmodi est, ut illa sacra interesset auctoritas, aliquid fortissè fabulosum poematum signum videretur. Quæritur auctoritas, quomodo hæc strages tanta primùm à duobus, deinde ab ipso Philistinis in se ipsos motu scævilibus contingere potnerit. Alii alter conficiant et judicant, sed dividunt omnes; quod necesse est, quando ejus rei nullum apparet in Scripturâ vestigium. Quod ad duos attinet, Hago secutus Josephum, dicit Jonatham multè locum, et recessisse eò, in quo à vigiliis atque custodiis visus fuerat, et divertisse in alium, unde hostes dormientes et securis invaderet, atque illos vigiliis homines securi atque turris faciliè à duobus strenuis et vigilantibus occidat potuerit. Conjectura non displicet; eò majus

(1) VERS. 12. — ASCENDITE AD NOS, ET OSTENDENS VOS RUM. EXERCITIIS ILLAS, QUI JONATHAM PROSPETERUNT, OPUS EST IN RUPE SEPTENTRIONALI FUISSE CONSTITUTAS; JONATHAM ENIM, UT ASCENDERET, INVADITUR, ILLI QUIDDAM OSTENSURE, ID EST, FACTURE, IN MALO VNO INTELLIGERET, QUID TEMERITATE SUÆ PROCESSISSET; VEL FORTE SPONDENDUM SE, CUM ILLO ALIQUID LOCUTURUS, QUOD AB ILLIS DICITUM EST VEL UT VIRO ILLUDERET, VEL UT AD SE EVOCARET. NARRAT HERODOTUS HISTORIUM POSTERÆ HÆC PERSUASUM: PÆONES, INDIETO PERINTHIBUS BELLO, JUSSE SUUM AB OPERULO HOSTES NON AGGREDI, SED EXSPECTARE UT AB ILLIS PROVOCARENTUR, ET CAVERE NE ANTE PROVOCATIONEM MINIMUM COUSERERENT. ALIQUANDI IN CONSPECTUM VENIRE, dilatant esse inquam quid certamen, donec Perinthii hostes invaderant ad prælium: statim illi certamen acciperent, consertisque manibus victoriam retulerent. (Garnet.)

(2) ASCENDITUS VIDERI JONATHAS MANIBUS ET PÆONIBUS REPTASS, HEC PRÆTULIT RAPIDISSIMA MYSTICE S. Greg. *in manibus*, inquit, opera solent et significari. Reptat manibus pastore, quando peccatoribus viam non profert salutem; vebit, et ad exemplo conversationis; Et inferias: Bene, inquit, reptans ascendere ad stationem Philistinorum dicitur, quia ad destruenda vitia pervenire ille doctor potest, et qui peccatores arguit humilitatis ostensionem, et magna charitatis affectione demulcet. (Corn. à Lap.)

aliquid hic videre videor, de quo mox, cum de reliqua strage dixerō.

Quod ad eadem illam attinet, quam sibi ipsi intulerunt hostes, dum ferrum in cognata aut foderata viscera convertunt, eam rationem adducit Lyra ex Josepho, quod videlicet offusa est repente nebula, quae lucem eripuit Philisthais, ita ut neque hostes agnoscerent, neque suos aut contribulatos, aut auxiliores; quare cum viderent grassari inter suos hostile ferrum, rati inimici acies eō irrupisse, quasi hostes forent foderati ac socii, in illos infensis gladiis irruchant. Resoluit Lyra hanc sententiam, quam dicit esse Josephi; sed revera Josephi non est; neque ratio quam contra adducit Lyra, nimirum premit sententiam illam, cuiuscumque sit. Alii enim, si nebula tantum foret, nullum esse miraculum, quia naturale est sub illud tempus nebulam attolli et obscurare locum. De miraculo post dicemus; sed neque miraculo vacat, cum extensis sidum esset caelum, ita ut duo homines, cum longe essent et inter scopulos, videri potuerint; repente tamen offusum esse caliginem, ita ut neque duo hostes cognoscere, neque amici et commilitones poterint ab hoste distinguere. Præterea, neque illa nebula impedimento esse Jonathæ potuit, quominus certa foret in hostem petito, neque enim necesse fuit aut faciem hostium aut adversaria militie signum videre, dimisso morem aliquam et speciem hominis videret, quod nebula densior non vetaret. Sciebat enim præter unum armigerum reliquos esse hostes, à quorum corporibus aberrare petito non poterat. Illa gravior ratio, quam extremo loco adducit, quia si obscura esset nebula in Philistinorum castris, non esset pugna, et strata hominum multo à speculatoribus cognita. Et hæc ob causam hæc, cuiuscumque fuerit, cogitatio non placet.

Aliam causam adducit Lyra, nempe genus quoddam cæcitas, quam Græci vocant ἀσπασία, id est, non visionem, aut ereptam videndi facultatem circa rem illam quam esse notam maxime oportuit, aut quam quis videre maxime studet. Quæ ἀσπασία, seu cæcitate percussa existimantur Sodomitis, qui cum alia viderent, ostium tamen domus Loth videre non poterant. De quibus Augustinus lib. Quæst. in Genes. c. 43, et de Civit. lib. 22, cap. 19: «Cum aliquid, inquit, non videtur, quamvis adsit, à quibus alia, quæ pariter adsunt, videntur: sicut illam claritatem dicimus

« affuisse non visam, à quibus alia videbantur, ἀσπασία Græce dicitur, quod nostri interpretes latine dicere non valentes in libro Geneseos, cæcitatem interpretati sunt. Hanc enim passi Sodomitæ, quando querebant ostium justi viri, nec poterant invenire. Quæ si cæcitas fuisset, quæ sit, ut nihil possit videri, non ostium, quo ingrederentur, sed duces itineris, à quibus inde abducerentur, inquirerent. » Talis fuit cæcitas quæ percussa sunt Syri lib. 4 Reg. cap. 6, qui cum alia viderent, tamen Samaritanos non videbant, et in mediam civitatis plateam inducti sunt, quasi ad eam rem forent omnino cæci; neque agnoverunt Elisæum quem querebant, quemque antea et sæpè viderant, et probè cognoverant. Sic ergo videtur hoc loco contigisse: videbant quidem Philisthæi alia omnia, videbant armata corpora et ad pugnam intentas; non tamen cognoscebant, quod eo tempore maxime illis foret ex usu, an hostes essent, quos ferro peterent, an socii, pro quorum salute enim hoste pugnarent. Hæc sententia mihi vehementer placet, fiet illam acriter Abulensis impugnet. Sed non video quid huic sententiæ, quemadmodum à nobis explicatur, opponi à quoquam possit, quod illam valde premit; licet illa, quam Abulensis adducit, non sit aliena à re ipsa, turbationeque castrorum, quam ipse magis probat, quia turbatio, quæ fuisse dicitur in hostium castris, non tam ab ἀσπασία, id est, oculorum certâ quâdam cæcitate, quam à perturbatione mentis et animi cæcitate contigisse videtur. Sed illa perturbatio atque tumultus idè fuisse dicitur, quia repentinus existimabatur Hebræorum adventus, et ubique audiebatur armorum strepitus, mortificationis clamor, et magnus ex repentâ illâ trepidatione tumultus.

Non displicet Abulensi Josephi conjectura, quam ego referre non gravabor, ut habeat lector quid amplectatur aut respiciat. Sic autem ille lib. 6, cap. 7: « Aggressi Jonathas et armigeri sopitos, viginti ex his interfecerunt, et totum exercitum stupore et consternatione repleverunt, ut abjectis armis in fugam se darent. Pietique verò non hostilitatem et inter se, quod ex multis gentibus conflati essent, pro hostibus se invicem invadebant, et cum non putarent duos tantum Hebræos in castra penetrasse, maturo Marte cadebant. Quisdam metu vulnere in præcipitium aut ipsi ruabant, aut ut fit in turba tumultuante, ab aliis protrudebantur. » Variè porro

gentes in Palestinarum castris esse docet et ingens multitudo, quæ ex tantâ illorum regione conlari non potuit, et quod in illâ pugna quam primum inii cum Palestinis Samuel, Tyriorum principes cum illis in Hebræorum exitum conspirasse dicuntur. Eccli. cap. 46, v. 20: «Contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistinum. Hos verò non desuisse Palestinis, cum illatas ulciscerentur injurias, statione suâ prius à Jonathâ percussis, verisimile est. Hæc Josephi conjectura, in quam magna ex parte descendit Abulensis, mihi difficilis non est. Sed illud de ἀσπασία, quod putabat Lyra, multò probatur magis. Quod etiam accidisse suspicor, quoties hostes dicuntur mutuis se vulvaribus concidisse, quod accidit sub Gedeone Judic. cap. 7, v. 22, et iterum sub Josaphat, Paral. 2, cap. 25. Aliquid simile narrat Pausanias in Phocicis paulò post medium, accidisse Gallis, aut Galatis, cum Apollinis Delphici templum compliare tentarent. Sed est, credo, in illâ narratione aliquid fabulorum.

VERS. 14. — IN MEDIA PARTE JUGERI, QUAM PAR DOCM IN DIE ARARE CONSUERIT. Jugerum spatium est in agro, quod nò die, quasi legitimo dimenso, per boum arat. In hoc spatio edita est illa viginti virorum caedes, quæ Palestinarum castra turbavit. Neque suspicor aliquid præterea aut tentasse, aut curasse Jonatham, cum jam assecutus esset quod volebat; neque judicaret tutum esse in castris eâ ratione confusus diutius permanere, cum arderent omnes et fraterent insanitâ, neque ab ullo abstinere armatas manus, quem obvium habebissent (1).

VERS. 15. — ET FACTUM EST MIRACULUM IN CASTRIS PER AGROS. Ubi Vulgatus miraculum, hebraicè est, charadah, quæ vox stuporem, terrorem, aut aliam quædam horrorem significat. (1) Ludovicus de Dion, recedens hic à cæteris interpretibus, opinionem illorum non nisi ex conjecturis poti contendit. Textum igitur ita reddendum censet: Interfecerunt viginti homines in mediâ fermè longitudine sulci, et in latitudine quanta continetur inter duos sulcos agri. Adè ut hostes tam nonerti aliter essent, ut opem sibi ferre invicem facillimè possent. Si verò communem interpretationem tenemus, quid est mirum, duos viros viginti hominum spatio sexaginta, vel quinque et triginta pedum longitudinis invicem? Textus ad litteram: Quasi in mediâ sulci paria agrorum. Quod vix aliter accipiendum est, quam de longitudine sulci ducti ab uno jugo boum in agro arandum. Persuasum igitur habeo, sacrum scriptorem speculasse tantummodo longitudinem sulci, non latitudinem agri, uti mallet Ludovicus de Dion. (Calmet.)

morem, aut trepidationem significat. Noster interpres miraculum reddidit, quæ vox non semper valet id quod naturæ exsuperat vires, et opus existimari solum divinæ virtutis, sed quod raro contingit, et licet naturæ sit opus, est tamen magnum. Quâ ratione moles illæ aut ingentes, aut miro artificio elaboratæ, quæ celebravit antiquitas, miracula dicuntur mundi; sic hoc miraculum vocari potuit, quia res fuit inopinata et rara; neque hoc nomen esset à re ipsâ alienum, etiamsi tantum in hominibus qui passi sunt, aut qui rem spectarunt, admirationem excitasset. Est enim miraculum admirationis, ut logici dicunt, objectum, aut unde oritur admiratio, et in hunc sensum hoc loco miraculum accipio. Ubi Vulgatus, in castris per agros, hebraicè est charadah hæc scilicet, id est, in castris, in agro. Quæ sic videtur expoi posse: In castris, quæ erant in agro; neque enim, ut diximus supra, in montium fastigiis, aut locis arduis videbantur Palestini metati castra, non potius tam in castris quam in agris; nam ut dicitur statim, v. 16, multitudo jacebat prostrata et hic illaque diffugiens. Tam igitur miraculum erat in castris, ubi tanta jacebat cadaverum strages, quam in fugâ, id est, per agros; cum tot viri tanta trepidatione ac celeritate, nemine persequente, diffugerent, et quasi instarent hostes à tergo, aut obstarent à facie, districto in socios mucrone bacchantur.

SED ET OMNIS POPULUS STATIONIS EORUM, QUI IERANT AD PRÆDANDUM, OBSTUPUIT. Hic locus ostendit, quid proximo sibi velit miraculum, nempe stuporem; id enim accidisse dicitur illi qui prædandi grati ex castris excesserant, quod aliis qui in castris interea subsiderant; ut enim hi obstupperunt, sic etiam illi, quare stupor ille mirabili compellatione significatur. Illi porro, qui ad prædandum alierant, aut fuerunt tres illi cunei, de quibus supra c. 15, v. 17, aut alii, qui ex castris ad proxima loca de more digressi, quicquid habent obvium, aut pecorum, aut aliarum rerum, ad militum usum necessarium, ad castra convehant; utrumque fieri potuit, utrumque verisimile. Neque illud incredibile, hos etiam, cum redierunt ex prædiis, eandem passos esse ἀσπασία, aut eandem insaniam, et eodem modo, atque alii, in suos commilitones fuisse bacchantos (1).

(1) ET CONTRIBRATA EST TERRA; ET ACCIPIT QUASI MIRACULUM A DYO. Hæc verba ad litteram: Et pavor fuit in prædiis, quod tenebat Mach-

ET FACTUM EST QUASI MIRACULUM A DEO. Hebraice, *le cherat Efabon*, id est, in miraculum Dei, seu in trepidationem et stuporem Dei. Aut quia miraculum illud, aut trepidatio magna fuit: non ex usu Scripturæ, quæ magna sunt, debet esse dicuntur, ut *montes Dei, cedri Dei*. Aut quia talis erat stupor et metus quasi foret à Deo desuper immissus. Nisi magis illud, quod, significare non tam similitudinem quam veritatem; quomodo dicitur: *Aristoteles loquitur quasi philosophus*, id est, ut philosophum docet, quibus ipse fuit. Tale est illud Joan. 1: *Quasi natus est à Patre*. Et illud 4. Petri cap. 2: *Sicut regni quasi preceperunt*. Sic regni sensus esse possit: *Filius miraculum*, quate esse solet à Deo, id est, magnum. Et sine hoc tale fuit, cum dispersa fuerint castra tam copiosa, tam omni armorum apparatu munita, cum sociis, quibuscumque egerant familiariter et amice, alienis pulcris, et tanquam hostes persecuti fuerint.

Illud hæc aliquo modo dicitur, quod gentes metum, aut turbationem, quorum nulla appareret causa, alicui deorum attribuerint. Pani videbatur. Quare qui sic afflicti, *pauca dixerunt post*: vide adagium, *Panem cum*; vide item Angelum Politianum in Miscellaneis annot. 28. Quomodo id acciderit, aut quæ ejusmodi terris assignari causa possit, non disputo; neque quid et de re profani sentiant, laboro, quia fabulis in hoc interpretandi genere locus esse non debet. Illud dico, in Scripturâ sacrâ accidisse non raro, ut Deus immissâ turbatione ac metu, aut hostes suos metus debellaret, aut veritas in fugam. Quod de re opti super illud Isaac cap. 57: *Ecce ego dabo ei spiritum, et dabit montem, et recreabit ad terram suam*. De hæc animorum consternatione ac metu prædicta sunt in Scripturâ sacrâ documenta. Gen. 65, consulit Deus incolumitati Jacob, incensus vicinis civitatibus metu. *Change profecti essent, terror Dei innotuit omnes per circuitum civitates, et non novit ausi persequi recedentes*. Exod. 25, Deut. 7, metum incensus Chananaeis, in Israelitis ipsorum regiones ingressuris obstitit. Talis est metus ille de quo Levit. 8: *Fugatis nemine persequente*. Neque alio modo, ut opinor, tribus annis temporibus, quo tempo-

mas, et in parte exercitibus que serit ad prædandum, et commota est terra, et facti in trepidationem Dei, id est, in metu trepidatio et terror ingens, vel terror, ponicus à Deo missus omnes tenuit. Sunt qui credant in hoc re terrucem hostibus injussisse terre concessionem: *Genitativa est terra*.

(Calmet.)

re filii Israel ascenderent in templum, et civitates essent virorum destituta presidio, à vicinis hostibus intactas præstitit civitates, nisi immissis divinitus metu, quo ab eo consilio atque studio deterrit, quo prius ad illarum exitum anhelabant, cogitationem et aviditatem antiquam temperissent. Ad hanc puto consuetudinem intentus scriptor sacer ait hoc *miraculum* sive *trepidationem* esse quasi à Deo, id est, iustarum illorum quibus Dominus olim inimicorum suorum pectora concessit (1).

VERB. 13. — ET AIT SAUL AD ACHIAM: *APPARET ARCAM DEI* (2) (ERAT ESIM IN ARCA DEI IN DIE ILLA CUM FILIIS ISRAEL). Cùm ex speculatoribus didicisset Saul, quid rerum fieret in Palestinorum castris et in re tantâ tanquam insuperata opus esset non solum maturo, sed etiam divino consilio, advocat Achiam sacerdotem summi, quem supra *Achimélec* etiam appellari diximus, et jubet ut arcam applicet, que tunc temporis Hebræorum aciem sequeretur, et à Deo seiscileret oraculum. Applicare arcam, non est illam adducere de loco suo ad eam, ubi tunc erat Saul; nimis enim illi esset superbum et odiosum plis, jubere adduci ad se augustum illud venerandumque sacramentum, et non potius sacerdotem ipsum et regem ad arcam accedere. Dicitur autem applicari arcam, quomodo dicitur adhiberi consiliarius aut testis, cùm illorum consilium aut testimonium adhibetur, seu applicatur, cùm non illi ad nos, sed nos ad illos contra veniamus.

Non legimus, quomodo consultus fuerit, aut

(1) VERB. 16. — SPECULATORES SAUL, QUI ERANT IN GABAA. Quomodo hi speculatores in Gabaa, cuius interiori Sauli ejusque copia confluerebant in petra Hemanon, prope Magronem, uti supra legimus? Opus est Saul habere speculatores in specula Gabaa, qui signo aliquo indicarent omnia que in castris hostium agerentur, vel per nuntios de signa hostium Sauli mitterent. Regis admodum difficultates omnes dilatarent, tum quod certus locorum situs ignoretur, tum etiam quod historia hæc brevissimâ narratione absolvatur.

EGIT MULTITUDO PROSTRATA ET HEC ALLEGERE DITIGIT. Hebræa ad litteram: *Ecce multitudo sine corde cubat et quiescitur*. Solum animi et virtutis copia, precipites se in fugam dederunt, et alter alterum pede terbat.

(Calmet.)

(2) APPLICARE ARCAM AD CONSULENDUM DOMINUM. Septuaginta: *Affer ephod*; induere vestem sanctam, ut consulas Dominum. Spencerus enim habebit explicat de arca, in qua conditum fuisse credit ephod et rationale, cùm transferrentur ad exercitum: *Affer arcam continentem ephod*. Sed quorsum ejusmodi explicatio? (Calmet.)

quomodo Deus ad interrogata responderit. De hæc arca pendendi ratione satis abunde Abulensis, et bene quest. 11, ubi docet, Deum aliter à prophetis, aliter à sacerdotibus consuli. De prophetis non est hic dicatur aliquid. De sacerdotibus illud habemus ex Scripturâ, consulisse Deum ante arcam et per *urim et tummin*, seu per ephod. Ad arcam, que erat intra interiorum recessum templi, seu tabernaculi, semel tantum ingrediebatur summus sacerdos in festo expiationis; et tunc coram arca poterat Deum consulare; quod tamen extra hoc tempus sæpè contigit Moysi, qui Dominum ex Propitiatorio loquentem audiebat, aliter atque sacerdoti alii, eo saltem tempore, cùm divinum oraculum extra tabernaculum petebat. De Moysæ est illud Numer. cap. 7, v. 89: *Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut conluteret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonium inter duos Cherubim, unde et loquebatur ei*.

Alii verò sacerdotes, nisi fortè in festo Expiationis, per *urim et tummin*, sive per ephod non solum extra Sancta sanctorum, sed etiam non raro extra tabernaculum, de rerum eventuum responsum à Domino petebat. Sic infra, cap. 25, David ad Abiathar, qui in Cefiam ephod secum attulerat, v. 6, dixit v. 9: *Applica ephod*, et tamen ibi tabernaculum non erat. Et cap. 30, cùm esset in Siceleg, iterum per ephod consultus est Deus.

Quod diximus de arca, tunc illud intelligendum est, quando erat in suo loco, et quasi claustrò conclusa, in tabernaculo videlicet, aut templo. Cùm esset inde foris producta, ut quando erat in castris, ut hoc ipse articulo, et cùm commorata est in Cariathiarim, aut etiam progrediebatur in deserto, aliam puto fuisse rationem. Tunc enim cùm quilibet pro suo quisque ordine ac ministerio astare arcam posset, non erat difficile, cùm Deum vellet per ephod aut alio quovis modo consulere, ad arcam accedere, quomodo hoc loco factum est. An verò sic Deus ad arcam conspectum ita Achie sacerdoti responderit, sicut olim Moysi, incertum fuit; neque aliquid, quod ego videtur, apparet in Scripturâ vestigium, ex quo intelligi possit illam respondendi modum Moysi cum aliis fuisse communem.

Quia supra, v. 5, ab Achia ephod esse portatum addimus, neque uno in loco occurrit postea nomen ephod, et per illud à Deo petitum oraculum, dicamus oportet, quid eâ de re

sentiant aut conjectent auctores. De ephod diximus supra, cap. 2, v. 18, non pauca. Sed de illo, quod proprium est sacerdoti summi, et in sacerdoti instructo numeratur, agit multis Hieronymus Epist. 128, quæ est ad Fabiolam, et Josephus lib. 5, c. 8, et latè Ribera de Templo, cap. 10, 11, 12. Cætera minùs ad institutum nostrum faciunt; illud tantum nunc exploremus, quod ad divinum atinet oraculum, seu responsum, quod per ephod sacerdotes exquirunt.

In Rationali, quod in ephod, seu superhumerali ad sacerdotis pectus erat sive assumum, sive appensum, duodecim erant lapides, qui, ut optime Ribera supra, cap. 12, dicitur *urim et tummin*, id est, *illuminationis et profecutionis*. Hieronymus verit, *doctrinam et veritatem*, quia per illos lapides Deus, quid opus esset facto, aut quid futurum esset, docebat. Alii alias esse putant nominis notationes et causas, quas accuratius examinare non nostri negotii est, sed eorum, qui in Exodum Commentarios ediderunt. Nunc breviter dico cum Josepho, Lyra atque Ribera, per lapidum, qui in ephod alligati Rationali, varios spectent et aspectus, significari futuros rerum eventus, et illud esse *responsum* vel *oraculum*, quod applicato ephod quærebant Iudei. De quo sic Josephus lib. 5 Antiq. cap. 9: *Per duodecim, et inquit, gemmas, quas in pectore pontifex insertas Essent (id est, Rationali) gestat, in bello victoriam præmonstrare Deus solebat*.

Nam priusquam exercitus se moveret, tantus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo facile innotesceret adesse Deum, opemque et auxilium suum invocantibus esse allaturum. Quapropter Greci, qui à nostrâ religione non abhorrent, cùm hoc miraculum et pro compertissimum haberant, ita ut negari non possit, Essent (id est, Rationali) vocant *ὄρακιον*, id est, *oraculum*. Hæc enim fulgorem et emittit omnis dicens antequam hæc commentarentur, irato Deo propter legum suarum prævaricationem. Alii fortasse melius; interim hæc mihi cogitatio placet, neque alia magis occurrit expedita.

ERAT ESIM ARCA DEI IN ILLA DIE CUM FILIIS ISRAEL. Cùm infansum Palestinorum populo arcam addisset Saul, commodum futurum existimabat, si tante illorum multitudinî ac robori arca Dei potentiam et auspiciam apponeret; an alio tempore post aditam terram promissionis in Hebræorum castris arca fuerit, incertum est. Adduci nunc facile potuit,

cum esset extra tabernaculum non tam in sua quam in aliena domo, et quasi in hospitio. Post hæc verò tempora nunquam puto in Hebræorum castra fuisse productam, nisi cum David ab Absalonis facie fugeret; tunc enim cum sacerdotibus arcam educerent, illam tamen David in suum locum referri jussit lib. 2 Reg. c. 15, v. 24.

VERS. 19. — ET AIT SAUL AD SACERDOTE: CONTRAHE MANUM TEAM. Cum magis atque magis bellum in Philistinorum aciem crudesceret, et dimicantium atque cadentium clamor clarior resonaret, ne elaberetur occasio quas divinitus videbatur oblata, aut ne hostes in Hebræos tunc temporis impetatos ingrederent (neque enim tunc de re omnino constabat) jubet Saul ut manum contrahat, neque Deum, ut coeparet, pergit consultare. Quare rem aggressus est Saul inconsulto Deo; neque fortasse aliam ob causam stultus egit, dum militibus ad noctem usque jejunium indixit. Contrahere verò manus Iesè sacerdotis dicitur, quia extensas habuerat et elevatas; is enim habitus orationum est, ut non solum sacra, sed etiam profana literatura testatur. In sacra mille occurrunt exempla. Psal. 27, v. 2 : *Dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Et Psal. 43, v. 21 : *Si expandimus manus nostras ad Deum altissimum.* Neque minus frequentiter profani. Virgil. *Aeneid.* 1 : *Ingemis, et duplices tendens ad sidera palmas.* Talia voce refert.

Et lib. 2 : *Sustulit cæcitas vinculis ad sidera palmas.*

Et lib. 4 :

Dicitur ante aras media interamina divinum Mæta Jovem manibus supplex orans pupinis.

Quare dum jubet Saul, ut contrahat manus sacerdos, id plane jubet, ne oret amplius, aut à Deo supplicet oraculum (1).

VERS. 21. — SED ET HEBRÆI, QUI ERANT CUM PHILISTINIS HERI ET NOSTERTIUS (2). Multi,

(1) VERS. 20. — ET ECCE VERSES FIERAT GLAMIRA UNICUIQUEQUE AD PROXIMUM SUUM, q. d. : Excessit et perturbati mutua se corde truncarunt, testimantes socios esse hostes.

ET CEDES MAGNA VOBIS. Josephi. l. 6, cap. 7, ait, caesa sexaginta Philistinorum millia.

(Corn. à Lap.)

(2) In Hebræo legitur, *ascendisse illos cum eis in castrametationem circum;* quibus verbis veluti innuitur, continuasse se circa castra ad sacras; seu potius, ex omnibus circumjacentibus regionibus convulsisse ad castra, vitatorum extremum exitum ab his qui regionem diripiebant, subeundum atque, si domi mansissent.

(Calmet.)

ut apparet, ad felicem inclinaverit fortunam ex Hebræorum genere, qui apud suos videbantur rem esse periculo proposiam, neque satis esse ad resistendum virum. Quare cum appareret subito tanta rerum inclinatio, ad castra, quæ transfige reliquerant, revertuntur. Idem quoque fecerunt, qui in lateras se abdiderant, et quò suam tuerentur salutem, publicam prodiderant. Quare brevi tempore ea facta est accessio castris Hebræorum, ut ad decem hominum millia pervenerint. Eà verò die respirare cepit Israël fortuna, et à meta, quæ contracta fuerat, recitari. Sic autem conlirmitus est hostili cæde ac fugâ Hebræorum animus, ut ad Bethaven usque persecuti fuerint Palestinos, neque eò usque cessant futuri pugnâ. Ubi verò ventum est ad Bethaven, desistere pugnare, quæ videbant adversa sibi impendere omnia ab Hebræorum acie, cui Domianus aderat pistrinus et suspex. Quare ex eo loco in fugam se dederunt, in pedibus positum quam in ferro ac manibus salutem statuente. Est autem Bethaven non procul à Machmas, ut indicat quod proxime dictum est, esp. 13, v. 5 : *Castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven (1).*

VERS. 24. — (2) ADJURAVIT AUTEM SAUL POCUM. (1) VERS. 22. — ET ERANT CUM SAUL QUASI DECEM MILIA VIRORUM, qui ad fumorum terrores hostium accesserant; antea enim humis secutorum manus adhaerebat illi, continent se in potâ Kemmon. Porro de hisce decem millibus nihil hic legitur in Hebræo, Chaldeo et Septuaginta; sed apud Septuaginta, non verò apud Hebræum, leguntur inferias, v. 24.

VERS. 25. — POCNA PERVENIT USQUE AD BETHAVEN. Philistei mutua cædem ignari prosequuntur usque Bethaven. Castra illorum porrigebantur versus Machmas. Ex historiae hujus serie 19, 51, innui videtur, agmen Philistinorum dilapsam fuisse ex parte Aiolonis, planè opposita Bethaven, id est, regionem suam versus iter suscepisse illos, quò et fugitivos Israelite insequebantur. Itaque hic textus non ita accipendus est, quasi Hebræorum in Philistinæo prælium porrexerit sese usque Bethaven; sed commodè exponitur de sparso ad usque Bethaven stragis hujus ruine.

(2) ET VIRI ISRAEL SOCIATI SUNT... ADJURAVIT AUTEM SAUL POCUM. Sunt qui Hebræum ita tradunt : *Israelitis sociati sunt die illa; populi ardorem inconsulto respiciens Saul, ipse victorias sine fuit impedimento. Adjuravit populum, vel, Israelite accesserunt, et Saul è re esse censuit pro concione monere populum.* Sed interpretatio Vulgata meliorem exhibet sensum. Septuaginta sic reddunt : *Omnia populus erat cum Saul, circiter decem millia virorum; et erat prælium dispersum in totam civitatem in monte Ephraim; et Saul ignoravit ignorantiam magnam in die illa, et maledictio obstrinxit populum, dicens : Maledictus homo, qui*

POLEM, DICENS : MALEDICTUS VIR, QUI COMEDERIT PANEM USQUE AD VESPERAM. Hæc pugna, quæ Philistini et suis se gladiis conficiebant, et Hebræorum ferro obtruncabantur, ad medium usque diem videtur producta, ex quo omnes se converterant in fugam. Quare cum perseque victoriam cuperet Saul, et spem totam in celeritate posuisset, edixit toti populo, adjuratione et execratione interpositâ, ne quis ad vesperam, id est, ad nocem cibum caperet, ne quod spatium hostibus præberetur ad fugam. In hæc adjuratione pena capitis videtur esse proposita ei qui contra fecerit, quod ex eo constat, quia capitali poena punire voluit Saul filium Jonatham, qui cibum sumpsit ante tempus ab adjuratione definitum.

comedit panem usque ad vesperam. (Calmet.)

mulcram esse putant. In quibus est Augustinus homil. 51 de Monachia David: « Tulit et quinque lapides de torrente de fluxu, et posuit in vase pastoris, quo lac mulgeri solet; » Chrysostomus; Homil. de David et Goliath: « Quinque lapides eligit, fundam sumit, situam pastoralem corripuit. » Rupertus lib. 2 in lib. 1 Reg. cap. 5: « Misit eos in peram pastorem, quam habebat secum; perâ namque vas pastoritum est, in quo lac mulgeri solet, » Idem Angelomus. Induxit in eam cogitationem viros haec tantis Septuaginta translatio, qui ubi nosmet, in peram pastorem, ipsi converterunt *κἀδω*, quod vas significat lignum, aut leteum, aut ex quacumque alia materia dura solidaque confectum, in quo vinum aut liquor alius humor continetur. Sed revera vox hebraica latius patet et tantum significat vas pastorem.

Vasa perâ, nomen omnem materiam atque figuram comprehendit, et juxta rei naturam, de qua loquimur, exponendum est. Hic verò nisi videtur esse aliud quam saeculus, qui ex limbo saepe, ex pelle plerumque fieri solet, quem Latini peram, Hispani *molida* vocant aut *surra*; quod pastorum insigne est, sicut baculus et funda. Ut quid enim David vas mulcrale secum ad certamen illud sumpserat portare? At dices, in vas interdum coriaceum lac solitum esse mulgeri; quod ego non nego; at quem labore usum corium illud mulcrale in illa Davidis ad fratres protectione, aut in illo rerum articulo? Nisi fortasse ad ferendos cibos et ceseolos decem, qui tunc tribu multebantur. At jam dictum est, vers. 22, ea omnia sub manu custodis ad sartinas esse relicta. Nimis verò obsolete et sordides esset David, si vas illud onidum et immundum secum circumferret.

Quare dicendum est, optime nostrum interpretem convertisse peram; neque de priori parte, id est, de vase pastorali curasse. Quem ad rem observo conjunctionem et, in Scriptura sacra non semper copulare extrema, sed interdum exponere, quod dictum erat et obsecrum, et idem valere quod *id est*. Quae de rebus in nostris Commentariis super Jeremiam, ubi haec ipsum locum explicamus in illam sententiam, quam nunc amplectimur, ad illud cap. 22: *In manu Nabuchodonosor regis Babiloniae, et in manu Chaldaeorum; pro, id est, in manu Chaldaeorum; alioqui posterior pars ibi esset otiosa. Et Actor, cap. 7, ad illud: Sed nonnisi dare illam in possessionem (Abraham)*

et semini ejus post ipsum; pro, id est, semini ejus. Neque enim Abrahæ data est terra promissionis possessio, cum in illa, ut proximo dictum fuerat, neque passum pedis haberet. Quare sensus erit: *In vase pastorali, id est, sen nempe in perâ*. Sic exposuit Vatablus (1).

(1) Et processit adversus Philistinum. David hominibus videbatur inermis, sed gladio divinitus erat armatus, ait S. Ambr. serm. 88. Alleg. S. August. serm. 197. Stabant ergo illi Israel contra adversarios quadraginta diebus; Quadraginta dies propter quatuor tempora et quatuor partes orbis terre, vitam presentem significant, in qua contra Goliath et exercitum ejus, id est, contra diabolum et angelos Christianorum populum pugnare non desinit; nec tamen vincere potest, nisi verus David Christum cum baculo, id est, cum crucis mysterio descendisset. Elegit sive gessit lapides quatuordecim. Vox hebraea *ḥam* ubi non invenitur. Porro calque duo significat: 1º *partiri*, 2º *mollem, larem, glabrum esse*. Posterioriorem significationem omnes quos vult interpretes hic sequuntur; et quidem volunt esse adjectivum: *laevus lapidum*, id est, et lapidibus laevibus (sed lege levibus, quia graecè *λαε*, non *λαε*), qualis syntaxis est in illo *pigritate laevam*; genitivus totus, seu partitivus positus. Alii *laevus lapides, glabros, politos*; alii substantivum faciunt, *laevitates lapidum*, id est, levissimos. *Lubricitates lapidum*, id est, lubricos lapides; nam prius substantivum, ex quibus in regimine positus, saepe loco adjectivi est. Sic Is. 57, 24, *ociditum procretaem cedram gas, delectum abietum ejus*, hoc est, proceras cedros ejus, lectissimas abietis ejus. Nemo non videt haec esse curiosa; praeterquam quod glabri lapides, et undequoque politii, non tam ad hanc rem apti videntur, quam asperi, disrupti et aculis habentes prominentibus, qui longe facilius et certius fronti indignantur; non video cur non primum politis verbi significationem sequamur et veramus, *partes vel politis partitiones, seu divisiones lapidum*; id est, quinque divisos lapides, non littegos.

Tropol. S. Bern. serm. in Dominicam 4 post Pentecosten, per quinque lapides Davidis agendi quatuor virtutes, quibus proterminis Goliath, id est, mentis ostensionem humilitatis comminationem ponam, promissionem praeniorum, dictionem Dei, imitationem sanctorum et orationem. Hinc rursus S. August. in psal. 55. *zoue. 1: Quod David, ait, prostravit Goliath, Christus est, qui cecidit diabolum et occidit; humilitas occidit superbiam; Et est maxime: Nam enim nobis fecit per humilitatem; tem; quia per superbiam recesseramus a Deo, redire ad Deum nisi per humilitatem non poteramus, et quem nobis praeponeamus ad iustandum non habebamus; omnis enim mortalitas hominum superbia tumerat. Et si existeret aliquis humilis vir in spiritu, sicut et erant prophetae, patriarcha, dedignabatur et genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari hominem humilem, Deus factus est humilis: ut*

VERB. — 41. Ibat autem Philisteus incensus. Superbus significatur incensus ab homine, qui nihil timeret, et praese reliqua despicere, quasi ad nuptias progredere et triumphum, non ad agnam, in quo de capite et viâ certandum esset. Quid tunc egerit David, cum molem illam carnis moveri sensit (sic enim appellat Chrysostomus, homil. 46 in Genesis), non constat. Quidam dicunt, tunc illum psalmum composuisse, aut recitasse, qui est inter Psalmos apud Hebraeos 144, apud Latinos 143. Ducuntur autem ad conjecturam, tum quia illi rerum articulo accommodatus est, in quo vires et auxilium contra hostes implorat, tum quia titulus quem Septuaginta praefixerunt, hoc ipsum videtur verbis omnino disertis indicare. Sic enim habet: *Psalmus David adtericia Goliath*. Et Chaldaei illud ejusdem psalmi v. 40, ubi Valgutus: *De gladio maligno eripe me*, legit: *De gladio Goliath eripe me*. Mihi certum est, in eo periculo otiosum, aut inertem non fuisse Davidem, cum a Deo jam ante fuerit illustratus, et scire certamen non esse de nihilo sed in eo de suo capite, de populi libertate, et de divino honore futurum esse certamen.

Quid autem dixerit Philistaeus ad David, Scriptura satis aperte narrat; quod vero Thalmudistae fingunt, non tam ad veritatem, quam ad populi plausum, sicut ridiculum sit, dicam tamen, ut quale sit illorum iudicium, et quae illorum commentariis habenda fides, nemo non videat. Sic autem paraphrasia illa de quo nuper: « Vade, infans, et miserere infantie tuae; quare tu committis bellum contra filium et leonem? » Et plura alia in hunc modum. Et post pauca: « Beatus es, puer, si alberis a facie mea, ne expiam in te et submergeris in salsâ meâ. In die mala egressus es, et in malo siedere. Pater tuus exclamavit, et mater tua ululavit, vae! vae! » Et iterum: « Aperiam os meum, et glutiam te. Deinde refert, quod passio ante de quinque lapidibus patriarcharum nominibus notatis dicebamus, neque minus abs re ex Thalmudistarum sententiâ in eo libello Antiquitatum Bibliarum, qui Philoni Judaeo falso tribuitur, locutus dicitur David, ubi dicit genus sibi cum Philistaeo fuisse commune: « Profectus est, inquit, David ad Goliath, et dixit ei: Audi verbum aequanimum moriaris: nunc scoteres erant duae mulie-

res vel sic superbia generis humani non dedignaretur sequi vestigia Dei. » (Corn. à Lap.)

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE BUENOS AIRES



res, unde natus es tu et ego? Et erat mater tua Orpha, et mater mea Ruth. Et elegit sibi Orpha deos Allophylorum, et abiit post eos; Ruth autem elegit sibi vias fortissimi, et ambulavit in eis. Et nunc nati sunt de Orpha tu et fratres tui. Et quia exurgens hodie venisti devastare Israel, natus de cognatione tua ecce veni et ego vindicare populum meum. Nam et tres fratres tui post mortem tuam incidunt in manus meas. Et tunc dicetis matri vestrae: Non peperit nobis, qui natus est de sorore tua. Hec ille, qui sane non solum in hieftia narratione mendax, sed etiam solus est, qui non vidit, quid rerum natura et articulus ille durus postularet. Quis enim moras neceret, et sermones saceret familiares et longos, presente morte, cum spectaret utriusque populi de dubio certaminis eventu sollicitus? Multo sane ex rerum natura verisimilis est, quod Scriptura sacra de utriusque oratione narrat; alteri dat verba mirarum atque contemptis plena, accommodata superbo ac barbaro gigante; alteri verba minantia quidem, modesta tamen, quippe victoriam non suis viribus, sed Dei auxilio et iuncta dextera, in qua spem totam collocat, et cui felicem certaminis exitum attribuit (1).

VERS. 45. — *NEQUID EGO CANIS SUM? QUID TE VENIS AD ME CUM FACULO.* Miratus est Philistinus novum pugnandi modum, cum in castris, ubi homines armati ferro, stricto gladio et hosti rem aggrediuntur, appareret homo electus e multis, qui quasi rem esset cum canibus ac lupis habiturus, fundam ostentaret et

(1) VERS. 42. — *DESPEXIT EUM: ERAT ENIM ADOLESCENS RUFUS ET PULCHER ASPECTU.* Despexit Goliath Davidem, quia ipse erat adolescens, ac pene inermis et pulcher. Despexit ergo quia etiam arma et pulchritudinem. Estimabat enim imbecilem, eo quod esset iam pulcher. Belliiosi enim solent esse vultu mariti et feroci non eleganti et pulchro: Unde Isidorus Clarus: « Despexit, inquit, eum quod non esset vir bellicosus et rufus aspersus: et manu carnelat eum juvenem rubicundum et et pulchro aspectu, quales martiales homines esse non solent, quos radii solares et assidua defatigatio deformes reddunt. » Hinc Tertull. bellum Messie de quo dicitur Ps. 44, 4: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. I. a* contra Iudaeos e. 9, probat fore spirituale, non corporale, eo quod praecessit v. 5: *Speciosissimam prae filiis hominum.* « Valde autem, ait Tertullianus, absurdum est, si e quom ad bellum ense cingebat, et de temeritate decoret et laborum gratia habere dicitur. »

(Corn. à Láp.)

faculum. Sed planè sicut Judic. 5, tempore Deborah, sic etiam modo *vera bella elegit Dominus, et portus mortis ipse subvertit.* Ampliat haec Goliath verba elegantissimè Chrysostomus, homil. 46 in Genesim: « Postquam, inquit, vidit Davidem pastorali perà contra se contententem et lapides solum afferentem, ad hunc fermè modum ad eum dicebat: Putasti te adhuc apud oves esse, et canes quoddam persequi? et ita contra me quasi contra canem instrumentis illis instructus in pugnam venisti? Statim experientia disces, et non tibi cum homine vulgari bellum esse. »

ET MALEDIXIT PHILISTINUS DAVID IN DIIS SUIS. Solite erant execrationes apud gentes, quibus aliis, quibus essent offensi, à diis suis diras, et omne malum imprecabantur. Unde illud tritum comicorum: *Dii te deoque perdat! Jupiter te perdat! Dii te infelicitem perdat!* Et similia. Cum ergo Goliath in diis suis maledixit Davidi, aliquid, opinor, dixit his execrationibus simile. Nempe: *Deum te Philistinorum Deus enecat! Derecto Palae-tinorum aique Syrorum dea te evicere, excolet, eradicet!* Adigat te Baal ad inferos umbras, aut Mars exsaturet tuis carnibus canes et corvos (1)!

VERS. 46. — *(2) ET GABIT TE DOMINUS IN MANU MEA.* Non curabat David, quid à deo unum offensio et irà imprecaretur Goliath, cum

(1) VERS. 44. — *VENI AD ME, ET DABO CAUSTAS TIBI VOLATILES COELI.* Colloquium hoc Davidem inter et Goliath, Davidis religionem Thronica Goliath jactantiae oppositam, spem divinae opis solum opponens, illustrat atque commendat; id obtinet apud veteres heros, ut ante certamen paucis verbis grandis minus in adversarios jactarent, et militaria facinora sua ostentarent. Alius placet usus hae aetate; neque enim ultionem suam eo ferat quisquam, ut adversarii cadaver exponat, praedam tantam et avium. Modestis sententias, saltem amice (Calmet).

VERS. 45. — *DIXIT AUTEM DAVID AD PHILISTINUM: TU VENIS AD ME CUM GLADIO ET HASTA ET CLYPEO, EGO AUTEM VENIO AD TE IN NOMINE DOMINI EXERCITUM.* Hinc patet Davidem à Deo impulsam suscepisse hoc duellum; aliqui enim tenerè juvenis giganti, inermis armato, imbellis bellicosus se opposuisset. Ita Joseph., Theod. et alii. Deus ergo illi animos aequè ac vires indidit, ac spem certam victoriam. Unde subdit David:

(2) VERS. 46. — *ET GABIT TE DOMINUS IN MANU MEA, q. d.:* Idcirco plane inermis tibi armato occurrò, ut ostendam me uno Deo nisi, et quò omnem victoriam spem reponere, quò scilicet ipse te adeo elatum meò manu percussit et occidet. « Sic, sic, ait S. Aug. serm. 5 de verbis Apostoli, aliter non, omnino aliter non prosternitur inimicus. Qui pugnat viribus

seiret Palae-tinos deos, sicut gentilicos alios, neque vim habere ullam ad salvandum, neque facultatem ullam ad nocendum; sed omni potius sensu ac motu carere. Ne tamen aliquem ostenderet metum ex gigantis comminatione conceptum, illi ex adverso maledicit; à Deo tamen vero, à quo sicut sperari omnia possunt, sic etiam timeri. Maledicit tamen modestè, per futurum, ut non tam optare, quam praedicere adversarii mortem videatur. Illam verò gloriam, de qua non videtur ambigere, Deo tantum adscribit, cujus admirabilem potestatem commendat. Et hoc se vehementer optare indiciat, ut omnes cognoscant esse in Israel protectorem Deum, qui neque gladio indiget, neque aera casside, aut squamata lorica, ut instructissimas inimicorum acies temporis momento conficiat.

ET DABO CAUVERA CASTRORUM PHILISTINUM HODIE VOLATILES COELI. Non satis sibi habet novus miles David, quò est in Deum spe, unum sternere Goliath; sed etiam sperat futurum, ut dissipent castra Philistim, et eorum cada-vera vultures alant, et funestas alias coeli volucres, et sylvestres feras. Quod praevidisse videtur prophetica luce, ut patet Lyra: nam reverà eodem prorsus accidit modo quo ipse praesenserat, et modò praedicit. Cum enim cecidisset Goliath lapide percussus, etiam ceciderunt aliorum animi, quibus ille vivus omnia expedit, atque secunda promittebat; unde contigit, ut illorum plurimi strati jacerent in viis quas fugientes impleverant.

e suis, antequàm pugnet ipse prosternitur. » Haec voces Davidi inermi victoriam et regnum pepererunt. Unde Basil. Setene. orat. 45, exclamat: « O plenas amoris divini voces, vel ante victoriam potius victoria! O qui palam fecisti idem ad pugnam armis non indigere! O qui in te ipso palam fecisti fidei vim! tales animas legere novit gratia, quare et cura et gregis distantum vocavit ad regnum. » Audi S. Chrys. hom. de David et Goliath: « David dixit ad eum: Tu venis ad me fidenter in gladio, ego in Deo; ut terrenis dimicas, ego et caelestibus pugno, tu in lancea, ego in fide; et tu in clypeo, ego in pace: tu venis ad me in armorum virtute, ego in potentissimo genitore. Bellus in leuata arma venturum, in te tunc gladius avertetur. De! est enim haec pugna, Dei erit et ipsa victoria. » Paris. Josephus 6 Antiq. e. 10, Davidem Goliath dixisse ait: « Tu me invadis hasta tuà confusus, et thorace et gladio; mihi verò pro aratrostrà Deus est, qui te ac tuum exercitum hodie nostris manibus deleturus est. » Nota et mihi verò pro armatistrà Deus est. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8.

(Corn. à Láp.)

VERS. 47. — *ET NOVERIT UNIVERSA ECCLESIA HAEC, quia non in gladio, neque in hasta salvat Dominus. Ecclesia congregatio est, et conventus populorum sive in agris sit, et castris extra civitatem, sive intra moenia certo ac definito ambitu conclusa. Sic filii Israel, dum adhuc essent in deserto, Ecclesiae vocantur, et quicumque conventus, ubicumque locorum esse contingat, eodem officiantur nomine. Ab exemplis abstineo, quò nusquam non occurrunt. Optat igitur David, non ut ex hoc certamine aliquid sibi dignitatis accrescat, sed ut omnes Ecclesiae, id est, omnes populi et linguae, sive in sylvis degant, sive civili cultu sese intra septa contineant, cognoscant, Deo ut amicos salvet, et inimicos funditus extinguat, non opus esse ferro, non bellandi peritiam, cum per inermes atque in bellando imperitos et rudes, maxime possit et solcat comparare victorias (1).*

VERS. 48. — *ET MISIT MANUM SUAM IN PERAM, ITLITQUE UNUM LAPIDEM.* Non difficile est conjecturare, non tantum esse lapidem, quo David ingentem illam et vastam molem deiecit in terram; cum id aperte Scriptura doceat, eum in eo congresso unius tantum lapidis manerit. Sed sunt, qui tribus lapidibus appellatum esse dicant et confectum gigantum. Ita eandem Glossa ad hunc locum, qui eodem modo dicit à Christo, Matth. 4, victum esse Satanam tribus tentationibus, quo Goliath à Davide tribus lapidibus. Idem tenet Magister Historiae scholasticae et Illego. Sed horum cogitatio longè aberrat à litera.

ET INTIXUS EST LAPIS EUS IN FRONTE, ET CECIDIT IN FACIEM SUAM (2). Josephus ad caeterorum mu-

(1) VERS. 48. — *CUM SUBREXISSET PHILISTINUS. An adversarium sedens opprobriabatur, ut in textu innuitur? Nos iste apud veteres esse prodiit Galile, et Romanis militibus, qui ritari appellabantur, certamen sedentes expectabant. Hieron. lib. 8 de Bello Gallico: « Paces, ubi considerant; nam in acie sedere Gallos convenisse, superioribus commentariis declaratum est. » (Calmet).*

(2) Mystice S. Aug. serm. 197 de Tempore: « Vide, ait, fratres, ubi David Goliath percussit, in fronte tunc, ubi erant signum: hui non habebat. Sicut enim baculus crucis typum habuit, ita etiam et lapis ille de quo percussus est, Christianum Dominum figurabat. Ipse est enim lapis vivus, de quo scriptum est: Lapis ista est in caput angeli. » Et inferioris troglodytum afferens: « Quod vero intixit, in fronte percussus est, huc significat, quòd modo in nostris competentibus exercetur, quia quando catechumens in fronte signa-

que dicit penetrasse lapidem. Hebræorum alii affirmant primum lapidem pervenisse ad cerebrum; à secundo lapide illam eò adaptatum, ut ad capitis et cerebri medium perveniret; à tertio ad extremam et oppositam fronti partem esse compulsus. Sed quid isti non audent, modo ad popularem plausum? Quin etiam addunt, ex eo tempore cum circumcisio gladio fieret lapideo, deinde fieri ceptam esse ferreo. Neque necesse est illius mutationis ab illis causam querere, cum reddere non possint nisi ridiculam. Dixerunt præterea, metallum durum ex æræ casside cæssio lapidi, et locum reliquisse apertum ad frontem, quasi cuniculo à tegumento nudum. Ego potius dicarem, datam à Deo et Davidis dextera eam firmitatem, et excessu lapidi eam duritiam atque impetum, ut cassidem perforaret, seu, ut alii volunt, non curasse Goliath, quid contra moliretur David, quem ut ipse inermem et inexpectatum belli contemnebat; atque ideo non curasse partem illam apertam relinquere, cui inhius est lapis ad quam Deus excessum à Davide lapidem direxit. Cur vero in faciem potius, id est, pronus ceciderit Goliath, quam supinus, rationes etiam afferunt suo cerebro dignas: nam si supinus caderet, caderet utique longius à Davide, et propius Palestinorum castris, ad que cadendo caput converterisset. Tunc autem non audeat David caput abscondere, cum aliquid ab hostibus timeret, quibus propius tunc esset adversarii caput.

Vers. 50. — PRÆVALUITQUE DAVID ADVERSUS PHILISTÆUM IN FUNDA ET LAPIDE; PERCUSITQUE PHILISTÆUM INTERFECIT. Non obscure ex ipso

etur, spiritalis Goliath percutitur et diabolus elligatur. Idem Aug. hom. 31 inter 50. in fine: et Goliath, inquit, de viribus suis superbus, elatus, inflatus, primo totam victoriam et universa parvis super in se uno constituit. Et quia omnis superbia latet impudentiam frontis, in ipsi fronte lapide veniente deiectus est. Evacuata est frons que habebat superbia, et tunc superbia sua, et vici frons que habebat et humilitatem crucis Christi. Propterea et nos et signum ipsum crucis in fronte portamus, et qua illud intelligimus. Ita S. August. ista homil. cuius titulus est: *de Monachia Davidis et Goliath.*

Typol. dicitur Davidis eum Goliath representat. Inquit, spiritus cum carne, qui scilicet eorum nam lapide austeritatis deiecit, et gladio mortificationis caput illi abscondit ne præsit, sed subit. Unde S. Chrysost. Goliath vocat: *Tarrum carneum.* Rursus subigit sibi frontem, quia in fronte animi indoles et passionem, ac præsertim superbia, impudentia et ferias cœnare.

(Corn. à Lap.)

textu sumitur, ad lapidis volnus non statim cecidisse Goliath, sed cecidisse primum moribundum, et tunc demum egisse spiritum, cum illius caput amputatum est. Hic quoque miri sunt Hebræi, quorum jam pudet referre ungues; sed devotum has ineptias, ut illorum magis calleamus ingenium. Referunt Antiquitates Biblicæ, quarum auctor falsò traditur esse Philo, cum jam districtum ferrum ipsis faucibus immineret, dixisse Davidi Goliath: *et Festina, et interfice me et exulta.* Et dixit ei David: *Antequam moriaris, aperi oculos tuos, et vide interfectorem tuum, qui te interfecit.* Et respiciens Allophylus vidit angelum, et dixit: *Non solus occidisti me, sed qui tecum aderat, cuius species non est sicut species hominis.* Et tunc David abstulit caput ejus ab eo. Deinde addit aliquid aliud non minus à veritate et sanà mente alienum: *Angelus, inquit, Domini erexit faciem David, et nemo agnoscebat eum. Et videns Sadi Dares vid interrogavit eum, quis esset? Et non erat qui cognosceret eum.*

Philistæum à Davide percussum symbolum esse dicunt communiter Patres, diaboli, quem Christus in sua humilitate dericit. Sic Augustinus Dominicâ 1 post Trin. serm. 2; Rupertus lib. 3 in cap. 1 Reg. cap. 5 et 6, ubi multa præclare. Tu pauca hæc sume ex Augustino: *Stabant, inquit, Hebræi, et pugnaverunt adversarii non audebant. Quare non audebant? Quia David qui Christi typum gerebat, non dùm venerat. Verum est, fratres charissimi, quis enim contra diabolum pugnare et poterat, antequam Christus Dominus genus humanum de potestate diaboli liberaret? David enim interpretatur, *Manu fortis.* Quis eo fortior, fratres, qui universum mundum videt cit armatus non ferro, sed ligno? Et paulò post: *Ante adventum Christi, fratres charissimi, solutus erat diabolus: veniens Christus et loci de eo, quod in Evangelio dictum est, et Matth. 12: Nemo potest intrare in domum fortis, et ei vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem.* Venit ergo Christus, et alligavit diabolum. Sed dicit aliquis, si alligatus est, quare adhuc tantum prævalet? Verum est, fratres charissimi, quia multum prævalet: sed tepidus et negligentibus, et Deum in veritate non timeantibus, dominatur. Alligatus est enim tanquam innexus canis catenis, et neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortiferâ securitate conjunxerit. Jam videte, fratres, quam stultus est homo ille,*

quem omnis in cæstâ postus mordet. Tu te illi per volucries et cupiditates seculi nisi conjungere, et ille ad te non presumet accedere. Lotrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem; non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consentum, sed petit. Venit ergo David, et invenit Judæorum populum contra diabolum præfentem; et cum nullus esset, qui presumeret ad singulare certamen accedere, ille qui figuram Christi gerebat, processit ad prælium, tulit baculum et in manu sua, et exiit contra Goliath. Et in illo quidem tunc figuratum est, quod in Domino Jesu Christo completum est. Venit enim verus David Christus, qui contra spiritum ritalem Goliath, id est, contra diabolum, pugnavit, crucem suam ipse portavit.

Hæc ideo longius ex Augustino descripsi, quia multa, que ab aliis, et ab ipso etiam Augustino aliis in locis afferuntur, his sunt quam simillima; de hujus historia aut morali aut allegorico sensu tractavit iterum Augustinus Homil. 51 de Monachia David et Goliath; Ambrosius 1. 1 Officiorum c. 35, et in Psal. 118. serm. 18; Chrysostomus, Homil. 46 in Genesim; et ibidem Homil. de David et Saul; et alia statim homilia de victoria David contra Goliath. Et latè super Psal. 50, Angelonus et Eucherius; Bernardus in Dominicâ 4 post Pentecosten, ubi in fine admirabile quoddam documentum præbet contra superbiam, cuius symbolum videt in Goliath. In quoque lapidibus totidem agnosci virtutes, aut animæ dimicantis arma, quibus cadit superbia: meotis tunc estatio. Hæc verò sunt *communitio, promissio, dilectio, imitatio, oratio.* Quoties, inquit, vanitatis cogitatio mentem pulsit, si et infimo cordis affectu divinas expavescere cœperis comminationes, seu promissiones, et ejus desiderare, non sustinet Goliath intrinsecus libet lapidis jactum, sed reprimitur illeco, et tumor omnis. Quòd si venerit in mentem dilectio illa tam ineffabilis, quam tibi Deus majesticatis exhibuit, an non illeco, inardes et eus ad charitatem prostris abominari incipis, et abijcere vanitatem? Sic et exempla sanctorum, si diligenti tibi consideratione proponas, erit sine dubio ad reprimendam et elationem cogitatio ista perutilis. Jam verò si fortè insurgente subito elatione, nihil ex his, que diximus, apprehendere quiverit manus tua, toto fervore ad eam convertere,

et que sola restat, orationem; et continuo quem elevatum videras et exultatum sicut cedros Libani, subversus impiò jam non erit. Sed quare fortassis, quemadmodum suo ipsius gladio Goliath possit abscondere caput? Id enim tibi tantò jucundius, quanto molestius hosti. Quoties te provocante vanitate, ad recordationem comminationis divinæ, seu promissionis, aut exterorum, que supra diximus, confundi cœperis et erubescere, devictus est quidem Goliath, sed forsitan adhuc vivit. Accede itaque propius, ne fortè resurgat; et et stans super eum mucrone proprio caput ejus absconde, de eà ipsa que te appetit, et vanitate, perimus vanitatem. Elatè sicut dem cogitatione pulsatus, si ex eà ipsa metiam et occasione sumas humilitatis, et quò mirum humilitas et abjectio tanquam et de superbo homine sentias de te ipso; Goliath utique Goliath peremisti. Hæc optinè Bernardus.

Vers. 51. — ET TULIT GLADIUM EJUS, ET EGREDITUR DE VAGINA (1). Nondum gladium exemerat Goliath, aut quia Davidis victoria celestis non illi satis temporis reliquit ut illam expelleret; aut quia ex usu rei bellicæ prius pugnavit emittis hastâ, quam cominus gladio, et hoc tollit. Hinc ego colligo, Davidem videtur esse robustum, quando gladio Goliath, quem gravem et longum fuisse oportet pro magnitudine corporis attemptare ad hanc magnitudinem, ejus ferrum sexcentorum siclorum pondus habuit, et hastile, quod instar ligatorum tentorium erat, fœmice crassitudinem. Adde, quòd gladius iste accommodatus dicitur et viribus, et corpori Davidis; alioqui cap. 21, cum illum Achimelech sacerdos Davidi reddisset, non dixisset David v. 9: *Non est huic alter similis, da mihi eum.* Quod idem valet, ut ego opinor; non est hoc alius accommodator. De quo suo loco pluribus.

(1) PRÆVALUITQUE CAPUT EJUS. David ergo Goliath suo ipsius gladio peremit. Eò gloriosior fuit ejus victoria; licet enim Goliath lapide icibus corruerit in terram, non tamen illuc mortuus occubuit, sed tunc deum, cum David illi caput amputavit. Alligavit De. August. serm. 197 de Tempore: et quod, inquit, David non habens gladium accendit super Goliath, et eum proprio interfecit gladio; designatum est, quòd in adversario Christi, suo gladio diabolus victus est, qui per negotium suum et injustum persequutionem, quam exercuit in Christum, et omnium in eum credentium perdidit principatum.

(Corn. à Lap.)

VIDENTES AUTEM PHILISTINUM, QUOD MORTUUS ESSET FORTISSIMUS HOMINUM, FLUEBUNT. Plurimum momenti est ad secundum bellorum eventum in imperatoris salute, quæ si afflicti copierit, et quod durus est, in acie cadere contingit, examinat etiam strenuos milites, eosque aut hostili ferro aut ignobili fugæ quodammodo devovet. Exemplorum satis est in utraque scripturâ, tam sacrâ, quam profanâ. Lacedæmones, ut auctor est Valerius Maximus lib. 2, cap. 6, et Ælianus lib. 6, c. 6, de var. hist., ad dissimulandum et occidendum vulnere cruentem, punicis in prælio tunicis utebantur; cujus rei ille effectus est præcipuus, ne aspectus illius sociis terrorem, et aliquâ inflicta atque animi hostilibus afferret. Neque fortasse aliam ob causam Romanorum imperatores in acie vestibus utebantur purpureis, ne videlicet concolor è vulnere sanguis appareret; et aliis, qui vulneratum viderent, suorum animos adimeret. Ita Platarchus in Vita Bruti. Tale pallium gestabat Lucullus in prælio, ut idem refert Plutarchus in illius Vita; et Marcus Antonius, ut in Epodo tradit Horatius Ode 9. Et quidem Platarchus idem in Vita Pelopidæ, tam Pelopidam ipsam, quam Marcellum, viros aliqui rerum gestarum gloriâ celeberrimos, reprehendit, quod nimis temeritate seipsos cum gravi exercitus detrimento perdidissent. Et de Pelopidâ ad linem ait, se ipsum Pelopidam ac principatum suum præcipuisse.

In Scripturâ sacrâ exempla sunt clara. Deo habemus sub hoc ipsum tempus. Alterum est Ahsael, qui dux erat et princeps in exercitu David; qui cum occisus esset ab Abner lib. 2 Reg. cap. 3, et exanimis jaceret in viâ, milites omnes etiam in ipso ardore insequendi hostes morabatur et frangebat animos abacres, et ad victoriam anhelantes: Omnes, qui transibant per locum, in quo occiderat Ahsael, et mortuus erat, subsistebant. Alterum Amaseo 2 Reg. cap. 20: Amaseo autem cooperatus sanguine jacebat in mediâ viâ. Visit hoc quidam vir, quod subsistebat omnis populus ad videndum eum, et amovit Amaseo de viâ in agrum, et operuit vestimentum, ne subsisterent transientes propter eum. Sed est optimum exemplum Holofernis, cujus mors exultantes victoriâ militum animos, et nihil sibi de sua fortunâ atque virtute non promittentes, sic debilitavit ac fregit, ut quos mores paulo ante vocaverant, leones putaverint, et non in armis, sed in fugâ turpissimâ spem vitæ posuerint. De quibus Judith cap. 15: *Cumque omnis exercitus decollatum Holofer-*

nem audisset, fugit mens et consilium ab eis, et aulium tremore ac metu agitati fugæ præsidium sumunt. Ita ut vultus loqueretur cum proximo suo; sed inclinato capite, relictiis omnibus evadere festinabant Hebræos, quos armatos imper se venire audiebant.

Moralis sensus ex hæc historiâ informari potest opportunè in hunc modum. Goliath iste, qui nunc est à Davide lapide percussus, superbi spiritus et superbiæ vitiorum regniæ symbolum est, ut ex Bernardo supra latè didicimus. Hæc, ut Gregorius docuit lib. 5 Moral. cap. 51, regina dicitur vitiorum omnium, quæque ut imperator in castris duces sub se continet plurimos, quibus vires sufficit et armamministrat: quæ extinctâ aut exanimatâ, reliquæ aliæ pestes innumeram languescunt et cadunt; quod si vivat vigetque, devictum cor vitis aliis calcandum et subigendum tradit. Sicut Josue cap. 10, principibus exercitus devictorum regum colla calcanda subiecit, v. 21: *Et ait ad principes exercitus, qui secum erant: Ite et ponite pedes super colla regnum istorum.* Eodem modo superbia, de qua Gregorius citato nuper loco: *et Ipsa, inquit, vitiorum regina superbia, cum devictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus vitis, et quasi quibusdam suis ducebus devastandum et tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio impetunt vitiorum multitudines oriuntur.* Deinde exercitus horum ducum singularim describit. Ut ergo superato Goliath, aliis ducebus excederent animi et effluerent arma de manibus, sic etiam si superbia vitiorum reginæ, dux et alitrix subacta fuerit, tota concidit vitiorum inimica cohors.

Affam ego hic pugnam, aliud documentum invenio. Est quidem in Goliath, homine insolente ac stupido, superbiæ quoddam spirans, et virum simulatum, quæ plurimâ sub se fovet et continet viâ. Sed est etiam in hominibus singulari proprium quoddam et quasi naturale vitium, quod alia plura sustentat et fovet; quod si sustuleris, alia etiam debilitantur et languent. In aliis dominatur litio; in aliis avaritiâ; in aliis invidia irit; alios emollit et frangit mors quædam et nimium delicta mollities; alios rapit et præcipites agit iracundiâ. Quæ instar Goliath præcepit subjectos animos, faciuntque, ut aliis etiam vitis, sine quibus illorum regnum stare non potest, obsequantur. Tunc autem à viris strenuis, quique victoriam de Philistinis, id est, de his quæ divitiis con-

siliis et animarum commodis adversantur, comparare student, eò entendum est, ut vitium illud, quod in suis animis dominari sentiunt, omninò expugnent, adhibeantque lapides quinque de torrente, et quicquid est in spirituali militiâ machinarum; et in nomine Domini in hostem illum familiarem et intestimam intorqueant; quem si ex suo loco statumque dejiciant, stravisse existimabuntur, non unum, sed multos hostes, quos ille in suo regnolienis sumptibus alebat, audientque triumphale illud Canticum, quod uno occiso hoste ceceperunt Israelitides psalteria Davidi: *Percussit David decem milia.* Sanè qui Absalomem hastâ perdidit, qui regnum patris seditione turbârat, totum exercitum, quem ipse contra patrem amaverat, edomuit. Qui Selam, à quo populus commotus est, ut à Davide deliceret, occidit, ille bellum extinxit et regni seditionem sustulit. Qui arborem succidit, de qua Dan. c. 4, ille omnes volucres ac feras fugavit, quas illius arboris rami atque umbra fovebant.

VERS. 52. — CECIDERUNTQUE VULNERATI DE PHILISTINUM (1). Cùm primam cecidisse viderent Philistinæ, quem ducem et propugnaculum exercitus putabant, quasi in suo quisque capite vulnus accepisset, amentes et attoniti, relictiis castris, in fugam sese dant, in quâ cùm sine ullo ordine atque consilio fugerent, magno numero hostiâ gladio occiderunt. De numero nihil habemus ab Scripturâ certum. Josephus lib. 6 Antiq. cap. 11, triginta hominum millia perisse tradit, et duplò plura fuisse vulnerata. Cùm autem Hebræi Philistinibus usque ad Geth et Accaron essent persecuti, reversi sunt ad castra, ubi hostes paulò ante conlederant; et, quod consequens erat debilitate victoribus, abstulerunt diriperuntque quicquid ibi prætorum, et ad humanos usus commodum invenerunt. Quod fecerunt postea cives Bethlæ, postquam occiso Holoferne, examinati milites fugæ sese dedere; tunc enim invaserunt ac diriperunt castra,

(1) IN VIA SARAIM, ET USQUE AD GETH, ET USQUE AD ACCARON. Lib. Saraim inter urbes tribus Juda recensetur apud Josue 15, 36. Quamquam autem certus ejus situs ignoretur, jactisimo tamen necesse est inter vallem Terebinthi, Geth, et Accaronem. Neque alia fortasse fuit à Sarad, de qua apud Josue 15, 35. Geth et Accaron due sunt urbes Philistinorum celebres, quarum prior meridionalior est altera. Geth inter urbes Philistinæ maxime meridionalium fuisse, alibi demonstravimus.

(Calmet.)

que opibus onerata spolis deseruerunt Assyrii, Judith, 15.

VERS. 54. — ASSURENS AUTEM DAVID CAPUT PHILISTINE, ATTELIT ILLUD IN JERUSALEM (1). Fecit David, quod alii fortasse fecerunt antea; fecerunt certe, si credendum fabulis; sed fecerunt postea tam gentiles et exteri, quam Hebræi; quod eo fecerunt consilio, ut de hostibus triumphum agerent, aut ut elevatis propositisque capitibus in conto præfixis, inimicis consternationem et timorem afferrent, sociis exultationem et animos. De Ptolomæo à Gallis occiso ita Justinus lib. 14: *et Ptolomæus multis vulneribus et saucius capitur; caput ejus amputatur, et è lanceâ fixum totâ acie ad terrorem hostium circumfertur.* Item accidit Pisoni et Galbæ, quos Otho superavit, de quibus Cornelius Tacitus lib. 17 Annal.: *Præfixa contis capita et gestabantur inter signa cohortium.* Ex hæc vulgari consuetudine Virgilius libro 9 cecinit: *Quin ipsa arcectis, vim miserabile, in hastis Præfixum capita, et multo clamore sequuntur Euryali et Nisi.*

Quod spectaculum sic affecit Trojanos, quos duris ante, id est, assuetos laboribus, ut illic idonee perferendis satis ab usu et fortitudine comparatos vocaverat, ut animum vultumque demiserint. De quibus statim:

Stant moesti, simul ora virum præfixa videbant
Nota nihil miseris, atroxque fluentia tubo.

De sacris est illud Judith, cap. 15, ubi caput Holofernis in muro suspensum est. Et caput Salsis infra, cap. 51, eo prorsus modo, quo caput Goliath à Davide, per civitates Palestinæ circumductum est. Et longè postea Nicomaris caput abscissum est, et eo loco suspensum, ut à Solymanis videri posset, lib. 1 Machab. cap.

(1) MERITO S. Chrysost. Homil. de David enim Goliath devicit, et congratulans hæc Epitaphium gerit: *Quibus ego te hostibus, et quibusque gloris præferam, sancte ac religiose puer, qui innocentia pares, virtute fortes, senes merito prævenisti; qui potissimè desistentibus cunctis immanem bellum vincere, hostem prosternere, inimicum populi deterruere? Tu enim delicate reges, et ipse est dignitate et merito exististi. In deestis tibus formidat in prælium prostristi. Tu formidans populo et Galileæ sevillam moerenti, dum fortissimè geris, victoriam de hoste Dei populo tradidisti.* Basil. Selenc. orat. 45: *et Sectum caput, aut, cum settore gladio, victoriæ parenti donatum offert, et cum que devictæ, Deo offert, ei victoriam arrogat. O qui palam egisti fidem ad pugnam nullis egere armis! O qui in te ipso palam fecisti fidei vim!* (Corn. à Lap.)

7, ad finem. Quibus locis abscissa principum capita in triumpho ab hostibus aut hastis praefixa, aut in publicis frequentibusque locis suspensa sunt.

ARTICULI ILLUD IN JERUSALEM. Circumtulit Philisthæi caput David per plures alias civitates, per quas transibat victor exercitus, ut constat ex sequenti cap. v. 6. Nam ex urbibus dicuntur egressæ mulieres, et epulicium tam Saül quam Davidi cantasse. Sed cur præcipuè Jerosolymam allatum dicitur visum illud Philisthæi caput, eo maxime tempore, in quo nondum erat sub Hebræorum dominata? Rationem reddidit Abulensis à q. 37, quia licet arx Sion, id est, pars expugnata dicitur, esset in Jerosolymam potestate, quam ex librorum manibus postea extorsit David, et assuò nomine *Civitatem* appellavit *David*, tamen reliqua pars civitatis Hebræorum dominatum subierat. Et quidem capitum esse Jerosolymam regem, et oculum à Jesse, habes Josue 10, v. 25. Deinde captam civitatem à filio Juda, Judic. 1, v. 8. Quare ratio non erat, que prohiberet gigantium caput in ea parte collocari, in qua esset Jerosolyma maxime conspicua, quia illa nobilissima civitas fuit, atque ideò tam insigni trophæo nulla pars in Chanaanide regione commodior. Deinde ut Jebusei, qui civitatis arcem in sua potestate diu retinuerant, et hunc eam obstinato consilio tuebantur, ex eo facto discerent expugnari posse arcem illam arte atque naturâ munitam, favente Domino Judæorumque, sicut terror Hebræorum et eorum Philistinorum firmissima Goliath, exussio è pastorali fundi lapide, dejectus est. Hoc posterius indicat Theodoretus q. 41.

ARNA VERO HIC POSUIT IN TABERNACULO SEU. Quidam de tabernaculo fœderis accipiunt, quod eo sibi argumento persuadent, quia postea, cap. 21, gladium Goliath, tradente Achimelec sacerdote, sumpsit è tabernaculo. Sed si ita esset, cur historicus sacer addidisset, ano, cum Dei esset, et commune omnibus, non proprium Davidis tabernaculum? Mihi verisimile est, aliquandâ arma Goliath, quorum supra magnitudo et pondus descripta sunt, posita primam in Davidis tabernaculo. Nam habuisse tabernaculum proprium, in quo militari more degeret in castris, cum jam nobilitas haberet et princeps, strato tam insigni victoria Philisthæo, nemo, credo, dubitabit. Deinde arbitror ab eodem Davide ad tabernaculum fœderis fuisse translata, ut eo dono fateretur divi-næ fuisse virtutis victricem illam, atque ideò

extare oportere non in suo, sed in divino tabernaculo illius insigne monumentum. Quamdiu ergo duravit triumphus, et spectari à populo licuit immania illa feri hominis arma, fuerunt in tabernaculo Davidis, quia eò convenire debebant, quotquot vellet factum illud egregium cognoscere, et immanes illas tanti monstri curvas intueri; ubi autem scriptis videndo curiosos animos expleverant, ad Domini tabernaculum transmissa sunt. Ita putant Abulensis, Cajetanus, nec displicet Hagouii.

VERS. 55. — De qua stirpe descendit hic adolescens (1)? Cur Saül Davidem ignoraverit,

(4) Quinque postremi versiculi hujus capituli desunt in Septuaginta, ac leguntur tantum in unico manuscripto Græco Alexandrino; sunt tamen in Hebræo, Chaldeo, Syriaco, Armenico, Latinis omnibus codicibus, ac legitur pariter in codicibus Græcis Theodoretum, constat ex ejus questione 45 in hunc librum. Denique apud alios Græcos codices extat in calce hujus capituli longa quedam additio, seu repetitio certaminis Davidis cum gigante. Vide Annotationes in editionem Romanam, et novam editionem Hexaplorum. (Calmei).

Saül dicit à Abner: De quelle famille est ce jeune homme? On pourrait trouver étrange que Saül alors ne connût point qui était David, puisque il a été si fréquemment parvenu qu'il l'avait en saisis de sa personne, qu'il l'avait aimé, et qu'il l'avait fait son écuyer. Mais les interprètes ont remarqué qu'il s'était passé plusieurs années depuis le temps auquel David avait quitté la cour pour retourner chez son père, et celui auquel il vint à l'armée, et se presenta au combat contre Goliath. Et comme il était jeune alors, sa taille, son visage, ses habits mêmes pouvaient être fort changés, avant par d'abord comme un officier du roi, et dans cette dernière occasion, comme un berger qui venait de quitter son troupeau. Et de plus Saül pouvait connaître encore la personne de David, et avoir oublié de quelle race il était, qui lui importait beaucoup, parce que David devait épouser sa fille. (Sacy.)

Comment Saül, dit Voltaire, ignore-t-il quel est ce David? comment ne reconnaît-il pas son joueur de harpe, son écuyer? Nous ne savons point de solution à cette difficulté. Il n'est cependant pas difficile d'en trouver. Ne peut-on pas, 1° en attribuer la cause aux absences d'esprit surproues Saül était devenu sujet? 2° David n'avait pas deviné Saül que pour calmer sa franchise; il s'était retiré à Bethléem pour mener paître les troupeaux de son père, tandis que ses frères servaient dans l'armée. Quand il revint au camp pour savoir de leurs nouvelles, il n'y parut que dans le simple équipage de berger; est-il surprenant que ni Saül ni Abner ne l'eussent pas reconnu sur-le-champ. D'ailleurs, Saül ne demande point: Quel est ce jeune homme? comme Voltaire l'a exprimé dans sa traduction inaltérée, il demande seulement: Quelle est sa famille? fait qu'un souverain ou-

cum illum sæpe canentem audisset, diximus supra, cap. 15. Neque est, cur quidquam hic addamus. Si verum esset, quod supra dicebant antiquitates Biblicæ Pseudophilonis, dum ferrum jugulo excepiisset Goliath, mutisiam esse formam excepisset ab angelo, ita ut à nullo postea cognosceretur, mirandum non esset, si cum rediret è palestrâ, ab Abner duce, et à Saûle rege non agnosceretur. Sed Antiquitates illæ, ut sæpius diximus, nullam merentur fidem. Quare rationes illas probo, quas ante,

hic faciemus quando cette famille parait seulement à la cour. Saül avait une raison toute particulière de demander de quelle famille était ce jeune homme qui se préparait à combattre Goliath, parce que s'il était vainqueur, il devait épouser la fille du roi.

On ne peut pas comprendre encore comment David porta la tête de Goliath à Jérusalem, qui n'appartenait pas au peuple de Dieu; c'est une anticipation, etc. La ville de Jérusalem était divisée en haute et basse les tribus de Juda et de Benjamin s'étaient depuis long-temps rendues maîtresses de la basse-ville; mais les Jebuséens s'étaient maintenus dans la haute, qui était située sur le mont de Sion. Il paraît par le chapitre dix-huitième du premier livre des Rois que David après sa victoire parcourut plusieurs villes d'Israël, en portant la tête de Goliath; qu'il la porta aussi à Jérusalem où, de la ville basse, il la fit voir aux Jebuséens qui tenaient la ville haute, afin de jeter la consternation parmi eux. (Luchot.)

CAPUT XVIII.

1. Et factum est cum complisset loqui ad Saül, anima Jonathan conglutinata est animæ David, et dedit eum Jonathan quasi animam suam.

2. Tulitque eum Saül in die illa, et non concessit ei ut reverteretur in domum patris sui.

3. Inierunt autem David et Jonathan fœdus; diligebat enim eum quasi animam suam.

4. Nam expoliavit se Jonathan tunica quæ erat indutus, et dedit eam David et reliqua vestimenta sua, usque ad gladium et arcum suum et usque ad balteum.

5. Egrediebatur quoque David ad omnia quæcumque misisset eum Saül, et prudenter se agebat: posuitque eum Saül super viros belli, et acceptus erat in oculis universi populi, maximeque in conspectu famularum Saül.

cap. 15, probaveram. Et illud hic observandum propono morali atque christiano philosopho, quam levem gratiam pro suis beneficiis sperare debeat ab homine mortali, quantumvis ille divitiis sit et dignitate potens. Est enim in potentibus maxime infirma et futilis, si tamen ulla est, beneficiorum memoria; et si qua, quod perquam rarum est, aliquandâ duravit, illam vel tenuis offensivula obscurat et delet. Sæpius psallente Davide, ab spiritu laxabatur malo, et ab ingentibus animi ac corporis angoribus Saül, et tamen ignorat, à quo tam sepe magnam illud beneficium accepit. Et cum ignominiam à rege capite et ab Israelitarum homine deperit, imò et libertatem perierit, quam populus ille examinatus et perditus videri perdidisse poterat, non propter aliquam Davidis incuriam, aut arrogantiam in loquendo, sed propter aliorum ingrata verba in triumphali plausu, sic illum animo insecutus esse hostili, ut æternas in eum, certè ad mortem usque inimicitias aluerit.

VITIT ANIMA TUA, RES, SI FORT. Hoc genus est jurisjurandi inter Hebræos familiaris; quod idem est, ac si dicas: Ita vivas, aut, per vitam tuam, &c. Illic porro, si, idem valet quod non, ut pluribus ostendimus ad illud c. 14: Si ceciderit capillus de capite ejus.

CAPITRE XVIII.

1. Lorsque David achevait de parler à Saül, l'âme de Jonathan s'attachait étroitement à celle de David, et il l'aima comme lui-même.

2. Saül depuis ce jour-là voulut avoir toujours David après de lui; et il ne lui permit pas de retourner dans la maison de son père.

3. David et Jonathan firent aussi alliance ensemble; car celui-ci l'aimait comme lui-même.

4. C'est pourquoi Jonathan se dépouilla de la tunique dont il était revêtu, et il donna à David avec le reste de ses vêtements, jusqu'à son épée, son arc et son baudrier.

5. David alla partout où Saül l'envoyait, et se conduisit avec beaucoup de prudence. Et Saül lui donna le commandement sur quelques gens de guerre; il était fort aimé du peuple, et surtout des officiers de Saül.

6. Or, cette tranquillité dont jouissait David ne dura pas long-temps; car, à leur arrivée,

7, ad finem. Quibus locis abscissa principum capita in triumpho ab hostibus aut hastis praefixa, aut in publicis frequentibusque locis suspensa sunt.

ARTICULI ILLUD IN JERUSALEM. Circumtulit Philisthæi caput David per plures alias civitates, per quas transibat victor exercitus, ut constat ex sequenti cap. v. 6. Nam ex urbibus dicuntur egressæ mulieres, et epulicium tam Saül quam Davidi cantasse. Sed cur præcipuè Jerosolymam allatum dicitur vultum illud Philisthæi caput, eo maxime tempore, in quo nondum erat sub Hebræorum dominatu? Rationem reddidit Abulensis à q. 37, quia licet arx Sion, id est, pars expugnata dicitur, esset in Jerosolymorum potestate, quam ex librorum manibus postea extorsit David, et assuò nomine *Civitatem* appellavit *David*, tamen reliqua pars civitatis Hebræorum dominatum subierat. Et quidem capitum esse Jerosolymæ regem, et oculum à Jesse, habes Josue 10, v. 25. Deinde captam civitatem à filiis Juda, Judic. 1, v. 8. Quare ratio non erat, quæ prohiberet gigantium caput in ea parte collocari, in qua esset Jerosolyma maxime conspicua, quia illa nobilissima civitas fuit, atque ideò tam insigni trophæo nulla pars in Chanaanide regione commodior. Deinde ut Jebusei, qui civitatis arcem in sua potestate diu retinuerant, et hunc eam obstinato consilio tuebantur, ex eo facto discerent expugnari posse arcem illam arte atque naturâ munitam, favente Domino Judæorumque virtutibus, sicut terror Hebræorum et aux Philistinorum firmissima Goliath, exussio è pastorali fundi lapide, dejectus est. Hoc posterius indicat Theodoretus q. 41.

ARNA VERO HIC POSUIT IN TABERNACULO SEU. Quidam de tabernaculo fœderis accipiunt, quod eo sibi argumento persuadent, quia postea, cap. 21, gladium Goliath, tradente Achimelec sacerdote, sumpsit è tabernaculo. Sed si ita esset, cur historicus sacer addidisset, ano, cum Dei esset, et commune omnibus, non proprium Davidis tabernaculum? Mihi verisimile est, aliquandâ arma Goliath, quorum supra magnitudo et pondus descripta sunt, posita primam in Davidis tabernaculo. Nam habuisse tabernaculum proprium, in quo militari more degeret in castris, cum jam nobilitas haberet et princeps, strato tam insigni victoria Philisthæo, nemo, credo, dubitabit. Deinde arbitror ab eodem Davide ad tabernaculum fœderis fuisse translata, ut eo dono fateretur divitiarum virtutem victoriam illam, atque ideò

extare oportere non in suo, sed in divino tabernaculo illius insigne monumentum. Quamdiu ergo duravit triumphus, et spectari à populo licuit immania illa feri hominis arma, fuerunt in tabernaculo Davidis, quia eò convenire debebant, quotquot vellet factum illud egregium cognoscere, et immanes illas tanti monstri curvas intueri; ubi autem scriptis videndo curiosos animos expleverant, ad Domini tabernaculum transmissa sunt. Ita putant Abulensis, Cajetanus, nec displicet Hagouii.

VERS. 55. — De qua stirpe descendit hic adolescens (1)? Cur Saül Davidem ignoraverit,

(4) Quinque postremi versiculi hujus capituli desunt in Septuaginta, ac leguntur tantum in unico manuscripto Græco Alexandrino; sunt tamen in Hebræo, Chaldeo, Syriaco, Armenico, Latinis omnibus codicibus, ac legitur pariter in codicibus Græcis Theodoretum, constat ex ejus questione 45 in hunc librum. Denique apud alios Græcos codices extat in calce hujus capituli longa quedam additio, seu repetitio certaminis Davidis cum gigante. Vide Annotationes in editionem Romanam, et novam editionem Hexaplorum. (Calmei).

VERS. 6. — CASU VENI IN MONTEN GELBOE, ET SAUL INCUBEBAT SUPER HASTAM SUAM. Jam esse produnt hujus seu veri, seu pseudo-Amaleciti mendacia. Ali enim inventum fuisse Saulem incubentem hastæ, id est, ut explicant Cæstantius, Dionysius, Interlinearis, et alii, innotuit erat factum, quia neque se movere poterat, neque pedibus consistere. Quod propriè valet verbum hebraicum suum, quod *incubentem* significat, eo modo quo quis sustentatur baculo: unde *incubens, baculus.* Et idem omnino vox grecæ *ἐμπερικεῖται*, qui usi sunt Septuaginta. Ali constat Saulem corruisse super gladium suum, neque potuisse eo tempore firmare languidum et vulneratum corpus super hastam, quando venit hic adolescens; aliqui non suâ se, sed aliens manu peremisisset, quando aderat ille, qui quod armiger noluit, non gravatè præstare. Neque præterea minus esset Saül turpe ab Amaleciti, quàm à Palestino periri, cum utraque natio inimica esset Hebræorum genti, et utraque incircumcisa; ab incircumcisis autem occidi dicebatur Saül, ut supra vidimus cap. 31, vers. 4 (1).

(1) POMO CURRIS ET EQUITES APPRODINQUABANT

VIENS. 8. — ET DIXIT MIHI : QUISNAH ES TU ? ET ADIO AD EUM : AMALECITES EGO SUM. Ille dno video, que non valde hunc adolescentem liberant à mendaciis. Primo, quia si urgebat propè hostes, et currus et equites ex hostilibus castris appropinquabant, non substitisset Amalecites, qui fugâ sibi salutem quaerebat, cum vocaretur ab homine, eo fortasse tempore ignoto, neque fugam naturam ferret, in qua de vita non minus agebatur, ut vermillum et coronam acciperet. Deinde quia, si Saul appropinquare vidisset currus et equites, nolletque ab hoste indirectione oppelli, non pollicetur casum de illius genere ac stirpe, cui esset jugulum porrecturus; neque factis Amalecitis ferro se submitteret, qui neque minus erat odiosus, aut vilis, quam Philistæus. Hec mihius bellè convenient in hujus adolescentis narrationem, licet non desit quid hinc objectioni non incommodè responderi possit.

VIENS. 9. — STA SUPER ME. ET INTERFICE ME, QUONIAM TESTIS ME ANGELUS. (1.) ET ADIEC TOTA

ET. Hic usque solum cogitarunt facta emipis pugnatum fuerat, nec nisi sagitta vulneratus fuerat Saul. Hebraus : *Et ecce currus, et dimidi equum, qui iungebant se eis. Accipit hæc possunt de curru cum auriga. Utrum adiuu equites in non essent, ignoro. Currum autem ascendebat bellator unus, atque ipse auriga, vel domitor equorum bellè peritissimus erat. (Calmet.)*

L'Amalecité qui vint annoncer à David la mort de Saul, lui en fit un récit différent à quelques égards de celui qu'en fait l'auteur du premier livre des Rois. Sur quoi Voltaire demande : laquelle des deux leçons on doit adopter ? Il n'y a aucun doute qu'on ne doive s'en tenir au récit de l'histoire sacré, qui cherche à se faire valoir auprès de David, en changeant quelques circonstances. Mais, ajoute le critique, l'auteur du second livre des Rois donne une autorité pour la seconde leçon, il cite le livre du Drouffier. » Ce n'est point pour autoriser le récit de l'Amalecité que l'auteur du second livre des Rois cite le livre des Justes, c'est uniquement par rapport au cantique funèbre que David composa sur la mort de Saul et de Jonathas.

« Tout, dit encore Voltaire, rentra tel, pour la première fois, dans le train des choses ordinaires ; l'intervention du ciel ne dispose plus du gouvernement. » La cité ayant été l'autorité royale dans la maison de David, il n'intervint plus pour l'y conserver. On voit cependant dans la suite des miracles en faveur de David, de Salomon et de plusieurs de ses successeurs. (Duclos.)

(1) Confossus erat vulnere, confectusque merore festi fugaciter exercitûs sui, atque in imminenti discrimine, ut ab hostibus caperetur. Hebraus : *Quis foris me vocat, ille me ferre non possum, prohibente lorica. Lorica autem armatus fuisse creditur liné, qui*

ANIMA MEA IN ME EST. (1.) *Sta super me, idem est animæ irritus in me. Facit Amalecites istæ mendacium suum verisimile, dum in eo stata regem constituit, in quo mors alloqui horribilis illi esset optabilis, quia doloribus cruciabaturs ingentibus, et angore illius animam maxime torquebant. Illud : *Tota anima in me est, secundum vulgi cogitationem et errorem, in quo fortasse erat Saul, dictum est, quia ille putabat animam, quasi magnitudinem haberet et partes, non totam simul, et in momento temporis**

in usus belli familiarissima erat apud veteres. Spicæ autem, textæ, et conquebatur ex aceto litum vel lana, quo conficiendus erant, ut vulnere penetrari non possent. Porro levitate sua multo aptiores erant ad usum quam lorica ex metallo. Norant id generis arma nostri etiam Galli, qui et usum illorum et nomen etiam ab Orientalibus in itineribus suis transmarinis accepisse videntur. Appellabant enim *gambisum*, vel *gambata*, quæ vox non distat à *chabas* Hebræorum. Erat hæc lorica acui interque, hinc ex acuto et acuto, adforta, cuiusmodi genus etiam nos *feltro*, apud Ulpianum *conuclite* appellat. Olim Macedones loricas ex triplicata tela compactam ferebant. Lorices ferreas vel æneas alio nomine quam quod hic legitur, designant Hebræi. Septuag. : *Quoniam occupaverunt me tenebræ graves, quasi scilicet morte horrorem inueneret. (Calmet.)*

Secundo, alii exponunt de lorice hostium, q. d. : *Cingent et constringent me lorice hostium equites; unde et Figur. veritè : Apprehendit me corona, scilicet equum. Tertio, alii in *Mitras* explicant de ephod pontificis, q. d. : *Tenent et terrent me sacerdotes, et pontifex Achimelech quos injustè, cap. 22, occidit; hi à me penas exigunt, quasi Saul rex sceleris conscientia cognoverit se adigi ad necem, ob causas sacerdotes. Adit Abulensis, quæst. 3. Saulem vidisse umbras et spectra sacerdotum vesibus sacerdotalibus indutorum, quæ ipsam terrebant; verum planius noster *scabitis* veritè, *acquilis*; unde et consentit Chali. et Sept.; hinc et Vatabl. veritè : *Apprehendit me tremor, vel trepidatio. (Cern. à Lab.)***

(1) *Saul me igne dicit : Appropinquat aut me, et me in eis, me suis qui sur sui, et se sui achas. Quelques-uns croient que tout ce récit de la mort de Saul que l'Amalecité fait fait à David, en lui faisant croire que c'est lui qui a contribué à sa mort, selon le désir de ce prince, est véritable. Et cette opinion se peut accorder avec le dernier chapitre du premier livre, où il est dit que l'écuyer de Saul se tua lorsqu'il vit que Saul était percé de son épée, en disant que cet écuyer eût en effet que Saul était mort, comme il est rapporté en ce lieu-là, quoiqu'il ne le fit pas effectivement.*

Si ce que rapporte cet Amalecité était véritable, le doigt de Dieu paraîtrait dans cet incident même de la mort de Saul, puisqu'ayant sauvé le roi des Amalecites, et réservé tout ce qu'ils avaient de plus précieux, contre l'ardeur qu'il en avait, non de Dieu, il serait arrivé, par une juste punition, qu'un homme de ce peuple-là méritât lui aurait été la vie.

excedere de corpore, sed corporis partes ab animâ partibus alio atque alio temporum momento destitit; in hoc saltem errore fuisse videtur Amalecitas, qui Sauli hæc verba mendaciter attribuit, et juxta suam cogitationem et sensum locutum dixit esse Saulum. Et hoc mihi probabilis. Aut fortasse dictum est à Saul totam in ipso animam esse, quia nihil animæ, id est, eorum quæ ab animâ corpus habet, stupor aut metus abstulerat. Sed acer erat sensus doloris, quem angebat dedecoris ab illudente turba acerba cogitatio. Quocirca à vulnerato corpore et ab aegro animo abesse non poterat angustia.

VIENS. 10. — SCIBAM ENIM, QUID VITÆ NON POTERAT POST BUNAM. Juxta ea quæ falsè dixerat hic Amalecites, non dum in terram ceciderat Saul, sed innixus erat haste, quasi qui labentem corporis molem bæculo sustentat; ruisse tamen dicitur aut salubris ruina, quia tam ipse, quam res Israelitica, in illo diro atque fatali certamine irreparabilè vulnere percussis collabebantur.

ET TELA DIADEMA (1), QUID ERAT IN CAPITIS, ET ARMILLAS DE BRACHIO ILLIUS. Ad tempus usque Saulis, qui primus omnium regis potestate ac nomine Israelitidem gentem moderatus est, nullus, quod ego viderim, coronam, aut armillam, aut altum publice illius præfec-

Theodoret néanmoins, et plusieurs autres, croient que cet Amalecité avait inventé tout ce qu'il dit ici à David, et que, ne se contentant pas de lui avoir rapporté le brasselet et le diadème de Saul, il eût pu lui se faire un grand mérite auprès de lui, s'il ajoutait qu'il lui avait ôté la vie en la manière qu'il le rapporte, et qui paraissait assez innocente. Mais soit que cet Amalecité eût dit vrai ou faux, David le fait mourir très-justement, en lui disant : C'est vous seul qui êtes coupable de votre mort, parce que vous n'avez pas voulu à partir témoignage contre vous, lorsque vous avez dit : C'est moi qui ai ôté le bras de Sédécias. (Sany.)

(1) *Tela diadema*, Hebræus : *Coronam quam creabant Amalecitas hunc, alba vel colorata, quæ genuina est significatio vincti diadema. Obtinuit tunc quidem è metallo coronam; sed tunc Saul nonnisi diadema reddidit erat. Ex aliis Scripturæ locis patet, reges in prælium protectos regis, quibus distinguebantur, insignibus non caruisse. Sunt qui credunt, Amalecitas hunc, quem illum Doegi gratis prostratis esse animæ, accepisse à patre suo diadema Saulis, deferentem Davidi, eujus indignationem merito verebatur. Contentum, nonnisi per mendacium asseruisse illum, se regio cadaveri diadema detulisse. Sed nihil prohibet, quoniam tunc Saul diadema suum habebat. Porro Philistinis in medio hostili exercitûs regem agnovant; asseritque Scripturæ : *Totum pondus prælii seruum est in Saul. (Calmet.)**

turæ symbolum, aut insigne gestaverat. Cum verbè mutata est reipublica forma, et subitis judicibus reges introducti, juxta id quod importunis precibus populus expresserat, rex instar aliarum nationum regum rem Israeliticam publicam administrare cepit; et ut vicini reges sue potestatis ac nominis habuerint insignia, sic ipse quoque ad illorum exemplum, ut optabat populus, certis à reliqua multitudine distinguebatur insignibus. Mediantiarum reges (quod etiam vicini populi reor fuisse commune) habuisse dicuntur aurea armilla numerantur. Quod autem reges vicini coronam in capite gestaverint, sæpius audimus. Habuit itaque Saul coronam in capite, et armillam in brachio, sicut etiam supra habuisse diximus hastam in manu tanquam sceptrum regis potestatis insignis. Que duo dum Amalecites attulit ad Davidem, satis ostendit manifestè mortuum esse regem.

De armillis et coronis dubitare aliquis posset, non satis præbere potuerint Saulis mortis effectus aliquod argumentum. Nam etiam milites in nationibus aliis habuisse dicuntur coronas et armillas, quibus non videntur caruisse Israelitæ milites, cum ad gentium morem in illam populum gentilium esset introducta sicut vivendi, sic etiam nova militandi ratio. Quod verò armilla atque coronæ aureæ militum, saltem apud Romanos, ornamenta fuerint, res est notissima, et à nobilibus scriptoribus profecta, eorum maxime, qui egregium aliquod factum edidissent. Vide Plinium lib. 33, cap. 2; Livium I deced. cap. 10; Spurium Papprium, et quatuor centuriones, manipulumque hastatorum armilla curvæ coronæ donatos esse tradit à consule. Et ut auctor est Valerius Maximus lib. 5, cap. 2, Lucius Sestius Dentatus coronam auream equitatus dicitur octo, et armillas multo piures. Sed hinc objectioni non est difficile responsio. Nam hæc consuetudo, quod ego viderim, non nisi apud Romanos invenitur; neque eo tempore fuerat in illam reipublicam introducta, quod hinc Israelitico seculo respondet, cum hoc tempore non dum essent romana urbis, necdum romana militiæ, et bellicæ disciplinæ facta fundamenta. Quod si demus, omnes milites isdem esse ornamentis insignitos, quis dubitat regis armillas atque coronas vulgaribus esse longe dissimiles, aut Davidi ignotum esse regis ornamentum?

VIENS. 11. — APPREHENDENS AUTEM DAVID VERMILLANTA SUA SCIDIT, QUOSQUE VIRI, QUI ERANT

cum eo. Notum est, in dolore dirumpi solem vestimenta, sive ab his qui tristia nuntiant, ut modò de hoc Amalecità dicebamus; sive ab illis, qui triste accipiunt nuntium de domesticis malis. Quod hoc loco fecit non solum David, cujus magis erat animus pius, sed etiam socii; quia ut illis non ingratus fuerat Saulis interitus, cujus gratia extorres illi errarent à patriâ, tamen non poterat illis non esse lætæsum, videre ruinam patriæ, amicorum eamdem, et Israëlitam gloriam ab hoste Palestino fuisse subactam. Quare quod fieri solet in amicorum funere, plorantur omnes, et sejanarunt, ut quoad fieri potuit ab his qui in regionibus habitant alienis, Saulis ac filii ac totæ populo, imò et reipublicæ totæ, que se vulnere commisso videbatur, religiose ac pio parentarunt.

VERS. 15. — DIXITQUE DAVID AD JONATHAN, QUI MENTIVARAT. Curo paulatim David intermisisset letum, rogavit à nuntio de genere ac patriâ; cùmque illum reprehendisset scriberet, quòd sacro delictatum obno, id est JESU CHRISTUM DOMINI tenerare ferro, et occidere voluisset, quia suæ testimonio jugularia, in illum jubet agi lege; quare eodem momento, eam neque admittat esset, neque fortasse ulla excusatio proposita, interfestus est.

Hic tu observa, quomodò adolescens iste Amalecità non tam homicidii ac lese majestatis, quam mendaciæ dederit non immeritas poenas. Non enim, ut vidimus, ille regem occiderat, sed ut Davidis sibi conciliaret gratiam, quem Sauli successurum in regno existimabat, illam sibi sive famulæ, sive otium arrogaverat. Sed illi neque spatium est datum ab eo quem futurum sibi putabat patronum et amicum, ut homicidii à se culpam removeret; neque si datum esset, ut reor, habuisset à pudore et metu loquendi fugiendam, cum in re usque adeo gravi non levior videretur homicidii quam mendaciæ culpa; cum mentiendo aut probaret eandem à quocumque factam, aut significaret capere se, à se potius quam ab alio factam videri. Omnis porò iniquitas oppilat os srum. Unde neque multo ausus est, eum videret ferrum ad inferens manū in sua vicebra distringi (1).

VERS. 16. — SANGUIS TUIS SUPER CAPUT TUI: QUAE ENIM TUI LOCUTUS ES ADVENIENS MI (2). Mox

(1) VERS. 14. — Ut occideres CHRISTUM DOMINUM, puta Saullem, qui à Domino per Samuelem christum, sive oleo, unctus erat in regem Israël, idcirco quasi sacer erat et inviolabilis. (Corn. à Lap.)

(2) Quæres an fœdit David Amalecitanum hauc

dns hic loquendi familiaris est, quo sanguinem summat pro sanguinis poena, qui vel ab aliquo injustè effusus, vel qui ab aliquo effunditur in populum vel admissi sceleris, vel effusi sanguinis, et hoc frequentius. Quare quod dicitur Matth. cap. 23: *Ut veniat super vos omnis sanguis justus qui effusus est*, et cap. 27: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros*, hunc habet sensum, luendum esse scelus effusi prophetarum sanguinis Judæis, qui prophetas occiderant et Christi sanguinis, quem à Pilato preside effandi postulabant. Hujus verò loci hic est sensus: Sanguine tuo effuso super te, poenas dabis effusi sanguinis è regio corpore, quod impio atque sacrilego ferro violasti. Notum præterea est, per caput, et id est, cujus est caput, animal circumscribi. Quare idem est, *caput cervi; caput colubæ, caput mææ, aut nam, quòd cervi, coluber, ego, tu*, ut pluribus docuimus ad illud Isaiæ cap. 35: *Lætitia sempiterna super caput cervi*. Quare idem est, *super caput tui*, atque, *super te*. At autem David, non egere se testibus, ut Amalecitanum supplicio damnet capitali, cum ipse suo se testimonio couguit.

VERS. 17. — PLANGIT DAVID PLANGITUM HEBREORUM (1). Elegantissimus est threnus iste, occidi jussit, cum nondum esset rex, ne haberet auctoritatem regium. — Resp. affirmative: habuit enim hanc potestatem, quia sciebat post mortem Saulis regnum ad se pertinere ex dispositione Dei. Ab hoc enim in regno unctus erat à Samuele, ut Saul à Deo rejecto, vel alicui viro, ut voluit nonnulli, vel potius morienti, in regno succederet. Ita Abstem, Cæter, Serrarius et alii. Adde hæc videm à Saulis fuisse auctoritatem belli ducem, ut contra hostes Israël pugnaret, eosque occideret; hostis autem erat hic Amalecità, quia regem Israël se occidisse fætebatur. Ac vero ipse Davidem pro rege et judice agnoscebat, utpote ad quem diadema, regni dignitas inique, detulerat. (Corn. à Lap.)

(1) *David fit cette complainte sur la mort de Saul et Jonathan son fils*. La douleur que David témoigne à la mort de ces deux grands princes, nous apprend à répondre comme lui nos larmes dans les malheurs que nous voyons arriver pendant notre vie, à ceux qui tiennent les premiers rangs dans l'ordre du monde. La dureté du cœur en ces rencontres est une chose que Dieu condamne, puisqu'il veut que nous pleurons avec ceux qui pleurent, et que nous répandions des larmes sur ceux qui en peuvent plus verser sur eux-mêmes. *Plangens sur les morts*, dit le Sage: *Super mortuum plora*. Il ne faut point chercher de prétexte à notre insensibilité. Il ne faut point dire que c'est l'usage des personnes de rang, et que leur mort est l'effet de la justice de Dieu. C'est ce que l'on aurait pu dire de Saul. Si leur vie a été criminelle, nous ne devons pas pour cela moins de-

quem composuit David, doloris ac pietatis et singularis ejusdem benevolentiam plenam. Qui usque ad hoc probatus est et acceptus, et propter materiam gravitatem, et propter singulare dicendi genus, ut omnium ori ac seculo fuerit familiaris et frequens in cantu. Sanè Josephus ad suam usque ætatem dicit cantari solitum. Et revera aliquid habet humanis numeris et artificio majus, neque mirum, quòd tam alii arripuerint avidè, et conservarint diligenter.

VERS. 18. — ET DOCEBANT FILIOS JEDA ARCEM (1). Duo simul cursum videtur David, ubi extinctum audivit Saullem regem, et caesa aut fugata Israël castra: alterum, ut se compararent, qui ex reliquis eà erant nati, ut belli pondus sustinere, et utiliter possent arma tractare, quasi magna deinde futura essent cum hoste certamina. Quare monet, ut omnes artem discant sagittariam, quia ejus artis scientissimi erant Palestini, à quibus percussum esse Saullem lib. 1. cap. 31. didicimus. Hoc fortasse verum: sed ego potius crediderim, arcem hoc loco per synecdochen pro omni summi armorum genere, quod in Scripturâ sacrâ infrequens non est, quia etiam sagittarum usus maxime frequens; in Scripturâ etenim sacrâ *arcis* et *sagittarum* nomen milies auditur, ut constat mediocriter attento. Quomodò autem docendi sint thronos, et quid sit in hæc sagittaria disciplina præcipuum, docet Vegetius lib. 4 de Re militari cap. 45. Hoc itaque dicendi genere indicat David illuminare bella, atque idè comparari oportere utriusque bellorum instrumenta, et curandam ad successus bellorum utiles militarem indust-

ploter le malheur de leur fin tragique, comme David déplore celle de ce prince. *Le juste*, selon l'Écriture, *lave ses mains dans le sang des pécheurs*, non par une joie cruelle de les voir périr, mais par cette humble réflexion qui nous fait avouer que le principe de tous leurs désordres est vivant dans nous, et que nous aurions été comme eux, et peut-être plus coupables qu'eux, si Dieu ne nous avait prévus par une grâce toute gratuite. (Sacy.)

(1) Trogus. S. Hieron. et ex eo Rupert: David, inquit, dixit ut Dominus doceret filios Jeda arcem. Ad est, reges Juda doceret fortissimè, ut fortes et intenti essent in timore Domini, et in persequis Dei: ne per inobedientiam reges Juda à fortitudine et timore Domini, sicut Saul, recederent, et eo modo que ipse perierat, perirent. Fortitudo enim deest omnibus qui tentationibus cedunt, et in peccata corrumpunt; si enim fortiter his resistunt, non peccarent. Quare qui tentatur, maxime eget fortitudine, quam præbuit impetrare debet à Deo. (Corn. à Lap.)

triam. Sicut Lucæ cap. 22, v. 36, dicit Christus: *Vendat hincem suam, et emit gladium*. Quasi diceret: Persecutiones manent vos, ó discipuli, et dura certamina; necessarij sunt gladii, etiamsi desit tunica; et vobis sic est instituenda vita et comparandi animi, quasi vobis perpetuus futurus sit cum hoste conflictus.

Si lectionem sequaris Septuaginta, alius videtur esse sensus. Sic enim habent: *Et lamentatus est David lamentationem hanc*, etc. *Et dicit ad docendum filios Jeda*, ubi arcis nomen non auditur. Quorum verborum hic videtur sensus: Scripsit David hoc sermo canticum, ut doceret, quòd illi Jeda in parentalibus sacris cantare debeant. Sed de hoc plura statim, cum agemus de libro Justorum.

Alterum, quod curavit David, fuit, ut pinnæ ac funebre officium exhiberetur his qui in acie occiderent, sed præcipue Sauli ac Jonathan, de quorum præcipue laudibus præclarum hoc instituit epicedium. Hæc videtur facta, quæque primam ubi lecta hæc fuerint, occurrunt cogitationi lectoris. Sed sunt aliqua non parùm impedita, quæ expediendus oportet.

Et primum videndum, cur Septuaginta neque arcis veniunt, neque arcus loco in sua translatione quidquam addiderunt. Apud quos hoc tantum habemus: *Et dicit ad docendum filios Jeda*. Hujus omissionis dux possunt assignari causas. Fieri etenim potuit, ut arcis nomine totum intelligatur, quod statim subjicitur, epicedium, aut feratè canticum. Potuit autem hujus epicedii titulus esse: *Arcus, quia arcus hic Saulis et Jonathan commendatur*.

Tituli autem, sicut et operum initiales voces, apud Hebræos pro toto libro atque opere inter se adhibentur. Sicut Genesis à primâ voce dicitur *Bereshit*, et alii omnes libri, qui sunt in Pentateucho, à primâ sibi voce nomen assumpserunt. A titulo suæ melius libri ac canticis datum est nomen, quod solum est à materiâ. Id probant poemata plurima, et omnes penè tragediæ, uti græcæ, quam latina. De canticis in vulgaribus exemplis sunt plurima. Apud Græcos odo quædam *Harmosium* dicebatur, quia laudes et gesta continebat Harmodii, Cælius Rhodiginus lib. 27, cap. 26; et ode alia, quæ ad numerosos saltus canebatur. *Nisæ* vocantè sunt, et *Daphnæ*; non ut est in epigrammate quodam græco, si satis memini, saltasse quidam dicitur Nisæm et Daphnim. Sic puto improbabile non esse, sive

ex titulo, sive materia hoc epicedium vocatum esse Arcum. Sicut etiam verisimile iudico aliquos Davidis Psalmos à præfixe titulo accepisse nomen; veluti Psalmum 43, à *lilia*, et Psalmum 21, à *cervè matutina*. Quare dùm Septuaginta suâ translatione indicant hoc epicedium datum esse Israelitis à Davide, eum epicedium arcus etiam vocetur, idem omnino dicunt quod hebraicus textus et vulgata translatio: doceri etenim arcum, et amicum hoc funebre, idem est. Et favet huic explanationi, quod etiam Jeremias cap. 9, v. 20, eum instarent Judæis infortunata tempora, monet parentes, ut filias suas lamentari doceant, quia non illis decet plangendi materia; *Docete, inquit, filias vestras lamentum, et magisque præsitium suum plangunt*. Lamentum autem hoc loco funebre aliud quod videtur esse canticum, hoc nempe Davidicum, aut aliud simile, sumptum ex hoc Justorum libro, quem directorium videri diximus, aut rituale.

Sicut scaturit ex libro Jeronimi. Hic locus difficilis est, quippe variè versatur à variis, tam hoc loco, quam Josue cap. 10, ubi etiam libri Justorum nomen additur. Et primum querendum est, quisnam sit liber iste Justorum. De quo multa libe Abulensis, et in cap. 10 Josue omnes serè interpretes, Serrarius, Arias, Masius, Magallanus, apud quos invenies tot sententias quot penè sunt capita. Quidam hunc librum Genesim esse putant, quia ibi sanctorum Patriarcharum continetur vita. Alii Pentateuchum, in quibus est Chaldeus, dùm reddit *librum Legis*. Alii distinctum esse librum arbitrantur ab illis quos nunc habemus, qui de recto ac justo disputant, aut in plurali de *rectis et justis*, id est, de sanctis in nos Dei beneficiis, et de officiis ac ceremoniis, quibus nos illum colere et illius benignitati respondere debemus. Cui cognitioni favet, quod hebraicè non est in plurali *justorum*, id est, *justorum*, et *rectorum*, sed *justus*, id est, *recti ac justis*. Hebræi, ut tradidit Hieronymus in Traditionibus hebræis, hunc librum esse censent primum et secundum Regum, qui Synonem nomine notantur.

Ego sic opinor, primum hunc librum non extare, sed cum aliis multis, quorum non tenet Scriptura sacra meminit, excidisse. Hæc est auctorum maximè communis opinio. Deinde mihi certum est, illud, *justorum*, in neutrali esse, non in masculino genere, quod ex recentioribus nonnulli sequuntur. Et patet, quia in hebræis codicibus non est *justorum*, sed

justi, ut dicebamus nuper; atque idèd non de multis justis, sed de uno justo actum oportuisset, quod neque est verisimile, neque ullus excogitavit. Quare de justo ac recto, aut de jure ac lege, aut de officio, id est, de eo quod à quolibet in suo munere præstari debuit, hunc librum egisse fateamur necesse est. Quod aperte dicit Chaldeus et Septuaginta, quorum illo reddidit, *librum Legis*, hunc *librum Recti*, sicut etiam recentiores alie translationes. Hispanica, et in libro *Justo*. Neque illud, *Justorum*, quidquam incommodat; nam etiam *justa* idem interdum valet, quod *jura*, *debita*, seu *officia*. Sic Cicero lib. 1 Offic., *justa* appellat quæ servis ac mercenariis debentur. Et quia defunctorum manibus plurimum debet vivorum pietas, fit ut illa sacra, aut ceremonia, quæ ad mortuorum funus exhibetur, nominetur *justa*. In hæc sententiam inclinat Arias in e. 10 Josue.

Erit igitur liber *Justorum*, in quo leges, aut ordo, directorium, et ritus continentur, ac ceremonia, quæ in quolibet officio doceri quid fieri legitime, et quo ordine et modo debeant, sive in nuptiis, sive in conventibus, sive in bello administrando, sive in mortuorum exequiis, sive in aliquâ aliâ publicâ functione, quæ in bonè constitutâ republicâ exerceri solet. In illo itaque rituali libro, sive directorio (id enim significat, aut indicat vox hebraica *justus*) continebantur, quæ beneficia populus accepisset, et quo modo agenda essent gratiæ Deo pro illis. Idèd puto Josue cap. 10, in libro *Justorum* scriptum esse, quomodo ad vocem Josue stetit sol, et quibus verbis cognoscendum esset illud beneficium, et quod carmen gratulatorii cantici futurum esset fundamentum; eum enim verba quedam numerosè composita processissent, statim additur: *Nonne scriptum est hoc in libro Justorum?* Ubi alii legunt, in libro *Recti*, aut *Justi*.

Sed est adhuc dubium, quidnam in hoc *Justorum* libro scribendum sit; an docendos esse milites arcum, vel epicedium, quod in Saulis funere compositum est? Ego utrumque in librum illum relatum esse arbitror, et docendos esse milites arcem sagittarum, et quid dixerit David in Saulis et aliorum qui cum illo in acie ceciderunt, parentali placita. De utroque nihil habeo certum, sed conjectaris tantum ducor, quod in rebus hujusmodi necessarium est. Est enim satis verisimile, in libro *Recti*, seu officiorum, tradendum esse principi

modum et præcepta, ut honestè, utiliter ac peccatè rem administret publicam. Videitur autem maximè necessarium, ut civis instruat militari disciplinâ, ut habeat quid utiliter hostibus opponat, si quando vis aliqua extrinsecus allata rem communem et publicam turbare tentaverit. Toti autem hæc disciplina *arcis* nomine significatur.

Quòd verò hoc etiam Davidis epicedium in *Justorum* librum relatum sit, probant ea quæ superius à nobis adducta sunt, ubi, juxta Septuaginta editionem, *arcus* idem est, quod Davidis ferale canticum, aut quia illius titulus erat *arcus*, aut quia illius carminis bona materie pars fuit Saulis arcus et Jonathæ, in extremo illo certamine contractus. Sed fuit præterea gravis illa ratio, quod in hoc carmine optimè proponitur epicedii componendi forma. Et sanè hoc carmen legi solitum ad suam usque ætatem, docet Josephus lib. 7 Ant. cap. 4. Et ad illius exemplar alia fuisse composita indicat illud Michæe cap. 4, v. 10; *In Geth nolite amantare*. Neque enim ulla apparet ratio, cur Michæas Israelis clades Gethais potius quam aliis Israeliticis nominis inimicis celari voluerit, nisi ad hoc Davidis parentale canticum esset allusum.

Hæc nihil magis videntur expedire. Sed fortassè liber fuit apud Hebræos, in quo pia describebantur carmina, quæ variè pro temporum occasionibus variis canerentur, in quem collati fuerunt Psalmi à variis compositi et ad divinas laudes accommodati, ex quibus concinnatum est Psalterium, quod et habuerunt olim Hebræi, et nunc etiam habet Ecclesia in magnâ religione; quod non unum auctorem habuisse Davidem, licet hic fuerit omnium princeps, sed plures alios, censent Hebræorum magistri, et ex nostris non pauci secuti Hieronymum, qui illos esse dicit Psalmorum auctores, quorum nomina Psalmorum initis præfiguntur. In hunc igitur ordinem sicut alii Davidis Psalmi, sic etiam hoc ferale canticum, quod etiam Psalmus quidam est, collatum esse arbitror, sicut illa etiam verba Josue cap. 10, quæ etiam in libro *Justorum* scripta esse narratur. Nam et illa numeris constare poterit, auctor est Arias et Masius, uterque in illum Josue locum. Et quidem sonus ipse et numerus syllabarum satis indicant aliquid ibi esse numerosum. Auctor itaque libri Josue, et qui hunc secundum librum scripsit, hæc cantica duo ex libro *Justorum* transcripsere, atque idèd librum illum allegant. Hæc porro

carmina, quia neque cum Deo loquuntur, neque Deum laudant, neque à Deo aliquod præcitur, sicut fortassè alia non pauca, quæ in volumen illud coacta fuerant, idèd à Psalterio, in quo laudes continentur et præces, rejecta sunt. Et quia illa loti Canica perierunt, neque ista duo in illo libro modò reperuntur, sed in suis quodque historis, idèd liber *Justorum* interisse dicitur. Hæc ego postrema neque affirmo, neque aliis persuadere studeo: sed quia res est obscura, et variè ab auctoribus accepta, licere mihi existimavi hæc etiam aliis expositionibus adjungere; fortassè alicui non displicebit.

ET AIT: CONSIDERA, ISRAEL, PRO HIS QUI MORTUI SUNT (1). Aggreditur jam egregius Psalter, et eximius poeta, singulare hoc et omnibus peribus in sua brevitate perfectum epicedium. Et docet ipso exordienti modo non esse eos qui ceciderunt, è mediâ turbâ, aut acceptam plagam esse vulgarem, aut ejusmodi, ut facili possit sanari medicinâ. Jubet ergo, ut Israel singula accurate consideret, quasi certò sciat in illo vulnere reperiri causam, quæ æternam possit abire in animo benè in republicam affecto lugendi materiam, eum rex et regia soboles, et præstantissimi quique, cum magno republicæ detrimento, et Israeliticis nominis ignominia occubuerint.

VERS. 19. — INCLITI ISRAEL SUPER MORTUOS TUOS INTERFECTI SUNT. QUOMODO CECIDERUNT FORTES (2)? Hæc est, quod Israelcm conside-

(1) ET AIT: CONSIDERA, ISRAEL, PRO HIS QUI MORTUI SUNT SUPER EXCELSA TUA VULNERATI. DESUNT HÆC IN HEBRÆO ET CHALDÆO, nec leguntur in textu versionis S. Hieronymi, atque in Septuaginta. Versio sunt eorum quæ legitimus initio versiculi sequentis. (Galmet.)

(2) Hebræus: *Discor Israel, vel gloria Israel, vel humilitas Israel, vulneratus est, seu confusus super excelsa tua. Quomodo ceciderunt potentæ? Nomina hinc illi Israelis indicantur hic Saul ejusque liberi, qui in montibus Gethæo ceciderunt. Aquila: Et ait: Considera, Israel, super mortuos, quos amittit; quomodo ceciderunt fortæ? Septuaginta: Erige monumentum, vel columnam, in memoriam defunctorum tuorum, qui in excelsis tuis occisi sunt. Quomodo ceciderunt potentæ? Commodè etiam reddidit Hebræus: O decus Israel! princeps super excelsa tua vulneratus est. Quomodo ceciderunt potentæ? Alloguitur per apostrophem regionem, vel filias Israelis. Chaldeus: Steterunt super Israel; imper domum fortitudinis vestrarum elevati sunt occisores; quomodo occisi sunt fortæ? Denique exponi potest cum Syriaco et Arabico: O cervi Israel! super colles tuos occisi sunt. Cervi seu hinnuli similitudo apud veteres honestissima est. Ipse David gratias Deo agit, quod levitatem ac pernicitatem cervi sibi concesserit.*

rare jubet, nempe montes Israel Israelitarum sanguine commaduisse; eorum, inquam, sanguine, qui et nobilitate principes, et fortitudine præclari inter reliquos habebantur. Atque ideo placere ipse incipit, dum adhibet usitatum illam in threnis legendi formam: *Quomodo ceciderunt fortes?* Quasi miretur tantam virtutem tam brevi tempore, et tam horribili strage potuisse confici. Porro in placentia hæc est inter Hebræos familiaris exordientis forma. Sic in Jeremia Threnis cap. 4: *Quomodo ceciderunt fortes? Et cap. 2: Quomodo obsecrasti cæcitate? Et cap. 3: Quomodo obsecrationem est curam?* Sic Isaiæ cap. 44: *Quomodo ceciderunt, Lucifer? de rege Babilonis.*

VERS. 20. — *NOLITE ASSUMERE IN GITH.* Græve est honore aut commodis privati ab hostili manu; sed est interdum ingenius animi multo durus, spectare hostes triumphare in ipsorum infortunijs, et tunc exultare magis, cum maxime solent; lavare denique in miserorum sanguine manus suas. Quare hoc viri etiam sancti et pietatissimi, aut postulant a Deo, ne aliquando contingat, aut si quando contingit, amare lugent. Psal. 24: *Neque irideant me inimici mei.* Quod item Psal. 88, quasi acerbum aliquid queritur David: *Levitæ habet omnes inimicos ejus.* Et Threnorum 2, v. 17: *Levitæ super te inimicum.* Hoc autem ipsum, quod modo David, ad ejus fortasse imitationem fecit Michæas, supra cap. 1, v. 9: *Desperata est plaga ejus, etc. In Geth nocte arantillare, ne videlicet nostri exultent inimici.*

NE FORTE LATENTUR ELLE PHILISTINUM. Filiarum meminit potius, quia harum opus est et cantu et choro victorias celebrare; sicut fecere illic quæ Davidis de gigante victoriam sponsa non raro sponsum comparat *hinnulo cæterorum.* (Calmet.)

Septuaginta Romana habent: *Sic, Israel, super mortuos tuos, in excelis vulneratus; quomodo ceciderunt potentes?* Pro ista, Græcæ est *ερωτασθω, q. d.:* *Insiste et incumbit fixo in hanc considerationem.*

INCLITI ISRAEL SUPER MONTES TUOS INTERFECISTI SONT: *Quomodo ceciderunt fortes?* Hæc versus in re et sensu idem est cum priore. Unde pro his duobus versibus, unus duntaxat est in Hebræo, Septuaginta et Chald. Quare duplex hic versus ortus est ex duplici versione textus Hebræici. Prior ex versione Aquilæ (quem sequitur Procopius), ideoque cum nonnulli codices Vulgate editionis, ut Regii, omittunt; posterior ex versione S. Hieron. Hebræa ad verbum habent: *Decus Israelia in excelis tuis vulneratum est: quomodo corruerunt heros?* Ita Vatabl. (Corn. à Lap.)

celebrarunt supra, cap. 48. Vide quæ nos ibi.

VERS. 21. — *MONTES GELBOE, NEC ROS, NEC PLUVIA VENIAT SEPEE YOS.* Gravis est furor, aut dolor, quicumque cogit in res inanimatas vivere, et illis, cum mereantur adversi nihil, adversa imprecari omnia. Sic mercator, cum rerum facturam naufragus fecit, ventos exacerat, et pelagus, et illis indignatur, optaque, quidquid hostibus alii. Sanè Xerxes non solum mari verba dixit contumeliosa, et imprecatus est illi ac ventis post tempestatem et naufragium, quæ mari ac ventis possunt esse contraria, sed præ nimio furore atque dolore tales pœnas exegit ab utrisque, quales nemo nisi ab ænente spectare posset. Audi Herodotum lib. 7: *« Cum audisset Xerxes (classen) adorta tempestate fuisse disruptam) indignè ferens jussit tercenta Hellesponto verbera et indigi, et in ejus pelagus par compedum et demitti. Jam audivi misisse quoque cum his et etiam, qui stigmata Hellesponto invenerunt; et certe mandavit, ut colaphos Hellesponto et incuterent, dicentes barbara verba ac vere sana. »* Adit Valerius lib. 5, cap. 2, miratum fuisse quoque colo tenebras Jovennatis Saitry 10, addit, in ventos quoque flagellis sævisse, quod accrio spiritu turbissent mare:

*In Coram, atque Enrum solitas scire flagellis
Barbarus Falio nunquam hoc in carcere passus,
Ipsum compedibus qui vincerat Eurotigam.*

Sic agricola, dum fruges videt exutas ab ureidine, et à noxio vento spem, quæ se ostentabat à segetum viriditate, vanaescere, mille in ventos jactat convicia, nulle precatur infortunia. Quæ de re vide Senecam lib. 2 de Ira, cap. 16. Dixit hoc optimè Augustinus, si satis memini, licet locus non succurrat: *« Plerumque, inquit, non hominibus tantum, sed calamo et irascimur in scribendo, eumque collidimus, et atque frangimus; et aleator tesseras, et pictores penicillo, »* etc. Quod facti in animo cæcus et præcepit furor, hoc idem etiam facit et patitur, cum occupavit animum vehemens dolor. Sic sanè Theodoretus quæst. 6: *« Hoc, inquit, indicat summum dolorem. Quomodo enim qui aliquâ parte corporis sunt male affecti, aut parieti, aut lecto manus aliquid et propter stimulus doloris, ita etiam vir divinus nimis ardens animi aegritudine male et precatur inanibus montibus. »* Sic Job cap. 5, eadem penè imprecatur diei, in qua natus est, quæ David montibus Gelboe: *Peccat dies,*

in qua natus sum, etc. Dies ille vertatur in tenebras; necem illum tenebris turbo possideat, etc. Idem penè Jeremias cap. 20. Peccat ergo David quasi præ nimio dolore sui ipsius impos, non quia id voluit factum, sed ut doloris magnitudinem ostendat, milito, opinor, Hebræorum more, ut montes illi steriles perpetuo sint, neque ex celo aliquid accipiant, nisi aut sifim perpetuum, aut sempiternam hyemem, ita ut nullus ex illis ad hominum usus proveniat fructus, neque inde ulla primitiæ ad templi quotidianos sumptus offeratur, sive ex frugibus, quas non pariet sterile ac maledictum solum, sive ex pecoribus atque arboribus, quæ non alet infelix illa regio opportunis destituta pabulis.

Hic dubitat Abulensis, quæst. 16, in peccaverit David, dum in montes patrios diram letam maledictionem intorquet, quæ si quod optare videtur, obtineret, gravi illorum mortuum possessores, qui nihil commoverant, afficeret incommodo. Ac tandem docet optimè, quod alii etiam tenent interpretes, hoc ex animo non peccatum esse Davidem, sed ut eo dicendi modo, qui his, quos gravis exercebat dolor, familiaris est, ostenderet, quàm ipse graviter de tantâ Sædis ac illustrium virorum strage condoleret. Quare non est frustratus suo desiderio, quia non sterilitatem optabat montibus, sed tantam cupiebat aliis esse notum, quid ipse ex communi Israelitarum incommodo sentiret.

Dubitari hic secundo posset, an diram hæc Davidis imprecationem montes isti subierint, id est, an nunquam celesti rore fuerint perfusi, et neque ferendis frugibus aut pascendis gregibus idonei. Tractavit questionem istam Abulensis supra, quæst. 16, et ait, quosdam existimare in montes illos Gelboe aëros fuisse celos, cujus sententia dicit fuisse Rabanum et Glossam ordinariam, quos etiam citat Hugo, à quorum sententiâ non abhorret. Sed illi hæc tantum videntur asserere in morali sensu. Ita sanè indicat Ambrosius lib. 5 de Officiis cap. 9: *« Arruerunt, inquit, montes prophetico maledicto, et divina vis sententiam maledictis implevit. Itaque pro regno necis spectante non elementa solverunt. »*

Alii tunc impletam dicunt esse maledictionem, cum Elia temporibus, 3 Reg. 17, non *pluit super terram annos tres, et menses sex.* Ita refert Historia Scholastica, et Abulensis, et illius auctorem citat quemdam Andream. Sed hæc opinio seipsam facile confutat, quia nimis

serum esse supplicium post tot sæcula. Deinde, quia eo tempore non solum longam illam sitim passi sunt montes illi, sed terra tota Israel. Afflicti adducunt solutiones, quæ hic enumerare necesse non est. Sed illud est sine dubio statendum cum Abulensi, qui ait, quosdam se nosse, super quos in eo monte celestis deciderit pluvia. Neque erat cur Davidis voto eo modo responderet Deus, cum ipse non tam optaret id advenire montibus, quàm vellet suum in defunctos animum et studium ostendere.

Hic ad mores aliquid adducunt Patres, quod hic paucis perstringere non erit abs re. Ambrosius lib. 5 de Officiis cap. 9, optimè expendit Davidis ingenium et clementem animum, qui cum tot ab ingrato et malevolo rege affectus esset injurijs, cujus tunc causâ tutius later hostes, quàm inter suos ac domesticos ageret, plangit tamen illius mortem, et vestimenta discendit, et montes exacerat et odit, in quibus illum credidisse cognovit. Bernardus serm. 54 in Cantica, ad illa verba cap. 2: *Transtillens colles, in montibus Gelboe, à quibus transit Deus, cum alios visisset affluenter, hæc moneo intelligit, quos non visitat Dominus, cum tamen alios celestis rore exhiberet et fecundaret. Deinde, quia superbus diaboli in re characterem et imaginem portat, ab illo quoque Deum transire dicit, quo tempore in alios liberalem se et munificum præbet: *« Superbia, inquit, inventa est in me, et Dominus decessit in ira à serro meo. Quomodo ita exaruit cor meum, coagulatum est sicut lac, factum est sicut terra sine aqua? Nec commingit ad lacrymas, quò tanta est duritia cordis. »* Non sapit Psalmus, non legere libet, non orare delectat, meditationes solius non invenio. Ubi illa inebriatio spiritus? ubi mentis serenitas, et pax, et gaudium in Spiritu sancto? Ideo ad opus manuum piger, ad vigiliis somnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax, lingue et gula indolens. Hor, signior obtusiorque ad prædicationem. Hæc omnes montes in circuitu meo visitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Nam alium quidem intusor singularis abstinentie, alium verò patientie admirandæ, » etc. Ego autem, qui horum in me invento nihil, quem me alium patem, quam unum de montibus Gelboe, quem præterit in ira et indignatione sua ille cæterarum omnium benignissimus visitor? » Gregorius lib. 5 Moral. cap. 5, in montibus Gelboe*

superba intelligit Iudeorum corda, quæ à cælesti gratiæ rore siccantur.

QUA IBI ABIECTUS EST CLYPEUS FORTIUM. Hæc gravis est dolendi materies, quod defuerit patriæ clypeus et murus, vixi nempe fortes, qui impavidè pectoris opposito arebant hostilem vim. Ille verò clypeus abiectus est, quia strati jacent strenni patriæ propugnatores, quibus cum abiectum quoque videri potest Heliorum nomen, et gens parentum gloriæ ac virtutis nobilitas, ad ignobilium hominum relictæ servitutem. Simile in Hectoris planctu, et quasi parentalibus occinere apud Scæcam la Troade Trojane feminæ:

*Columen patriæ, mors fatorem,
Tu presidium Phrygiis festis,
Tu murus eras, humerisque tuis
Stetit illa decem fulta per annos;
Tecum cecidit, ramisque quæ
Hectoris idem, patriæque fuit.*

Hæc eadem videtur de fortibus occisis cecidisse David, dum abiectus esse dicit illum, imò verus patriæ clypeus, quibus subtilis exposita videbatur Indubio ac prædæ Palastinorum, et vicinorum hostium, quicumque vellet in Heliorum terminis irrumpere; quod facere tuto posse credebantur, illo patriæ propugnaculo direpto.

Sed est ab abjecto clypeo aliud etiam vulnus ad ignominiam grave, quod foras etiam spectabat David in hoc ferali planctu. Notum est, quam militi ignominiosum fuerit, aut in seggè et metu projecisse clypeum, aut illum quoquo modo in pugna perdidisse. Unde vox *hæc* quæ *hæc* sonat, qui *clypeum abiecit*, plena est ignominie. Maluit Labena quædam illum exanimem, quam sine clypeo, quem domo exulerat, ex acie redire. Quare cum illo clypeum traderet ad bellum profecturo, his illum verbis ad virtutem et patriam gloriam adhortata est: *Il rav è ici, c'est là est: Val hinc redde clypeum, quem tibi trado, vel in eo revertere, quasi dicat: Excipiam te libentibus animâ quam clypeo privatum. Mos enim erat, ut milites occisi pro ferâ phæro, in suis portarentur scutis; sicut de Pallante, ex veteri consuetudine, dixit Virgilius lib. 10. Æneidos:*

*At socii multo gemitis, lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
Celebrat fama illud Epaminonda, qui elatus ex acie septimanis, non tam dolebat, quod mors jam immineret, quam quod in acie moribundus clypeum tenuisset. Quare recepto clypeo*

latum se dicebat exire de vitâ, ilane ergo infamiam dolet David, quod multa scuta in Palastinorum potestatem venerunt, maxime illorum qui ut evadere possent fugiendo hostes, quos elatus victoriâ instare videbant, ut magis essent ad fugam expediti, ut verisimile facit ille rerum articulus, clypeus abiecerè. Sed prior mihi ratio magis probatur, quod namque extinctis fortibus magna reipublica munimenta perierint.

CLYPEUS SAUL, QUASI NON ESSET UNCTUS OLEO. Quidam illud unctus ad clypeum referunt, non ad Saulem. In his sunt Rabb. Salomon et Vatablus, qui putant ungi solitos clypeos, quia eo modo aptiores sunt ad excutienda tela, propter lubricam olei naturam. Quorum sententiam optimè Abulensis refellit, quia aliquid principum dicitur esse in Saule, dum unctus dicitur oleo. Sed si ad rei bellicæ commoditatem conferret aliquid oleum clypeis aspersum, aliorum etiam clypeis non esset illa commoditas ablata. Quare Abulensis cum in eâ etiam sit opinione, ut de unctione potius dicitur quam Saulis sermonem esse statuat, alias tamen ob causas putat de Saulis clypeo oleo delibato inductum esse sermonem. Significatur enim aut Saulis in acie fortitudo, aut illius præcipua quedam dignitas, quam illa clypeo unctio secum importabat. Virtus quidem, quia cum prius et more unctus esset oleo, sanguine tamen multorum, quos Saül interiecerat, sic erat respersus atque oblitus, ut nullum unctionis antiquæ vestigium appareret. Sed hæc explicacionem neque ipse videtur omnino probare, cum alteram inducat. Et sanè meritò; si enim, ut ipse statim addit, regius clypeus fuit et quasi consecratus oleo, sicut rex ipse, ut major aliqua dignitas clypeo addatur, sicut regis personæ conciliatur ab oleo, non necesse est, ut clypeus totus ab oleo unctus deat, sed satis est, ut in aliquâ parte leviter unctus; sicut etiam rex et sacerdos, cum à sacrâ unctione legitime sacranur, non toti illinantur, sed illorum exigua quedam pars. Neque præterea clypeus, maxime regii, ejus sunt materies, ut oleum bibant, aut non ex eis, si quid inspersum est oleo, non detergerat facili. Quare etiam inimicorum sanguine non esset inspersus regius ille clypeus, nullum esset relictum in illo olei vestigium. Quare magis ille placet, si locus accipiatur non de fortitudine Saulis, quæ clypeum imbutit hostili sanguine, quam de regii dignitate, quæ non solum uncto capite, sed etiam clypeo significabatur. Quare legebat, quod Saül sic esset in

acie peremptus, quasi nous è torâ, et cujus clypeus sacro non esset oleo delibatus. De clypeis oblitus oleo diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 21. *Surgite, principes, arripite clypeos*; ubi Hebraus textus habet: *Ungite clypeos*. Ubi de hæc clypeorum unctione pluribus.

Sed est communis, et vera sententia, illud unctus non ad clypeum, sed ad Saulem esse referendum. Illud enim David hoc loco maxime dolet in Saule, quod cum Christus esset Domini, id est, unctus, non aliter fuisset ob hoste tractatus, quam si vulgare foret atque profanum corpus. Hæc enim una res ipsius dexteram à regio corpore continuit, quod Christus esset Domini. Sic lib. 1, cap. 24, vers. 7: *Non mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est*. Et cap. 26, vers. 8: *Quis extendet manum suam in Christum Domini, et immoens erit?* Et proxime idem male accepit Ananiam, et interfici jussit, quia Christo Domini manus attulisset. Hoc igitur nunc dolet, quod Christi Domini abiectus esset clypeus, id est, quia Christus Domini occidisset; alter enim non abieceret clypeum, et quod idem propè est, non illius clypeo, id est, protectione carnis respública regis cura atque tutela commissa.

VERS. 22. — A SANGUINE INTERFECTORUM, AB ARIPTE FORTIUM SAGITTA, JONATHAE NEQUAM REDDIT REVERSERI, ET GLADIUS SAUL NON EST REVERSERUS IN ANSIS (1). *Releo, revertor, et similia, etiam si*

(1) *La flèche de Jonathan a toujours été teinte du sang des très vaillants, et l'épée de Saul n'a jamais été trempée inutilement. Cette complainte de David est digne du Saint-Esprit qui lui lui a inspirée. Elle est vive et touchante, parce que c'est là le douleur qui s'explique, et le cœur qui parle: Et néanmoins cette éllision de pensées si naturelles et si conformes aux pleurs qui les accompagnent, est condûite par une très-grande sagesse. David fait l'éloge de Saül. Il rend ce devoir à sa souveraine dignité. Mais il le fait sans blesser, ni la vérité, ni la justice. Il relève en lui ce qui mérite effectivement d'être loué: ces qualités extérieures et éclatantes qui donnent le plus de réputation aux princes; sa magnificence envers son peuple; ses succès heureux dans la guerre; et cette grandeur d'âme et de courage qui l'a rendu digne d'être comparé aux anges et aux lions. Mais en même temps il cache sous le voile du silence tout ce qu'il n'aurait pu, ou louer, ou excuser sans se rendre complice, ou de mensonge ou de flatterie. Ce ménagement qu'il garde avec tant de circonspection et de pudeur, est un excellent modèle pour ceux qui sont obligés de parler aux princes pendant leur vie, ou de faire leur éloge après leur mort. (Sacy.)*

nihil addas, conatum significant, et petitionem irritam; multò magis si addas aliquid, quod inutilem indicet fuisse petitionem illam. Isaiæ cap. 45, vers. 25: *Egre dietur de ore meo justitia verbum, et non revertetur; quod explicuit postea cap. 55, vers. 11: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quocumque volui*. Ezech. 21, vers. 5: *Ego Dominus educi gladium meum de vagina irrevocabilem*. Hebraicè lo thaub, id est, non revertetur, scilicet inanis. Jeremia 50, vers. 9: *Sagitta ejus quasi viri fortis interfectoris non revertetur vacua*. Sic ergo neque Saulis gladius, neque Jonathæ sagitta ullam habuerunt petitionem vacuum ab hostium sive caele, sive sanguine, etiam adversarii sese contra objicerent bellatores strenui et robore præstantes. Id enim sibi velle videtur illud, *ad arripe fortium*. Nisi mavis ita hæc accipere, ut non solum sanguinem effuderint horum principum arma, quod contingere solet etiam dum leviter cutis summa perstringitur, sed etiam adipem, quod tunc accidit, cum ad ipsa etiam præcordia telum adigitur. Hoc porò strenui atque robusti nullis est, nullum torquere telum, nullam conjicere petitionem, que non adversarii aut effundat sanguinem, aut animam lauriat letali vulnere. Hoc de suo Æneâ cecinit Maro lib. 10. Æneid.:

*Filius Æneæ affatur Achatem:
Suggere tela mihi, non ulium dextera strata
Torseris in bustula.*

tempore, quo victorem habebat et exultantem vicinum hostem, à quo omnia timere poterat infortunia.

Abulensis eò inclinat, ut duobus tantum annis regnarit Isboseth, nempe pacificè usque ad bellum, de quo statim. Ex eo autem nullum fuit tempus ad mortem usque Isboseth à bellorum strepitu, seu timore vaenim, quod longum fuisse docet illud cap. 5. v. 1: *Facta est ergo longa concertatio inter domum David, et inter domum Saülis. David proficiens, et semper seipso robustior, domus autem Saül decreverunt quotidiè.* Illa porrò concertatio non fuit bellorum tantum, nam bella pauca memorantur, sed animorum et studiorum, cum alii debent regnum dicere Isboseth, utpote regis filio, alii fortasse *Miphoseth* filio *Jonathai*, cui pro patre *Jonathai* primogenito regnum hereditario jure tradendum videbatur; plures *Davidi*, cum constaret electum esse à Domino. Quod sensisse florum plurimos, qui agente *Abner* deinde secuti sunt partes Isboseth, ipse docet *Abner*, cap. 5. v. 16. qui cum jam faveret *Davidi*, sermonem intulit ad seniores *Israel*, dicens: *Tam heri, quam nudius tertius querebatur David, ut regnaret super nos.*

Cajetanus in capiti 5 proximum aliter constituit biennium istud regni Isboseth. Ait enim, non cœpisse simul atque cecidit Saül, et regnare incœpit *David*, regnum Isboseth; neque eo cœcto super totum *Israel* cœpisse *Davidis* dominatum, sed plurimum intercessisse moræ à Saülis interit ad regnum usque Isboseth, et ab hujus morte nihil item ad *Davidis* universale regnum; ad medium autem septenni; quo *David* regnavit super *Judam* in *Hebron*, interjectum dicit fuisse biennium illud, in quo super reliquis tribus regnavit Isboseth. Quod verò plurimum temporis intercesserit à Saülis morte usque ad illi regnum, videtur certum, quia non parum temporis consumendum fuit in congregandis illis qui fugâ fuerant post Saülis eadem variè dilapsi, ita ut ad castra redierint, per que Isboseth ab *Abner* fuerat circumductus. Deinde in comitiis de rege deligendo non potuit longa mora non esse consumpta, cum neque omnibus placeret Isboseth, qui idè, ut quibusdam placet, non fuit cum Saule patre et fratribus reliquis in acie peremptus, quia ut in bellis et ignavis relictus est domi. Neque præterea certum erat, an deberet filius in regno parenti succedere, cum neque legibus constitutum esset, neque ullum esset exemplum in eò repri-

blicè, cum unus tantum rex in eâ processisset. maxime cum jam esset à Deo per *Samuelem* rex designatus, cuius omnes et virtutem narrant, et eximiam in re militari prudentiam. Multos autem, eosque seniores, in illis comitiis ad *Davidis* causam fuisse propensos, docuit *Abner* cap. 5. v. 16. dum ait, visum esse senioribus, non ad Isboseth, sed ad *Davidem* regnum esse deferendum. Et reverà ex aliis tribus ad *Davidem*, cum esset in *Hebron*, non pauci transfugerunt, de quibus suo loco. Neque levior fuit concertatio, postquam latronum insidiis perit Isboseth, in rege deligendo, quem tribus alie à *Juda* divulsa sequerentur. Quare si hæc quo tempora ex septennio recessos, quod posuit *David* in *Hebron*, satis videtur assignari temporis regno Isboseth, si biennium tantum regnasse fateamur. Hæc pro *Cajetani* sententia, que hoc explicata modo non videtur esse difficilis. Neque mirum, si duobus annis cum dimidio undecim tribus regere caruerint, cum haberent *Abner*, cui in re bellicè obsequantur omnes, neque præterea nullum urgeret ab inimico bellum et totidem annis ab occiso Isboseth, cum pacata essent omnia, neque quid turbaret *David*, cum esset in *Hebron*, nisi *Caesarius*. Utraque mihi tam *Abulensis* quam *Cajetani* sententia probabilis est; magis tamen in posteriorum inclino, quia simpliciter docet id quod simpliciter proponit textus ipse sacer, dum ait, Isbosethi duobus regnasse annis super *Israel*. Puto tamen plus longè interjectum esse temporis inter Saülis mortem et regnum Isboseth, quam inter eandem Isbosethi et *Davidis* universale regnum; quia posterius hoc tempus minus habuit impeditam deliberationem, cum nullus esset reliquus, cui esse posset cum *Davidis* de regni titulo atque administratione contentio.

VERS. 11. — ET FUIT SEXAGESIMO ANNORUM, etc. SEPTEM ANNORUM, ET SEX MENSUM. Notum est apud *Hebræos*, numerus, qui perfectum excendunt, aut à perfecto deficiunt, aut omittit, aut addit, quod etiam; ut opinor, hujus omnibus est commune. Sic dicimus habitare mille civis in urbe, cum sint in illa habitatores mille et quinqueviginti, quia isti millenarium numerum parum excedunt, qui perfectus est, qui tamen interitum, neque id infrequenter, exprimuntur. Id autem, si usquam, clarissimum apparet. Nam cum hic commemoratus dicitur *David* in *Hebron* septem annos et menses sex, libro tamè 3, cap. 2, v. 11. regnasse dicitur in *Hebron* septem annos.

VERS. 12. — EGRESSUSQUE EST ABNER FILIUS NER, ET PUERI ISBOSETH FILII SAUL, DE CASTRIS IN GABAON. Quo animo egressus fuerit Abner de castris, ubi compellatus fuerat rex Isboseth, non est conjectare difficile, nempe ut quemadmodum undecim tribus eo adduxerat, ut Isboseth regem sibi ex omnibus asciscerent, sic etiam tribum Juda, quæ ad Davidem Saulis derelicto genere, defecerat, ad aliarum tribuum conspirationem adjungeret. Quare ex Machanaim, sive sint castra, ut verius putabamus, sive civitas, ut alii volunt, exercitum eduxit copiosum, sperans fore ut tribus Juda, quæ undecim tribus videbatur inferior futura, noque habitura quid aliis opponeret utiliter, ad castra rediret, quæ paulo antea deseruerat. Neque David, cum prius unctione designatus est rex à Samuele, sciretque sibi deberi regnum, vel ipso Saule teste, quidquam tamen molitus est, donec ad pugnam ab ipso hoste ultrò lacessente evocatus fuit. Quod observavit et commendavit Ambrosius in Apologia pro David, cap. 6: « Inimici, inquit, ultus est mortem, Achilleus satis deploravit interitum: et debitum sibi imperium diu distulit, quod sciebat Deo auctore deberi. Quo solo docuit omnes homines ad non præcipiendum regnum, etiamsi debeatur, sed expectandum, ut suo tempore deferatur. Utinam hunc virum imitari essent posteri! non tantis bellorum pertulissent acerbitates. »

VERS. 13. — PORRO JOAB FILIUS SARTILE, ET PUERI DAVID EGRESSI SUNT, ET OCCURRERUNT IIS. Erat Joab, ut ex toto hoc libro constabit, et fortis, atque acer ad res aggrediendas, et acuto atque solerti ad deliberandum judicio; quare hunc præposuit exercitui, quem David collectis ab Abner ex toto Israele viribus opposuit. Sed hic quaerit aliquis, quomodo ausus fuerit David, neque formidaverint alii qui sub illius signis militabant, cum ex unâ tantum essent tribu conscripti, tot hominum millibus occurrere, quos secum Abner ex omnibus Israele tribus adduxerat. Sed est solutio facilis. Nam tribus Juda et robore, et numero, erat aliarum quilibet longè præstantior, adeo ut cum militum numerus ex aliis tribus simul censetur, seorsum tamen sæpè ponitur, qui collectus fuerat ex tribu Juda, tanquam aliquid, in quo ad res bellicas multum putaretur esse momenti. Hoc occurrit sæpè. Sed habemus aliquot exempla lib. 1, in castris Saul de quibus cap. 11, v. 8: *Fuerunt filiorum*

Israel trecenta milia, virorum autem Juda triginta milia. Eodem modo à toto Israele viri Juda numerantur seorsum cap. 15, v. 4. Accedit, quod socii David jampridem erant assueti victoris, atque ideò illorum animus erat ad quodcumque belli pondus alacrior. Denique quia, ut constat ex lib. 1 Paralip. cap. 12, ex singulis tribus multa bellorum milia, deserto Isboseth, transierunt ad David: *De filiis Simeon septem milia centum, v. 26. De filiis Levi quatuor milia sexcenti, v. 27. Et deinde, tria milia septingenti. De filiis Benjamin tria milia, v. 29. De filiis Ephraim viginti milia octingenti, v. 50. Ex dimidia tribu Manasse decem et octo milia, v. 51. De filiis Zabulon quinquaginta milia, v. 55. De Nephthali triginta et septem milia, v. 54. De Dan viginti octo milia sexcenti, v. 55. De Aser quadraginta milia, v. 56. Trans Jordanem de filiis Ruben, et de Gad et dimidia parte tribus Manasse centum viginti milia, v. 57.* Quare non sic erat David à presidio nudus, ut non poterit cum instructissimis inimicorum copiis signa conferre.

VERS. 14. — DIXITQUE ABNER AD JOAB: SERGANT PUERI, ET LUDANT CORAM NOBIS (1). Existimad Abuleusis, q. 15, hos duces non eo animo ad illum certaminis locum convensisse, ut pugnant, sed ex illorum puerorum ludo, qui mutuis sese confecerè vulneribus, ortam esse occasionem pugnandi. Quod nemo mihi persuaserit, quia neque illa occasio gravis fuit, cum nulla pars castrorum accepisset injuriam, maxime si ex utraque parte nullus evasit superstes, neque tantus bellorum apparatus conscribi debuit ad iudicium illud spectaculum, aut ob alias causas, veluti ad conditiones pacis, aut decidenda regni iura, aut constituenda communi studio, que contra Philistinios, qui proxime Israelitici regni partem occuparant, fieri oportet. De his enim mellis à pacatis et inermibus in seniorum consensu, quam ab armatis in acie deliberatur. Convenerunt igitur duo castra Davidis et Isboseth; hæc, ut vim afferrent, et eos qui Davidis partes amplexi fuerant, ad Isboseth adducerent; illa, ut vim propulsarent, et oblatum Davidi regnum quiete retinerent.

(1) *Alors Abner dit à Joab: Que quelques jeunes gens s'avancent, et qu'ils s'exercent devant nous. Abner appelle un exercice ou un jeu, le combat de douze hommes qui s'entretenant. C'est lui qui commence la bataille par une vaine ostentation du courage de ses gens; et c'est lui aussi qui fuit et qui est vaincu.* (Sacy.)

Sed quid spectarit Abner, dum pugnam illam paucorum, seu iudicium certamen indicit, satis est obscuro. Neque enim verisimile est, cum jam castra essent exigno tantum spatio disclosa, et tantum non expectarent tubæ sonum, tantum fuisse otii aut inertia ducibus, ut oblectare se voluerint puerorum ludo, sic enim appellavit Abner, et non potius omnia ad congressum disponere, quando nullus inertiae atque otio locus est. Ego in bellis maxime longis multa video fuisse quasi præludia, quæ velitationes dicuntur; quando aliqui experiendi suas, aut hostium vires desiderio, aut gloriolæ militaris studio, antequam signa conferantur, alios ad certamen singulare, aut defixio numero lacessunt. Id verò non solum permittunt duces, sed etiam optant, tum ut suorum explorent animos, et hostium vires, tum præterea, ut si minus se paratos viderint, publicum certamen evitent. Illud faciebat sæpè Cesar, ut ipse de se prodit lib. 2 de Bello Gallico: « Quotidiè equestribus præliis quid hostis virinte posset, et quid nostri auderent, periclitabatur. Idem quoque, et eodem consilio fecisse Maximian, auctor est Appianus de Bello Hispanico. Hoc monet Vegetius l. 5 de Re militari c. 9, ubi hoc ducibus documentum dicit: « Si adversarium intelligit potentiorum, certamen pugnae blicum vitet. » — Publice pugnae, ait Godefridus scachus, opponitur ferè velitatio. Hæc, credo, ratio adduxit Abner, ut pugnam hæc paucorum militum indiceret, ut illa diem illum, aut homini ejus partem extraheret, ne bellum posset totis viribus ab hoste committi, et ipse nocturnis usus tenebris, suorum eadem, quam ab hoste potentiore metuebat, effugeret. Neque enim, ut opinor, putabat tot ad Davidem ex omnibus tribus auxiliares convensisse copias, quas paulo ante ex cap. 12, lib. 1 Paralip. retulimus. Eo igitur consilio distinere potius voluit ab acie, et ardentis inimicorum animos, quam paucorum ludo spectantium utriusque animos oblectare.

Neque fortasse aliquis malò conjectaret, hoc ab Abner sumptum esse quasi prognosticum aliquid, seu præjudicium victoriae, ita ut inde colligeret, qualis futurus esset illius certaminis eventus, quod jam imminet. Satis enim comperit est, esse hoc Hebraeis usitatum valde, ut certa sibi signa constituerent, quibus de futuro rerum successu conjectarent. Quò de re nos pluribus lib. 1, cap. 14, ad illud Jonathæ, qui hoc sibi signum exiis fortunati præscripsit: « Si taliter locuti fuerint ad vos: Venite, »

s. 8. 11.

donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, etc. Quod si verum esset, Abner filium esse Pytho-nissæ, de quo lib. 1, cap. 29, ut putabant Hebræi, minis esset hæc cogitatio difficilis; ab illa enim doceri potuit hujusmodi signa, quæ, quid eventurum esset, ex eo certamine portenderent. Hoc sanè habuisse Germanos divi-nandi genus, tradit Cornelius Tacitus, de Mo-ribus Germanorum, non longè à principio: « Est, inquit, et alia observatio auspicio-rum, quæ gravium bellorum eventus explorant, et ejus gentis, cum quæ bellum est, captivum et quoquo modo interceptum cum electo popu-larum suorum patriis quemque armis con-cmittunt; victoria hujus, vel illius pro præ-judicio accipiunt. » Ab hæc cogitatione alienus non est Martinus de Rio l. 4 Mag. cap. 4, q. 4, sect. 2, et Nicolaus Serarius hic. Mihi super-ior explicatio potior est.

VERS. 16. — APPROPINQUAVIT UNSQUISQUE CAPITIS COMPAS SUI, REVERTIT CLAUDEM IN LATUS CONTRA IBI. Hæ nobis aliqua sunt exploranda. Primum, an duces paucorum horum militum victoria aut eade voluerint totius exercitus redimi periculum, et causam, de qua tunc videbatur orta controversia, illorum sanguine decidi. Adfirmat unus, quod ego valerim, Magister Histor. schol. in lib. 2 Reg. cap. 5: *Comment inter eos (nempe Joab et Abner) quod duodecim tantum ex utraque parte pugnaverunt.* Hoc porro fieri solere, cum res aliqua magna aut publica in discrimen adducitur, non anti-quò solim, sed etiam recentia tempora testan-tur. Sic Hæmæus ex illius seculi consuetudine fingit voluisse tam græcos, quam trojanos prin-cipes causam Hæleusæ, Menelæi ne Parisiis con-gressu definiri. Sic ad hujus imitationem Virgilius eandem ob causam singulare Ence-Turnique certamen inducit. Sic Romani in Horatiorum Curialiorumque victoria commu-nem causam statuerunt. Sic Argivi et Lacedæ-moni tercentes utriusque viros commiserunt, qui communem causam pro sua quique repu-blicâ tuerentur. De quibus Valerius lib. 3, cap. 2, et in Parallelis Plutarchus. Et paulò ante hæc tempora hanc Goliath gentis suæ no-mine Israelitico: populo conditionem obtulit, lib. 1, c. 17, v. 8: *Eligite ex vobis virum, et descendat ad singulare certamen; si quæritis pug-nare mecum, et perussit me, erimus vobis servi; si autem ego prevalerò, et perussero eum, vos eritis servi.* Neque posterioribus seculi exempla desunt eorum qui paucorum con-gressu communes deciderunt controversias,

et multorum capita ab impendente periculo redemerunt. Quorum aliqua refert Martinus del Rio l. 4. disquis. Magicæ, cap. 4. q. 4. sect. 2. quem tu adi. Veruntamen singularis est ista sententia, si ita censet (neque enim satis loquitur aperte) et successus illam aut erroris, aut infirmæ saltem conjecturæ convincit. Neque enim post illam pugnam, et vestigio totis foret viribus pugnatum; sed dissectum esset prius, quis omnium postremus cecidisset; stetit enim penes illum victoria, et aliquid aut universale prælium interfecisset mora.

Secundo videndum, an omnes ex utraque parte nullis ceciderint. Nam textus tam hebraicus quam latinus in utramque partem ambiguus est. Communis est sententia, nullum ex eo numero fuisse superstitem, quam ego, quia plurius placet, veriorero puto. Nihilominus non omnino displicet mihi, quod cum Josepho sentit Angelomus et Babanus, tantum viderelicet in eo certamine perisse illos, quos ex Benjaminicæ tribu produxit Abner, et omnes alios, qui ex parte Davidis prodierunt, extitisse victores et incolumes. Quod idem mihi fit verisimile, quia videtur non omnino credibile tam æquales fuisse singulorum vires, tam æqualem in pugando peritiam, ut singula antagonistarum paria eodem prostratis modo ac tempore perierint. Deinde, quia ratio illa, quam adducunt interpretum plerique, in ita eodem die ab universo exercitu pugne, infirma est. Dicitur enim voluisse utriusque partis exercitus, qui spectatores aderant, storum commilitonum interitum ulcisci, atque ifco conserere voluisse non solum manus, sed etiam signa. Itæe, inquam, ratio valde est infirma. Nam satis qui in eâ congressione ceciderant, summe casum sunt illi, cum vitam ademerint illis quorum ipsi gladio confecti sunt. Neque erat, cur illi in eos severe, ac dimittere deberent, qui in illud stadium non sunt egressi, neque aliquid ad aliorum eadem contulere subsidii. Multo verò magis excitentur ad bellum, qui suos esse victos, contrarios autem victores aspexerant, cum clamor effusus et inultus commilitonum sanguis, et hostium proclamata victoria et triumphalis gratulatio moerentes animos in furorem accenderent. Hæc mihi non levia videntur pro Josephi sententiâ, neque translatio Vulgata magis in hanc quam in illam expositionem propendet. Hunc enim sensum neque obscurum, neque contortum admittit, videlicet, apprehendisse

quemlibet ex acie Joab, compa- is sui caput, et in ejus latera adgesse ferrum, et qui erant ex exercitu Abner, simul, id est, ad unum omnes perisse. Adde, quod non apparet, quo modo concertatores illi potuerint omnes sic esse constricti, ut mutuo se à capite teneant, et manus haberint sic expeditas, ut eodem tempore mutuo se vulnere confoderint. De uno aut altero ill existimare mihi difficile non esset; de omnibus simul ita statuerè, non est admodum facile.

De hoc congressu virorum duodecim non est adhuc à quopiam definitum, an pugna tantum fuerit, quæ id unum expectat, ut adversariorum quoquo modo conficiat, an verò gladiatorius aliquis ludus, in quo pugnandi certa proponitur lex, et in quo non solum spectatur robur ad vulnus inferendum, sed etiam palaestra, ut non solum nullis sit, sed etiam elegans vel petula, vel declinatio piægræ. Cùmque hæc in re nihil appareat certum, neque aliqua se ostendat conjectura gravis, tamen eò magis inclinam assensio, ut reverè ludus fuerit, sed barbarus et gladiatorius, eujus est alex colossoris vita. Quorum apud Romanos fuerunt multa genera, de quibus in suo Agonistico Petrus Faber, et in Sæternalibus Lipsius. Ubi certæ constituuntur leges, et armorum atque habituum genera, et certa quedam pugnandi forma, quam qui in pugando non servaverit, non censetur pugnasse legitime. Iste quidem pugna dicuntur Iudi, eam tamen ferè semper collosores de vitâ et sanguine certent. Quia exhiberi solent, non in castris et acie pro tuendis aut amplificandis imperii finibus, sed in theatris, ad celebrandos principum triumphos, aut si quid contigit publicis aut privati commodis opportunum. Sic videntur existimasse Abulensis, q. 14. dum ab, viros illos in stadium quasi inermes prodidisse, quod certe non facerent, si tantum quærerent collosorum interitum; attulissent enim tegumenta, qualia offerri solent in acie, et clypeos ad excipiendo lectus, quos sanè non habuerunt, quando alterâ manu dicitur apprehendisse antagonistarum capita, et alterâ in eorum latera adgesse ferrum. Sanè non videntur habuisse aliquod capitis tegumentum, quando, ut Abulensis putat, à crinibus apprehensi sunt. Hoc verò videntur præscripsisse illis certaminis gladiatorii leges; sicut illud, ut caput quisque apprehenderet adversarii. Neque enim verisimile est, omnes involaturos fuisse in aliorum capita, nisi ita præciperent theatrales

leges. Quod ubi primùm essent assecuti, statim, ut opinor, permittentur rem agere ferro, ut docent hi omnes collosores, qui non prius dicuntur apprehendisse gladium, quam concertatores apprehendissent capita. Quod sanè non videntur facere potuisse, si alteram manum haberent impeditam gladio. Accedit, quod hi lursi dicuntur potius, quam pugnatari; sic enim de illis Abner: *Surgant pueri, et ludant coram nobis*. Verbum hebraicum est, *saheca*, quod nunquam pugnandi conatum importat, sed riuu et ludum.

Quomodo quisque comparis apprehenderit caput, etiam incertum. Abulensis apprehensos dicit esse hosce concertatores à capillis; unde etiam colligit, hunc ludum fuisse gladiatorium. Quis enim si ad vulgare prodidisset, et hostile certamen, non texisset caput galæ: aut non etiam novississet pectus et latera? At hæc caruisse videntur gladiatores isti, quando à crinibus apprehensi sunt, et primâ gladiorum petitione confossi. Potuisse autem à crinibus teneri suadet illius gentis consuetudo, quæ longam alit eorum, qualem eodem penè tempore habuit Absalom, à quâ suspensus è quæren ab hostili lanceâ transverberatus fuit. Addit Abulensis, omnes uno tantum vulnere fuisse confectos, neque opus fuisse secundum addere; quod quidem difficile est, neque ut id verum esse existimemus, vix ullam offert textus.

VOCATIOQUE EST NOMEN LOCI ILLIUS: AGEA ROBSTOREM IN GABAOS. Frequens est, non in Scripturâ solum sacra, sed etiam profanâ, ut ab aliquo successu loca nomen accipiant; ut observavimus lib. 1. cap. 7. ad illud: *Vocavit nomen loci Illias, lapis Agyptorii*.

VERS. 17. — ET ORTUM EST BELLUM DUREM. Concertatio illa, et gladiatorius ille panocorum ludus magis præfuditum fuit, atque eripuit bellum. In quo tum Abner quam qui illius sequentur signa, re desperatâ conversi sunt in fugam. Cùmque Asael ea esset in cursu velocitatis, ut sylvestres caprea pedum pernicitate præverteret, ex omnibus unum elegit exercitus principem Abner, quem persequeretur fugientem, ut imperatoris oneratus exuvias gloriæ abineret inter alios eximiam, ad quam juvenis ardor aspirabat. Cùmque semel atque iterum admonitus esset ab Abner, ut aliunde sibi militarem aucuparetur gloriam, ni vellet luere hastâ confensus juvenem audaciam, persistit ille nihilominus in eodem studio, vel quia crece ferebatur impetu ad nobilem de impera-

toze palam, vel quia stantem non putabat ab hoste consultum. Dùm autem Asael fugientem haberet obstinatò, Abner aut pertinacia illius juvenilis impatiens, aut quia ad suum honorem pertinere existimabat adolescentem illum molestum abigere, quod suadendo non potuit, pugnano consecutus est. Aversè etenim hastâ, non mucrone, sed conto (quod argumentum fuit, quam invitus ad extremum illud et decretorium consilium esset adductus) transverberavit illum, reliquitque eodem loci vestigio, momento temporis, exanimem. Vulgatus ait, Asaelum percussum in inguine, sicut etiam dixere Septuaginta. Hebræus habet, *chomes*, quod quantum valet, quasi dicit: Perussit aut quantum costam, quæ est ad illa, ad eam regionem, ubi fellis et jecoris sedes est. Et quidem quantum costa non longè abest ab inguine, quod aliquam in humano corpore latitudinem habet (1).

VERS. 22. — ET LEYARE NON POTERO FACIEM

(1) VERS. 18. — VELOCISSIMUS FUIT, QUASI LEYARE CURSUS PERICITAS. David Saulen et Jonathan eo nomine commemorat, quod *quinta societas* essent, ientibus fortiteris. Achillem herodem suum, hoc epitheto non semel donat Homerus, *pele levis Achilles*. Milites suos ad cursum veteres Romani exercebant.

(Calmet.)
POTERO ASAL CORSOR VELOCISSIMUS FUIT. Joseph. ait Asaelum adeò fuisse velocem, ut non tantum homines, sed et equos cursu superaret, quales etiamnum sunt in Hiberniâ et Indiâ. S. Bachtrius Epist. de Lapsis: « Asael, esse qui, velox sicut cervus à Scripturâ esse perhibetur, ob hoc credo, quid in colloquantiâ corporis puritas domum et velocitatis indulserat; corpus enim quod corruptitur aggravat animam, Sap. 9. 15. » et colligit hæc Asaelis peritiam esse eò quod cum cervo, ut ipse legit, comparatur: « Velox, inquit, erat sicut cervus, et id est, qui non solum perspicacità mentis, et nimicâ liquore evitabat, verum etiam serpensum, id est, adversariorum virtutum inimiciorum extitit: Nam cervus et visus acuminis excellit, et perpetuus cum serpentibus inamicibus exeret.

Tropoi. Asaelis sunt, qui procurant aderes ad quævis charitatis officia, qualis fuit Cardas, quem S. Paulus epist. 5 ad Amaronum, Asaeli comparat, et dai pedes curandum: « Nam positus est, inquit, in tante ministerio charitatis ut in seriale serviat, in societate discitrat, et requies vacationis emerita; malit in prograssionibus labare quam in domesticâ sede consumere; quia pigrorum vias spinis stratas calcare declinat, ne convertatur in arumnam, dum ei de inertia inferno cubo otio miserâ sollicitudinis spina configitur. Exultat itaque impiger ad currendam viam, ne illi segue otium conterenti, post se sequa pigrorum inopia tanquam bonus cursor occurrat. »
(Corn. à Lap.)

MEAM AD JOAB FRATREM TUUM. Non dubitabat Abner venturum aliquando totum Israelis imperium ad Davidem, quia illum sciebat ad regium nomen jam antea à Samuele designatum. Cuiusque futurum pressagret, ut primum locum apud illum habiturus esset Joab, quem videbat tunc exercitui suo fuisse præpositum, suæ incolumitati cavebat, ne fortè propter Asselis mortem aliquid sibi ob illos fratre obveniret illi. *Levare faciem quæ aliquam*, est illius vultum intueri; quod facere non solent, neque audent, nisi frontem perfricere, qui in alios gratius aliquid admitterent, quale est, alioquin fortè in oculis. Quare is, quem facit pudet, dicitur *oculum demittere, delevare oculos, in terram intueri*. Hispanis in simili affectione dicit: *No se atreve à mirarle al rostro*.

VERS. 25. — (1) QUÆSIVIT, QUI TRANSIBAT

(1) PERCESSIT PER MENTEM AVERA HASTA. Credidit percussisse vim non hanc cuspidem, sed aversam hanc partem, quæ ferro præfixa erat, cuius tamen, quia cuspis recto, faveat hinc interpretatio Hebræorum. *Percessit in posteriores lanceæ*.

IN REGNUM. Hebræi ad litteram: Ad quintam, id est, ut creditur, ad quintam costam, vel ultra costas excipit stomachus infra diaphragma, in regione inferiori ventris, vel sub ventriculo et jecore. Significatio: *In hantia, in costis*.

IN VENTREM. Hebræi, *in quatuor*, scilicet eussu, qui non debet jecur et fel. Tropol. Assel representat nervis ferventes, præcipitantes et furentes, qui non directe, sed indirectè et ex obliquo recipiendi sunt; nam et ab S. Gregor., 3. p. Pastor, admonit. 17, et ex eo Angelonus et Eucherius; et Ex microme (directe) percutere, est impetu aperte incerpationis obviare; et aversa vero hasta persequentem ferire, est et quasi parcendum superare. Assel autem et probat occidit, qui commotæ mentes et dum parci sibi sentit, et tamen responsorum ratione in intus sub tranquillitate et languore, ab eo, quod se exorant, statim et cadunt. Unde Abner Hebræi, idem est quod patris hibernæ, quibus est prænotia fœnis et mansuetia corrigentibus. (Carm. à Lap.)

Abner illi porta un coup dans l'aine, et le tua sur la place. La mort d'Assel qui fut l'effet de son excessive hardiesse et de sa passion trop violente contre Abner, peut servir d'exemple à ceux qui s'emportent avec une chaleur indiscrette dans la poursuite d'une bonne cause. Car il soutenait le parti de David, qui était celui de Dieu. Mais il devait être plus modéré dans la victoire, et se contenter de la fuite d'un prince si vaillant, qui commandait l'armée ennemie, sans s'acharner ainsi à le vouloir tuer de sa main. Joab fut plus prudent que lui, et il se rendit aux paroles sages d'Abner, qui l'exhortait à ne pas tromper davantage ses mains dans le sang de ses ennemis, qu'il appelle ses frères, parce que le peuple Hébreu n'était composé que d'une seule famille, comme

PER LOCEM ILLEUM IN QVO CEDIDERAT ASSEL ET MORTUUS ERAT, SUBSISTERENT. Magni animorum ardore, et incitato cursu suos insequantur hostes, qui Davidis sequebantur signa; at illo- rum fregit animos, et retardavit gressus in medio cursu exanimatus Asael. Ex quo dicent viri potentes, si illos cadere contingat (cui non possunt illorum casus non esse conspicui, cum in loco sint excelso, et quasi in mediâ viâ, atque idcirco non possint alii in illos non offendere), quanto aliis possunt esse nocimento, cum reverâ aliorum incitant ad egregios conatus animi nervos, et in maximo etiam conatu in ipsa ad virtutem cursu subsistere faciunt. Fecit hoc idem postea dux Amasa, c. 20, qui eum faceret interfectus in viâ, remorabatur præparantes. Quare fecit quidam prudenter, qui eum observaret, quanto aliis foret impedimento: *Amavit Amasam de viâ in agrum, operuitque eum vestimento, ut subsisteret transveniens propter eum*. Assel ergo illo de viâ transibat omnino etc. Si principum peccata celari possent, et amoveri de viâ, magnum sanè inferiuri turbo sublatum esset ad virtutem scandalum. Sed quis erit tam prudens et constans, qui aut avertit, aut audeat amovere de viâ, et tegere pallio, ac denique facere ne omnium oculi in illorum ruinam intenti sint?

VERS. 24. — (1) PERSEQUENTUR ALITER JOAB, ET ABNER FUGIENTEM ABNER, etc. Cum ad occidentem usque solem Joab persequeretur fugientem Abner, eumque ad eundem quemdam locum compulisset, qui commodior ad resistendum videbatur, ad illum ex viris Benjamin convenire non pauci, qui ex militari disciplina in cuneum conglorati, excipere posse videbantur irruentes hostes.

étaient tous enfans d'Abraham et de Jacob appelé Israël, dont le nom fut donné à tout le peuple.

La discretion, selon saint Bernard, est la règle et comme l'âme de tout ce que nous pouvons faire de juste et de louable en cette vie. Sans elle la vertu dégénère en vice, et l'on se précipite sans y penser dans des engagements dont les suites sont funestes, parce qu'on n'a pas eu assez de prudence et de précaution pour les éviter. (Sicq.)

(1) VEXERUNT ESQUE AD COLLEM AUCURTERTES. Hebræus: *Venerunt usque ad collem Amah, ad facies Giach, in via deserti Gabon*. Desertum hoc Gabonibus agris est incultis, ad pascuam gregum relictis. Neque enim reputandum est, cum deserti nomen occurrat, designari semper locum sterilem, sylvestrem, desertum. Deserta appellantur Hebræi loca non culta, in quibus tamen sponte arbores et herbe in usum pascuorum crescant. (Calmet.)

VERS. 26. — *Non* (1) AD INTERSECTIONEM TUIS MUCRO RESERVET? Ex eo loco Abner, quos armis non poterat, oratione voluit ab impetu ulteriore reprimere. Quare conversus ad Joab, qui magis accubabat insequentium animos, edocet non expedito durius urgere desperantes, satis esse factum illo die, cum ad illum locum sint hostes adacti, neque pauci aut in acie, aut in fugâ sint extincti; neque decere, ut omnes subeant hostile ferrum, cum eodem sint prognati parente, et eisdem sacris ac religione conjuncti; id enim totum fratrum nomine significatur.

AN IGNOTUS QUOD PERICULOSA SIT DESPERATIO? Manet Abner, licet hostis, amicus et sapienter, non esse durius, urgentes eos qui pro capite certant, quando spes tantum posita est in armis; tunc enim luetoosa solet relinquere victoria, et paucorum mors multarum sanguine constare. Quod præceptum maxime olim commendatum est, et ab strenuis ducibus, cum maximo cuperent hostes esse deletos, observatum diligenter. Sic suadent Vegetius lib. 3, cap. 21; et Plerique, inquit, rei militaris ignari pleniorum victoriam credunt, si adversarios aut locorum angustiis, aut armorum multitudine circumdederint, ut aditum non inveniant abeundi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, et cum spes nihil est, sumit arma formido; liberetur cupit commori, qui sine dubio scit se moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est, qui dixit viam hostibus, quâ et fugiant, munitendam. Hæc Vegetius, qui ad finem capituli addit: *Ceterum clausi, licet et exigui numero, et infirmi viribus, hoc ipso tamen sunt hostibus pares, quia desperantes*

(1) *Non* ESQUE AD INTERSECTIONEM TUIS MUCRO RESERVET? Hebræus: *Num ungra delevit tempus? Septuaginta: Numquid ad victoriam committit gladius? An bellum est hoc apertum et eructum? An prosecturus es rem usque ad delictos penitus hostes? Chaldaus: Num ad separationem occides gladius? An servare in tuis omnibus cupis? An in apertum inimicitiam erumpere?*

AN IGNOTUS QUOD PERICULOSA SIT DESPERATIO? Hebræus: *Nome nothi, quod gladius vel bellum amaram? Res quæ per ludum cepit, respicit in odium et inimicitiam? Aliter: Nome nath, amaritudinem venturam in nocissimum? Si pererteris iustitiam, irrabuntur nostrorum venient res, et in vestros servient. Si autem eo depereris, integrum nobis non erit, malum, ne ulterius serviat, collubere. Vel: Irritabit milites mei animos exultantem, et furor ac desperatio complebunt, quæ vos nimis longius provexistis.* (Calmet.)

et seint aliud sibi licere non posse. Et ad ducem Virgilianum illud 2. Æneides: *Una salus actis, nullam sperare salutem*. Et iterum de deo fil. 4, cap. 25, ubi addocit præcolum illud apophthegma: *Necessitas quodam virtutis ad desperationem*. Idem docuit Seneca l. 2. Natural. Q. c. 59: *Nullus, ait, periculosior est hostis, quam quem audacem et angustia faciunt; longèque violentius semper ex necessitate, quam ex virtute corriguntur. Majores, aut certe paria committunt animus et magnus et perditus. Hoc porrò præceptum magni in omni seculo imperatores servarunt, ut fugere sinnerent hostes in magnas aliquas angustias, et in extremam pugnam necessitate adactos. Plura inventas exempla apud Frontinum lib. 2. Stratag. cap. 6, cujus titulus est: *De evitendo hoste, ne clasam prælium ex desperatione reddatoret*. Notum est illud proverbium, *Usculana pugna*, quò significatur, victores aliquando à vicis superari solentis.*

VERS. 27. — *Et ait Joab: Vivit Dominus, si locutus esses, non recessisset populus* (1). Hinc constat, provocatum Davidem conspexisse copias, et coactum cum adversariis castris fuisse congressum; eum tamen facili Joab ab hoste persequendo et destitit ipse, et alios buccinæ clangore cohibuerit; quod credo à rege suo in mandatis habuisse. Neque levissimè conjectura existimetur, ex viris Benjamin tantam cecidisse duodecim, et ex illo colligatur esse gladiatorio certamine totidem ex Davidis acie fuisse superstitibus; quod patet Josephus, et nos supra censebamus non improbabile. Ortum enim videtur prælium ab Abner, qui utique voluit illorum eundem, quos ipse ex toto exercitu ad singulare certamen elegerat. Tam enim aberat Joab, ut hostes circumstantes ad conflictum lacesseret, ut manè, quando fortasse nodum erant signati collata; si modo id Abner sibi gratum aut commodum esse significaret, milites suos neque paucos, neque ignos suos contineret in castris, neque contra fratres suos quidem moliri pateretur. Quod, credo, non fecerit Joab, si ex suis duodecim quinque viri cecidissent. Ex quo etiam constat, manè, ut est, ante meridiem statim atque gladiato-

(1) *Si* citius ita monissēs, populus jam inde à primo mane sese recessisset. Vel: *Si* hoc dixisses manè, populus jam remisisset arma. Commodò etiam redditur Hebræus: *Si locutus non fuisses* (invitus): *Surgant puri et ludant cordam nobis, populus meus recessisset*. Aliter: *Nisi locutus fuisses, actum esset de te: vicissim autem si quid dixisses, jam illi ante populus recessisset*. (Calmet.)

rium illud certamen finitum est, collata fuisse signa et primo congressu, aut non longè postea, acies Abner in fugam fuisse conversas, quando aperte dicit Joab cessaturum à persequendo populum, si manè locutus esset Abner.

VERS. 28. — ISSOETH ERGO JOAB BUCINA (1), ET STREUIT OMNIS EXERCITUS. Haec ad finem capitis obscura non sunt, Tantum enim habemus, rediisse Abner, et belli reliquias, quas collegit

(1) Signum dedit receptas. Porro summum imperatorem non decebat olim inflato cornu vel buccina signum dare certaminis incedi vel abstinendi. Hinc tamen muniti apud Hebraeos destinari sacerdotes consueverunt. (Calmet.)

CAPIT. III.

1. Facta est ergo longa concertatio inter domum Saül et inter domum David, David proficiens et semper seipso rolustior, domus autem Saül decrescens quotidie.

2. Natiq̄ sunt filii David in Hebron; fuitque primogenitus ejus Amnon, de Achinoam Jezraelitide;

3. Et post eum Cheleab, de Abigail uxore Nabal Carmeli; porro tertius Absalom, filius Maacha, filiae Tholmai regis Gessur;

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith; et quintus Saphathia, filius Abital;

5. Sextus quoque Jethraam, de Egla uxore David: hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset praelium inter domum Saül et domum David, Abner filius Ner regabat domum Saül.

7. Fuerat autem Saül concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isboeth ad Abner:

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboeth, ait: Numquid caput canis ego sum adversum Judam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saül patris tui et super fratres et proximos ejus, et non tradidi te in manus David? et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie?

ex fugâ transmissio Jordane, ad castra, unde profecti fuerant, et Joab in Hebron, quò pervenit matutino crepusculo; et ex castris Joab cecidisse triginta, si numeres Asaelm, qui in parentum suorum sepulcrum illatus est in Bethlehem; ex castris autem Abner trecentos et sexaginta (1).

(1) VERS. 29. — LESTRATA OMNI BETHORON, VENERUNT AD CASTRA. Sen pontifex, trajecto iterum Jordane, restituit sese in Mahanaim, unde moverat, et ubi Isboeth considebat. Bethoron, de qua hic, alia est à Bethoron, urbe apud Scripturam notissimâ. Regio enim erat inter Galaanem et Jordanem sita. Hebraeus legit *Bethoron pro Bethoron*. Noti sunt montes *Bether* vel *Bithen*. Septuaginta legunt: *Campetrem regionem*. (Calmet.)

CHAPITRE III.

1. Il se fit donc une longue guerre entre la maison de Saül et la maison de David, David s'avancant toujours et se fortifiant de plus en plus, et la maison de Saül au contraire s'affaiblissant de jour en jour.

2. Pendant que David était à Hébron, il eut plusieurs enfans. L'aîné fut Amnon, qu'il eut d'Achinoam de Jezraël;

3. Le second Chéleab, qu'il eut d'Abigail, reine de Nabal du Carmel; le troisième Absalom, qu'il eut de Maacha, fille de Tholmai, roi de Gessur;

4. Le quatrième, Adonias, fils d'Haggith; le cinquième Saphathia, fils d'Abital;

5. Le sixième Jethraam, fils d'Egla, femme de David; David eut ces six enfans à Hébron.

6. La maison de Saül était donc en guerre avec la maison de David, et Abner, fils de Ner, était le chef de la maison de Saül.

7. Or Saül avait une concubine nommée Respha, fille d'Aia. Et Isboeth dit à Abner:

8. Pourquoi vous êtes-vous approché de la concubine de mon père? Abner, étrangement irrité de ce reproche, lui répondit: Suis-je un homme à être traité comme un chien, moi qui me suis déclaré aujourd'hui contre Juda pour soutenir dans sa chute la maison de Saül votre père, ses frères et ses proches, et qui ne vous ai point livré entre les mains de David? Et après cela vous venez aujourd'hui me chercher querelle pour une femme!

9. Haec faciat Deus Abner et haec addat ei, nisi quomodo juravit Dominus David, sic faciam cum eo.

10. Ut transferatur regnum de domo Saül et elevetur thronus David super Israel et super Judam à Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes: Cujus est terra? — et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te universum Israel.

13. Qui ait: Optime; ego faciam tecum amicitias, sed unam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam antequam adduxeris Michol filiam Saül; — et sic venies, et videbis me.

14. Misit autem David nuntios ad Isboeth filium Saül, dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum praepulis Philistinum.

15. Misit ergo Isboeth, et tulit eam à viro suo Phaltiel filio Lais.

16. Sequabaturque eam vir suus, plorans, usque Bahurim. Et dixit ad eum Abner: Vade, et revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel dicens: Tam heri quam nondiutertius querebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite, quoniam Dominus locutus est ad David dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philistinum et omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin, et abiit ut loqueretur ad David in Hebron omnia que placerant Israeli et universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris; et fecit David Abner et viros ejus qui venerant cum eo convivium.

9. Que Dieu traite Abner avec toute sa sévérité, si je ne procure à David ce que le Seigneur a juré en sa faveur,

10. En faisant que le royaume soit transféré de la maison de Saül dans la sienne, et que le trône de David soit élevé sur Israël et sur Juda depuis Dan jusqu'à Bersabée.

11. Isboeth n'osa lui répondre, parce qu'il le craignait.

12. Abner envoya donc des courriers à David pour lui dire de sa part: A qui appartient tout ce pays sinon à vous? — et pour ajouter: Si vous voulez me donner part à votre amitié, je vous offre mes services, et je ferai que tout Israël se réunira à vous.

13. David lui répondit: Je le veux bien. Je ferai amitié avec vous; mais je vous demande une chose: vous ne me verrez point que vous ne m'ayez ramené auparavant Michol, fille de Saül; à cette condition vous pourrez venir et me voir.

14. David envoya ensuite des courriers à Isboeth, fils de Saül, et lui fit dire: Rendez-moi Michol, ma femme, que j'ai épousée pour cent prépuces de Philistins.

15. Isboeth l'envoya quérir aussitôt, et l'ôta à son mari Phaltiel, fils de Lais. Abner, qui ne cherchait qu'une occasion favorable pour aller trouver David, se chargea de la lui ramener.

16. Son mari la suivait en pleurant jusqu'à Bahurim. Et Abner lui dit: Allez, retournez-vous-en. Et il s'en retourna.

17. Abner tint donc David. Et il parla ensuite aux anciens d'Israël; et il leur dit: Il y a déjà long-temps que vous souhailiez d'avoir David pour roi:

18. Faites-le donc maintenant, puisque le Seigneur a dit en parlant de David: Je sauverai, par David, mon serviteur, mon peuple d'Israël de la main des Philistins et de tous ses ennemis.

19. Abner parla aussi à ceux de Benjamin. Et il alla trouver David à Hébron pour lui dire tout ce qu'Israël et tous ceux de la tribu de Benjamin avaient résolu.

20. Il arriva accompagné de vingt hommes, et David lui fit un festin et à ceux qui étaient venus avec lui.

rium illud certamen finitum est, collata fuisse signa et primo congressu, aut non longè postea, acies Abner in fugam fuisse conversas, quando aperte dicit Joab cessaturum à persequendo populum, si manè locutus esset Abner.

VERS. 28. — ISSOETH ERGO JOAB BUCINA (1), ET STREUIT OMNIS EXERCITUS. Haec ad finem capitis obscura non sunt, Tantum enim habemus, rediisse Abner, et belli reliquias, quas collegit

(1) Signum dedit receptas. Porro summum imperatorem non decebat alim inflato cornu vel buccina signum dare certaminis incedi vel abire vult. Hinc tamen muniti apud Hebraeos destinari sacerdotes consueverunt. (Calmet.)

CAPIT. III.

1. Facta est ergo longa concertatio inter domum Saül et inter domum David, David proficiens et semper seipso rolustior, domus autem Saül decrescens quotidie.

2. Natiq̄ sunt filii David in Hebron; fuitque primogenitus ejus Amnon, de Achinoam Jezraelitide;

3. Et post eum Cheleab, de Abigail uxore Nabal Carmeli; porro tertius Absalom, filius Maacha, filiae Tholmai regis Gessur;

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith; et quintus Saphathia, filius Abital;

5. Sextus quoque Jethraam, de Egla uxore David: hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset praelium inter domum Saül et domum David, Abner filius Ner regabat domum Saül.

7. Fuerat autem Saül concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isboeth ad Abner:

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboeth, ait: Numquid caput canis ego sum adversum Judam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saül patris tui et super fratres et proximos ejus, et non tradidi te in manus David? et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie?

ex fugâ transmissio Jordane, ad castra, unde profecti fuerant, et Joab in Hebron, quò pervenit matutino crepusculo; et ex castris Joab cecidisse triginta, si numeres Asaelm, qui in parentum suorum sepulcrum illatus est in Bethlehem; ex castris autem Abner trecentos et sexaginta (1).

(1) VERS. 29. — LESTRATA OMNI BETHORON, VENERUNT AD CASTRA. Sen pontifex, trajecto iterum Jordane, restituit sese in Mahanaim, unde moverat, et ubi Isboeth considebat. Bethoron, de qua hic, alia est à Bethoron, urbe apud Scripturam notissimâ. Regio enim erat inter Galaanem et Jordanem sita. Hebraeus legit *Bethoron pro Bethoron*. Noti sunt montes *Bether* vel *Bithen*. Septuaginta legunt: *Campetrum regionum*. (Calmet.)

CHAPITRE III.

1. Il se fit donc une longue guerre entre la maison de Saül et la maison de David, David s'avancant toujours et se fortifiant de plus en plus, et la maison de Saül au contraire s'affaiblissant de jour en jour.

2. Pendant que David était à Hébron, il eut plusieurs enfans. L'aîné fut Amnon, qu'il eut d'Achinoam de Jezraël;

3. Le second Chéléab, qu'il eut d'Abigail, reine de Nabal du Carmel; le troisième Absalom, qu'il eut de Maacha, fille de Tholmai, roi de Gessur;

4. Le quatrième, Adonias, fils d'Haggith; le cinquième Saphathia, fils d'Abital;

5. Le sixième Jethraam, fils d'Egla, femme de David; David eut ces six enfans à Hébron.

6. La maison de Saül était donc en guerre avec la maison de David, et Abner, fils de Ner, était le chef de la maison de Saül.

7. Or Saül avait une concubine nommée Respha, fille d'Aia. Et Isboeth dit à Abner:

8. Pourquoi vous êtes-vous approché de la concubine de mon père? Abner, étrangement irrité de ce reproche, lui répondit: Suis-je un homme à être traité comme un chien, moi qui me suis déclaré aujourd'hui contre Juda pour soutenir dans sa chute la maison de Saül votre père, ses frères et ses proches, et qui ne vous ai point livré entre les mains de David? Et après cela vous venez aujourd'hui me chercher querelle pour une femme!

9. Haec faciat Deus Abner et haec addat ei, nisi quomodo juravit Dominus David, sic faciam cum eo.

10. Ut transferatur regnum de domo Saül et elevetur thronus David super Israel et super Judam à Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes: Cujus est terra? — et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te universum Israel.

13. Qui ait: Optime; ego faciam tecum amicitias, sed unam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam antequam adduxeris Michol filiam Saül; — et sic venies, et videbis me.

14. Misit autem David nuntios ad Isboeth filium Saül, dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum praepulis Philistinum.

15. Misit ergo Isboeth, et tulit eam à viro suo Phaltiel filio Lais.

16. Sequubaturque eam vir suus, plorans, usque Bahurim. Et dixit ad eum Abner: Vade, et revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel dicens: Tam heri quam nondiutertius querebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite, quoniam Dominus locutus est ad David dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philistinum et omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin, et abiit ut loqueretur ad David in Hebron omnia que placerant Israeli et universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris; et fecit David Abner et viros ejus qui venerant cum eo convivium.

9. Que Dieu traite Abner avec toute sa sévérité, si je ne procure à David ce que le Seigneur a juré en sa faveur,

10. En faisant que le royaume soit transféré de la maison de Saül dans la sienne, et que le trône de David soit élevé sur Israël et sur Juda depuis Dan jusqu'à Bersabée.

11. Isboeth n'osa lui répondre, parce qu'il le craignait.

12. Abner envoya donc des courriers à David pour lui dire de sa part: A qui appartient tout ce pays sinon à vous? — et pour ajouter: Si vous voulez me donner part à votre amitié, je vous offre mes services, et je ferai que tout Israël se réunira à vous.

13. David lui répondit: Je le veux bien. Je ferai amitié avec vous; mais je vous demande une chose: vous ne me verrez point que vous ne m'ayez ramené auparavant Michol, fille de Saül; à cette condition vous pourrez venir et me voir.

14. David envoya ensuite des courriers à Isboeth, fils de Saül, et lui fit dire: Rendez-moi Michol, ma femme, que j'ai épousée pour cent prépuces de Philistins.

15. Isboeth l'envoya quérir aussitôt, et l'ôta à son mari Phaltiel, fils de Lais. Abner, qui ne cherchait qu'une occasion favorable pour aller trouver David, se chargea de la lui ramener.

16. Son mari la suivait en pleurant jusqu'à Bahurim. Et Abner lui dit: Allez, retournez-vous-en. Et il s'en retourna.

17. Abner tint donc David. Et il parla ensuite aux anciens d'Israël; et il leur dit: Il y a déjà long-temps que vous souhailiez d'avoir David pour roi:

18. Faites-le donc maintenant, puisque le Seigneur a dit en parlant de David: Je sauverai, par David, mon serviteur, mon peuple d'Israël de la main des Philistins et de tous ses ennemis.

19. Abner parla aussi à ceux de Benjamin. Et il alla trouver David à Hébron pour lui dire tout ce qu'Israël et tous ceux de la tribu de Benjamin avaient résolu.

20. Il arriva accompagné de vingt hommes, et David lui fit un festin et à ceux qui étaient venus avec lui.

21. Et dixit Abner ad David : Surgam ut congregem ad te, dominum meum regem, omnem Israël, et ineam tecum foedus, et imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset David Abner, et ille fisset in pace,

22. Statim pueri David et Joab venerunt, cæsis latronibus, cum prædâ magnâ nimis; Abner autem non erat cum David in Hebron, quia jam dimiserat eam et profectus fuerat in pace.

23. Et Joab et omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt. Nuntiatum est itaque Joab à narrantibus: Venit Abner, filius Ner, ad regem, et dimisit eum, et abiit in pace.

24. Et ingressus est Joab ad regem, et ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, et abiit et recessit?

25. Ignoras Abner, filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te ut deciperet te, et sciret exitum tuum et introitum tuum, et nosset omnia que ageris?

26. Egressus itaque Joab à David misit nuntios post Abner, et reduxit eum à Cisternâ Sira, ignorante David.

27. Cumque redisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Joab ad medium porte ut loqueretur ei in dolo, et percussit illum ibi in inguine; et mortuus est in ultionem sanguinis Asael, fratris ejus.

28. Quod cum audisset David rem jam gestam, ait: Mundus ego sum et regnum meum apud Dominum usque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner;

29. Et venit super caput Joab, et super omnem domum patris ejus: nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, et leprosus, et tenens fenum, et cadens gladio.

VERS. 35. — NEQUAQVAM ET MORI SOLENT IGNAVII, MORTUES EST ABNER. (2). Hoc est ferale can-

(1) REX DAVID SEREBATER FEREBETH. Hebræus: Sequatur lectum. Edogulem lectum præce. dicitur olim femine, viri sequobantur. Reges famulibus adesset non solentur: David singulari hinc honore Abnero imposuit. Edogines quædam Septuaginta ferunt, Davidum ferretum processisse. (Calmet.)

(2) Hebræus: Nam secuti sunt mortem Nabal mortuus est Abner? Vel: Secuti sunt mortem Nabal? Chaldeus: An sicut moriuntur impii, mortuus est Abner? Vel: An oportuerat strenuum adeo virum occumbere eodem? Est quo nequissimus quisque vel plebeus et nihil? An interisset ignivivus, nisi dolo malo oppressus fuisset? (Calmet.)

tionem, quod cœcinit David, et quod, ut reor, iteravit populus, secutus præcipientem regem plium, et optimum psallem. Summa hujus epicedii est, nullam ex eo mortis genere Abneris nomini impactam ignominiam, quia neque in fugâ, neque adverso pectore ab antagonista vulnus illud accepit, quod mors est secuta, ita ut in certamine quemquam superiorem haberit, sed ex insidiis ab eo qui legitimo Marte aut non posset, aut non aude- ret cum tanto concertatore confingere. Hoc enim valet illud, quod statim additur: *Sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic cornuisti.* Illi enim coram filiis iniquitatis corruunt, qui incaute cadunt, cum sibi ab eo qui hilarem ostendit et benevolam vultum, nihil timeendum putant, cum tamen illi sub specie fidelis iudicis animos comprimant et occultent hostiles.

VERS. 34. — (1) MANUS TUE LIGATAE NON SUNT, ET PEDES TUI NON SUNT COMPEDIBUS AGGRAVATI. Hoc est illud mortis genus, quod subire solent homines ignobiles et ignavi, qui non cadunt strenuè dimicantes in acie, sed inde ligatis manibus ac pedibus abducuntur, ut postea ludibrio sint aliis, et ignominioso tandem conficiantur supplicio; laqueo videlicet, aut carabibus ferro, quemadmodum sones solent. Neque levis censetur ignominia, si aliquis instar pecoris aut victimæ ligatus trahatur manibus, aut vinculis compedibus servitæ compellatur; quod sanè instar mortis est longius productæ, imò viris ingentis horribilibus mortis. Ex communi hoc hominum sensu optant viri nobiles, imò etiam honestæ femine, vitam emittere, quàm illam duere aditiam vili ministerii aut etiam aliorum voluntati. Sic apud Senecam puellarum chorus in Troade choro 1, dum Priamum jam vitæ functum parentali carmine prosequuntur, cum ea captus et in servili conditione considerant, felicem appellant Priamum, quia neque ignobilem oppetit mortem, neque ligatum habuit collum aut manus. Sic autem Heceba ad virgines psaltrias:

*Non est Priami miseranda met
Mors, illud est, Felix Priamus!*

PLANCIOSE REX ET LOGESS ABNER, licet antea sibi adversarium et ducentem hostium agerent. Quo facto; ait S. Ambrosius, in Apolog. David e. 7, docuit etiam adversarius fidem et promissam esse servandum, honorandamque et in hoste virtutem. (Curn. à Lay.)

(1) CONGERIMUS OMNIS POPULUS FLUIT RIVER. Septuaginta: Et convenit omnis populus ad plorandum eum. Reddi posset Hebræus: Et omnis populus percreverat in fletu.

*Dicit cuncta. Liber Manes
Vadit ad rimas, nec feret unquam
Vinctâ Græcum cervicem jagom.
Nos auctetas ad accepta manus
Post terga dabit.*

Eodem sensu Andromache apud Virgilium lib. 5. Æneid., dum se captivam cerneret, et à priore sorte et conjuge dejectam: *Deiecit vultum, et demissa voce locuta est: O filia una ante alias (Polixena) Priamæna virgo, Hostilem ad tumulum Trojæ sub maxibus altis Jassa mori; quæ sortitus non perivit ullos, Nec victoris heri tetigit captiva cable!*

VERS. 35. — CEMQUE VESPERE UNIVERSA MOLTITUDO CHURU CAPERE CUM DAVID CLARA ADREGE DIE, JURAVIT DAVID, DICENS: HÆC FACIAT MIHI DEUS, ET HÆC ADPAT, SI ANTE OCCASUM SOLIS GUSTAVERO PANEM. Ex his ego duo colligo: Primum, probabile videri hoc finis Abneris peractum esse nocte, et ad matutinum usque lucem productum. Illud enim, *clara adhuc die*, non videtur significare instare jam noctem, sed potius illam abisso proximè. Quid enim magnum juraret, aut Abneris soneri impenderet David, si cum parum superasset lucis, affirmaret ante solis occasum neque panem, neque quidpiam aliud ciborum sibi esse sumendum? An Hebræis solentem ferre mortis suos sepelire nocte, mihi incertum, neque conjecturas illas habeo, nisi admodum incertas.

Fortassè illud, *clara adhuc die*, indicat non multum temporis à meridie fluxisse; nam cum magna est dies, sic etiam lucis magna est inclinatio; neque omnino tunc dicitur *clara die*, quando spatio notabili excessit à meridie. Quod si ita est, ut omnino videtur esse verisimile, cum plium illud opus jejuna abisset David, non videbatur promissæ parum, si cum ad solis occasum, verbi gratiâ, tres superesset horæ, ad illud usque tempus notuerit solvere jejuniium. Et hæc magis inclino, quod tenet Abulensis, q. 52, licet quod superius dixi, videri non debeat improbabile. Quod indicat hebræicæ voces, quæ sic habent: *Food haion, id est, et adhuc dies.* Quasi diceret: Neque justis cadaveri personis, parum supererat lucis; qui loquendi modus magnum aliquid superesse indicat. Sic Horatius in arte: *Adhuc sub julate tis est, id est, multum superest temporis et operæ, ad hoc exanimandum.* Sic Isaias. cap. 5: *Adhuc manus ejus extensa, id est, adhuc multa nobis ab irato Deo sustinenda sunt.* Et est locus apertus Jerem. 15

v. 3, ubi hoc dicendi genere significatur merities; nam cum præcessisset: *Induam vestem meridie*, hoc ipsum statim explicuit, dicit aut: *Occidit ei sol, cum adhuc esset dies*. Quod dixerat prius Amos cap. 8, v. 9: *Occidit sol in meridie*.

Deinde colligo, in parentali alicujus honore publicum populi exhiberi convivium, quod usque adeo solempne fuit Hebræis, ut Josepho teste, qui id sæpe in sua gente viderat, id omittere probo fuerit, et impium haberetur. Sic autem lib. 2 de Bello cap. 1, ubi sic de Archelao: « Diebus septem in lugendo patre consumpsit, epulisque ferallibus profixo populo exhibitis (hic autem mos apud Judæos necessarius multos ad inopiam redegit; nam qui eum neglexerat, impius astimabatur), candida veste indutus proceedit ad templum. » Sunt in Scriptura sacra hujus parentalis epulæ multa vestigia. Jerem. cap. 16, v. 5: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadis ad plangendum*. Ezech. cap. 24, v. 17: *Mortuorum luctum non facies, etc., nec cibos ingentium comedas*. Quæ consuetudo frequens apud Athenienses fuit, qui, teste Hieronymo in eo loco Jeremias, de quo proxime, convivium illa parentalia *νεκρῶν*, vocabant. Quam porro id esset familiare Romanis, docent multorum exempla adhuc sepulchralibus incisa saxi, qui testamento jusserunt, in suo funere publicum populi epulum præberi. De quo, quasi de re familiaris ac notæ Persius satyræ 6, hoc minus ab hereditibus præstari tradit:

Sed casum funeris hærea

*Negliget iratus, quid rem curtaverit; uras
Ossa inodora dabit.*

Ut ergo David ostenderet, Abneris eadem sibi fuisse maximo dolori, et omnium hominum occurreret suspicioni, talia exhibuit illius funeri pietatis officia, qualia exhibuisset fratri aut parentis inferis. Nam præter illa de quibus proxime, epulum proposuit funebre, quasi fratri aut amico, cui summa optaret omnia. Et cum alii aut meridie, aut modicè ad vesperum inclinatâ luce, epulis ferallibus accumberent, ipse gustare nihil voluit, ut amici funus jejuniu prosequeretur, quod etiam Hebræis in suorum inferis penè solempne fuit, ut diximus capite primo, cum sermo esset de funere Saulis.

VERS. 36. — *OVINISQUE POPULIS ABIBIT, ET PLACERONT IIS CENSA, etc.* Probativ populus regis pietatem, tam qui honestando funeri interluit, quam qui longè aberat, in omnes Is-

raelis familias distributus; cognovitque, neque probasse regem, neque fuisse consilium iniquæ cædis. Et præter illa superiora, nova quedam addidit Abneris præconia, dum illum principem appellat maximum in Israel; cujus videlicet singularia essent in totum populum promerita.

VERS. 39. — *EGO AUTEM ABUË DELICATES, ET UNCTUS REX (1); PORRO VIRI FILII SARVIE DURI SUNT MIHI. Tacite aliorum vel reprehensionis, vel cogitationi respondet David, qui meritò in illo aut aequitatem, aut constantiam requirerent, cum pateretur vivere illos, quos tanti sceleris auctores cognovisset; unde suspicari non nemo posset, non omnino illum dolosa Joab fratrisque latuisse consilia. His ille respondet, non quidem defuisse animum, atque studium vindicandæ cædis, et abolendæ ex suo regno suspensionis illius; defuisse tamen vires in eo rerum vestigio, ut cogitata atque optata completeret. Se quidem esse regem, ad quem perlineret et punire peccata, et exempla pessima abolere de populo; verum esse tenerum et delicatum, et quasi infantem, qui nondum vires haberet ad opus aliquod grande confirmandas, cum adhuc esset in ipsis quasi regni primis incunabulis. Neque expedire, rem modò publicam turbare, adeoquæ paulatim oblatum recens imperium adulesceret.*

*PORRO VIRI ISTI FILII SARVIE DURI SUNT MIHI. Sarvia soror fuit Davidis, 1 Paralip. cap. 2, v. 16, cujus filius erat Joab et Abisai. Illi autem et erant ingenio pugnaci ac duro, et quia exercitui præerant, moliri aliquid poterant eo tempore quo nondum erant res omnino constitutæ, quo ea que videbantur coaluisse diffluere. Plurimum autem interest in exercitu imperatoris auctoritas, à quo tota ferè militia pendet, neque minus fortassè poterat Joab in Davidis castris, quam Abner et prius in Saulis, et proxime in regno Isobeth apud milites auctoritatis habuit. Ut autem in Abneris manu regni summa fuit, ita ut suo arbitratu Isobeth et sustulerit ad regium nomen, et ab eo dejectis, sic etiam idem perficere posse videbatur Joab, si pro meritis vellet David in illius caput animadvertere. Ubi Vulgatus, *duri sunt mihi, hebraicè est, casum mimeni*, id est, *duriore me sunt et fortiores*. Quasi diceret: Ego delicatus sum et tener; illi autem duri; quod si cum*

(1) Septuaginta: *Quia ego propinquus non hostis, et constitutus à rege, quasi innovent, reddidit Micholis se in regiam familiam asciscitum fuisse, constitutumque regni successorem.*

(Calmet.)

illis congressi, et quasi collidi voluerim, quid ex hac collisione sperem, nisi contritionem et ruinam?

RETRIBUAT DOMINUS FACIENTI MALUM. Sed erit ultor Deus, cui nulla se imponi opponet humana potentia; et quas ego non possum in hac virum mearum imbecillitate, ille quando-

CAPUT IV.

1. *Audit autem Isobeth filius Saul quòd cecidisset Abner in Hebron, et dissolute sunt manus ejus, omnisque Israel perturbatus est.*

2. *Duo autem viri principes latronum erant filio Saul (nomen uni Baana et nomen alteri Rechab), filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin (siquidem et Beroth reputata est in Benjamin;*

3. *Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advena usque ad tempus illud).*

4. *Erat autem Jonathas filio Saul filius debilis pedibus; quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saul et Jonathas ex Jezrael: tollens itaque eum nutrix sua fugit; cumque festinaret ut fugeret, cecidit et claudus effectus est; habitusque vocabulum Miphiboseth.*

5. *Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab et Baana, ingressi sunt fervente die domum Isobeth; qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus, purgans triticum, obdormivit.*

6. *Ingressi sunt autem domum latenter, assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine Rechab et Baana frater ejus, et fugerunt.*

7. *Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in concavi, et percussentes interfecerunt eum; sublatoque capite ejus abierunt per viam deserti totâ nocte,*

8. *Et attulerunt caput Isobeth ad David in Hebron; dixeruntque ad regem: Ecce caput Isobeth, filii Saul, inimici tui, qui querebat animam tuam; et dedit*

cumque placuerit, penas exigit. Ille disecat princeps, nihil supra vires esse tentandum, et differendum interitum esse supplicium, quantumcumque elamet sanguis contra fidem et justitiam effusus, si nondum venit oportunitas illius ulciscendi maturitas.

CHAPITRE IV.

1. *Isobeth, fils de Saül, ayant appris qu'Abner avait été tué à Hebron, perdit courage; et Israël se trouva avec lui dans un grand trouble.*

2. *Isobeth avait à son service deux chefs de voleurs; l'un s'appelait Baana, et l'autre Rechab, fils de Remmon de Béroth, de la tribu de Benjamin; car Béroth a été autrefois censée de Benjamin;*

3. *Mais les habitants de cette ville s'enfuirent à Géthaim, où ils ont demeuré comme étrangers jusqu'aujourd'hui.*

4. *Or Jonathas, fils de Saül, avait un fils qui était hors d'état de succéder à la couronne, étant boiteux des deux jambes; car lorsque la nouvelle de la mort de Saül et de Jonathas vint de Jezrael, il n'avait que cinq ans; sa nourrice l'ayant pris entre ses bras s'enfuit, et, comme elle fuyait avec précipitation, l'enfant tomba, et en fut boiteux. Il s'appelait Miphiboseth.*

5. *Rechab et Baana, fils de Remmon de Béroth, considérant que David n'avait point de concubines si Isobeth était mort, entrèrent dans la maison d'Isobeth lorsqu'il dormait sur son lit, vers le midi, dans la plus grande chaleur du jour. La femme qui gardait la porte de la maison s'était endormie en nettoyant du blé.*

6. *Ils vinrent donc secrètement dans la maison en prenant des épis de blé, comme des marchands; et ils frappèrent Isobeth dans l'aîne, et s'enfuirent.*

7. *Or, étant entrés dans sa maison, et l'ayant trouvé dans sa chambre, où il dormait sur son lit, ils le tuèrent et prirent sa tête; et, ayant marché toute la nuit par le chemin du désert,*

8. *Ils vinrent la présenter à David dans Hébron, et lui dirent: Voici la tête d'Isobeth, fils de Saül, votre ennemi, qui cherchait à vous*

v. 3, ubi hoc dicendi genere significatur merities; nam cum præcessisset: *Induam vestem meridie*, hoc ipsum statim explicuit, dicit aut: *Occidit ei sol, cum adhuc esset dies*. Quod dixerat prius Amos cap. 8, v. 9: *Occidit sol in meridie*.

Deinde colligo, in parentali alicujus honore publicum populi exhiberi convivium, quod usque adeo solempne fuit Hebræis, ut Josepho teste, qui id sæpe in sua gente viderat, id omittere probo fuerit, et impium haberetur. Sic autem lib. 2 de Bello cap. 1, ubi sic de Archelao: « Diebus septem in lugendo patre consumpsit, epulisque ferallibus profixo populo exhibitis (hic autem mos apud Judæos necessarius multos ad inopiam redegit; nam qui eum neglexerat, impius astimabatur), candida veste indutus proceedit ad templum. » Sunt in Scriptura sacra hujus parentalis epulæ multa vestigia. Jerem. cap. 16, v. 5: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadis ad plangendum*. Ezech. cap. 24, v. 17: *Mortuorum luctum non facies, etc., nec cibos ingentium comedas*. Quæ consuetudo frequens apud Athenienses fuit, qui, teste Hieronymo in eo loco Jeremias, de quo proxime, convivium illa parentalia *νεκρῶν*, vocabant. Quam porro id esset familiare Romanis, docent multorum exempla adhuc sepulchralibus incisa saxis, qui testamento jusserunt, in suo funere publicum populi epulum præberi. De quo, quasi de re familiaris ac nota Persius satyra 6, hoc minus ab hereditibus præstari tradit:

Sed casum funeris hærea

*Negliget iratus, quid rem curtaverit; uras
Ossa inodora dabit.*

Ut ergo David ostenderet, Abneris eadem sibi fuisse maximo dolori, et omnium hominum occurreret suspicioni, talia exhibuit illius funeri pietatis officia, qualia exhibuisset fratri aut parentis inferiis. Nam præter illa de quibus proxime, epulum proposuit funebre, quasi fratri aut amico, cui summa optaret omnia. Et cum alii aut meridie, aut modicè ad vesperum inclinatâ luce, epulis ferallibus accumberent, ipse gustare nihil voluit, ut amici funus jejuniu prosequeretur, quod etiam Hebræis in suorum inferiis penè solempne fuit, ut diximus capite primo, cum sermo esset de funere Saulis.

VERS. 36. — *OVINISQUE POPULIS ABIBIT, ET PLACERONT IIS CENSA*, etc. Probavit populus regis pietatem, tam qui honestando funeri interluit, quam qui longè aberat, in omnes Is-

raelis familias distributus; cognovitque, neque probasse regem, neque fuisse consilium iniquæ cædis. Et præter illa superiora, nova quedam addidit Abneris præconia, dum illum principem appellat maximum in Israel; cujus videlicet singularia essent in totum populum promerita.

VERS. 39. — *EGO AUTEM ABUË DELICATES, ET UNCTUS REX (1)*; PORRO VIRI FILII SARVIE DURI SUNT MIHI. Tacite aliorum vel reprehensionis, vel cogitationi respondet David, qui merito in illo aut aequitatem, aut constantiam requirerent, cum pateretur vivere illos, quos tanti sceleris auctores cognovisset; unde suspicari non nemo posset, non omnino illum dolosa Joab fratrisque latuisse consilia. His ille respondet, non quidem defuisse animum, atque studium vindicandæ cædis, et abolendæ ex suo regno suspensionis illius; defuisse tamen vires in eo rerum vestigio, ut cogitata atque optata completeret. Se quidem esse regem, ad quem perlineret et punire peccata, et exempla pessima abolere de populo; verum esse tenerum et delicatum, et quasi infantem, qui nondum vires haberet ad opus aliquod grande confirmandas, cum adhuc esset in ipsis quasi regni primis incunabulis. Neque expedire, rem modò publicam turbare, adeoquæ paulatim oblatum recens imperium adulesceret.

PORRO VIRI ISTI FILII SARVIE DURI SUNT MIHI. Sarvia soror fuit Davidis, 1 Paralip. cap. 2, v. 16, cujus filius erat Joab et Abisai. Illi autem et erant ingenio pugnaci ac duro, et quia exercitui præerant, moliri aliquid poterant eo tempore quo nondum erant res omnino constitutæ, quo ea que videbantur coaluisse defluerent. Plurimum autem interest in exercitu imperatoris auctoritas, à quo tota ferè militia pendet, neque minus fortassè poterat Joab in Davidis castris, quam Abner et prius in Saulis, et proxime in regno Isobeth apud milites auctoritatis habuit. Ut autem in Abneris manu regni summa fuit, ita ut suo arbitratu Isobeth et sustulerit ad regium nomen, et ab eo dejectis, sic etiam idem perficere posse videbatur Joab, si pro meritis vellet David in illius caput animadvertere. Ubi Vulgatus, *duri sunt mihi, hebraicè est, casum mimeni*, id est, *duriores me sunt et fortiores*. Quasi diceret: Ego delicatus sum et tener; illi autem duri; quod si cum

(1) Septuaginta: *Quia ego propinquus non hostis, et constitutus à rege*, quasi innovent, reddidit Micholis se in regiam familiam asciscum fuisse, constitutumque regni successorem.

(Calmet.)

illis congressi, et quasi collidi voluerim, quid ex hac collisione sperem, nisi contritionem et ruinam?

RETRIBUAT DOMINUS FACIENTI MALUM. Sed erit ultor Deus, cui nulla se imponi opponet humana potentia; et quas ego non possum in hac virum mearum imbecillitate, ille quando-

CAPUT IV.

1. Audivit autem Isobeth filius Saul quòd cecidisset Abner in Hebron, et dissolute sunt manus ejus, omnisque Israel perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul (nomen uni Baana et nomen alteri Rechab), filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin (siquidem et Berothi reputata est in Benjamin;

3. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advena usque ad tempus illud).

4. Erat autem Jonathas filio Saul filius debilis pedibus; quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saul et Jonathas ex Jezrael: tollens itaque eum nutrix sua fugit; cumque festinaret ut fugeret, cecidit et claudus effectus est; habitusque vocabulum Miphiboseth.

5. Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab et Baana, ingressi sunt fervente die domum Isobeth; qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus, purgans triticum, obdormivit.

6. Ingressi sunt autem domum latenter, assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine Rechab et Baana frater ejus, et fugerunt.

7. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in concavi, et percussentes interfecerunt eum; sublatoque capite ejus abierunt per viam deserti totâ nocte,

8. Et attulerunt caput Isobeth ad David in Hebron; dixeruntque ad regem: Ecce caput Isobeth, filii Saul, inimici tui, qui querebat animam tuam; et dedit

cumque placuerit, penas exigit. Ille disceat princeps, nihil supra vires esse tentandum, et differendum interitum esse supplicium, quantumcumque elamet sanguis contra fidem et justitiam effusus, si nondum venit oportunitas illius ulciscendi maturitas.

CHAPITRE IV.

1. Isobeth, fils de Saül, ayant appris qu'Abner avait été tué à Hebron, perdit courage; et Israël se trouva avec lui dans un grand trouble.

2. Isobeth avait à son service deux chefs de voleurs; l'un s'appelait Baana, et l'autre Rechab, fils de Remmon de Béroth, de la tribu de Benjamin; car Béroth a été autrefois censé de Benjamin;

3. Mais les habitants de cette ville s'enfuirent à Géthaim, où ils ont demeuré comme étrangers jusqu'aujourd'hui.

4. Or Jonathas, fils de Saül, avait un fils qui était hors d'état de succéder à la couronne, étant boiteux des deux jambes; car lorsque la nouvelle de la mort de Saül et de Jonathas vint de Jezrael, il n'avait que cinq ans; sa nourrice l'ayant pris entre ses bras s'enfuit, et, comme elle fuyait avec précipitation, l'enfant tomba, et en fut boiteux. Il s'appelait Miphiboseth.

5. Rechab et Baana, fils de Remmon de Béroth, considérant que David n'avait point de convoitise si Isobeth était mort, entrèrent dans la maison d'Isobeth lorsqu'il dormait sur son lit, vers le midi, dans la plus grande chaleur du jour. La femme qui gardait la porte de la maison s'était endormie en nettoyant du blé.

6. Ils vinrent donc secrètement dans la maison en prenant des épis de blé, comme des marchands; et ils frappèrent Isobeth dans l'aîne, et s'enfuirent.

7. Or, étant entrés dans sa maison, et l'ayant trouvé dans sa chambre, où il dormait sur son lit, ils le tuèrent et prirent sa tête; et, ayant marché toute la nuit par le chemin du désert,

8. Ils vinrent la présenter à David dans Hébron, et lui dirent: Voici la tête d'Isobeth, fils de Saül, votre ennemi, qui cherchait à vous

Domine domino meo regi ultionem hodie de Saul et de semine eius.

9. Respondens autem David Rechab et Baana fratri ejus, filiis Remmon Berothitarum, dixit ad eos : Vivit Dominus, qui erant animam meam de omni angustia!

10. Quoniam enim qui annuntiaverat mihi et dixerat : Mortuus est Saul, qui putabat se prospera militare, tenuit et occidit eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio.

11. Quanto magis nunc, cum homines impii interfecerunt virum innocuum in domo sua, super lectum suum, non queram sanguinem ejus de manu vestra et auferam vos de terra!

12. Precepit itaque David pueris suis, et interfecerunt eos, precipitesque manus et pedes eorum suspenderunt eos super piscinam in Hebron; caput autem Iaboseth tulerant, et sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

VERS. 1. — ACCIDIT ACTEM ISBOSETH FILIUS SAUL, QUOD CECIDISSET ABNER IN HEBRON, ET DISSOLUTA SUNT MANUS RUIS, OMNIBUSQUE FRUCTUATUS EST (1). Tantum virum et auctoritatis habuit Ibooseth, quantum illi tribuerat patronus et imperator Abner; quare eum sublatum amlit (fortasse enim quo fuisset ad Davidem emissio profectus, imperator), statim dejectus est rostris, et totius corporis dissoluti nervi, neque illum habuit inopinatio illo percussus vulnera potuit ad tentandum aliquid ex usu aut domestico, aut publico, aut sanum in deliberando consilium. Quae res graviter etiam concussit totum Israel: nam qui Abneris in et protectione consilium ignorabant, extinctum esse Israelitici imperii et Saulis familiae praesidium et tutamen dolabant;

(1) Ibooseth, filius de Saul, quatuor annis post Abner amlit de terra, peritit courage. David avult attenda jusqu'à cette heure les moments de Dieu. Sa loi ne s'était point affaiblie dans ces longs relâchements dont la providence avait usé pour le faire entrer dans la paisible possession d'un royaume qui lui avait été destiné depuis si long-temps. Enfin sa patience est récompensée, et il reconnaît par expérience combien l'homme est incertain de servir Dieu et de mettre toute sa ferveur dans la protection du Tout-Puissant.

(Sacy.)

oter la vie. Non rexona de la tier; et le Seigneur vengera aujourd'hui mon seigneur et mon roi de Saul et de sa race.

9. David répondit à Rechab et à Baana son frère, fils de Remmon de Béroth: Vive le Seigneur, qui m'a délivré des dangers les plus pressants!

10. Si j'ai fait arrêter et tuer à Siceleg celui qui vint me dire que Saul était mort, lui qui crut m'apporter une bonne nouvelle et qui semblait en mériter une récompense,

11. Combien plus, maintenant que des méchants ont tué un homme innocent dans sa maison, sur son lit, vengerai-je son sang sur vous qui l'avez répandu de vos mains, et vous exterminerai-je de dessus la terre!

12. David donna donc des ordres à ses gens, et ils les tuèrent; et, leur ayant coupé les mains et les pieds, ils les pendirent près de la piscine d'Hebron. Ils prirent aussi la tête d'Ibooseth, et l'ensevelirent dans le sépulchre d'Abner à Hébron.

COMMENTARIUM.

qui autem consili fuerant illius amici et studii, eum subitum eadem in Davidis metropoli audissent, aut dolos et invidias intercessisse, aut minus ex Abneris studio et seniorum votis rem esse tractatam arbitrabantur. Utroque vero ad exitum commune spectare metuebant. Quare non solum Ibooseth Abneris casus, sed totum etiam populo dolori atque perturbationi fuit.

VERS. 2. — DEO ACTEM VIA PRINCIPES LATRONUM ERANT FILII SAUL. Accidit autem, et duo viri, qui dum stum in Ibooseth regio imperium oblineret Abner, principes erant latronum, id est, militum, qui e vicinis finibus praedandi gratia exorsus faciebant militares. Milites autem etiam appellari latrones, alio nobis loco confirmatum est. De his duobus latronum principibus mira tradunt Hebraei. Primum, et res facti Hieronymus in Tradit. Hebr., alium, duos hosce latronum duces cogitasse de occidendo Ibooseth, ejusque regio ad Miphiboseth Jonathan filium transferenda. Cūque id cum Miphiboseth clandestino colloquio contulissent, Miphiboseth, qui audacissimum illud facinus neque expediri videbat, neque tutum putabat, Ibooseth patrio suo prodidit. Quam audaciam eum necesse vellet Ibooseth, duo illi ad Gethaim Palestinorum urbem secesserunt. Qui

imem postea cum audissent Abnerem occidisse, neque ab ignavo rege admodum esse timendum, rediit e peregrino solo, et captata occasione, rem tentarunt, quam audacter et callidè tandem peregerunt. Haec Hebraeorum traditio multa peccat. Primum, hia sine ulla ex historia sacra fundamento loquuntur, et multis aliis de causis deseruisse poterant latrones illi Benjaminicam domum, et ad hostium Israelitici nominis fidem atque praesidium confugisse, aut admisisse alia plura, quae regio elicio multanda viderentur, quae cullibet excogitare promptum, probare, non item. Deinde, quia non erat ad aetate Miphiboseth, ut de illius regno, aliis Saulis illis superstitibus, cuiquam in mentem sano venire debuert. Ut enim habemus hoc ipso cap., quando mortuus est Saul, quinquennis erat Miphiboseth; adde his duos annos, quibus regnavit Ibooseth, et alios si placet duos, antequam rex appellaretur, efficit ad summum octo, aut novem annos. Quae igitur aetas ad tantum molera? Adde, quod claudis erat, quae corporis debilitas atque deformitas regno illum reddebant indignum. Haec igitur Hebraeorum cogitatio ut merito à quibusdam rejicitur, sic nullo suo merito quibusdam placet.

Rabb. Salomon minus abs re divinat; divinat tamen more suo. At enim, sicut Saule mortuo, et accepta totius Israelis ingenti plaga, filii Israel desertis suis urbibus, quae proxima erant Palestina finibus, quae nullo modo ab hoste victore secura videbantur: sic etiam isti reliet Beroth, quae ad tribum Benjaminicam pertinebat, ad tutiora loca se receperunt, et ibi, cum ipsi audaces essent et strenui, asciverunt sibi alios ejusdem consilii atque instantis socios, qui rapto viverent, et unde commoedi possent, praesidia legerunt. Qui cum ex eandem Ibooseth ingens à Davide praesidium expectarent, optatum se praedam capturos arbitrati sunt, si nemini caput ad Davidem afferrent. Haec Rabb. Salomon, cui nihil habeo quod opponam, nisi quod fluere et sine ulla fundamento loquuntur.

Cum nihil habemus ex Scriptura certum, illud videtur dici posse non improbabiler, primum, fuisse aliquando alicui militum cohorti praefectos, quomodo explicat cum Septuaginta Chabreus. Milites enim latronum significari nomine, satis est notum, si autem ob aliquam causam, quam Scriptura silet, ex his quae passim in castris occurrunt inter milites, quorum effronis est audacia et mores

non omnino sancti, cum aliquid à rege, seu potius ab Abnere castrorum imperatore timerent, verterunt patrum solum, et eò se receperunt, quo neque Abneris, neque regis potestas attingeret. Ubi verò cõgoverant, imperium ad Davidem ex communi populi conspiratione transferri, et Abnerem, cujus timere poterant potentiam; sublatum è medio, statuerunt à novo principe inendum esse gratiam. Quod nulla ratione commodius fieri posse crediderant, quam si Ibooseth, qui Davidis consiliis adversari posse videbatur, interficerent, regnumque Davidi redderent omnino pacatum. Quod ut cogitarent astute, sic etiam perfecterunt audacter, alio tamen eventu, quam sibi prius ipsi promiserant. Ego ita coniecto. Melius alii, sine ulla nitique aut certe pertenni Scripturae fundamento.

Ex eo, quòd isti duo principes latronum fuisse dicuntur filii Saulis, colligitur, latrones esse milites; neque enim regis filius, quicumque is esset, secum haberet administratos, qui turpe illud instituerent vivendi genus, et rapinis undecumque convectis, et sibi et regio filio turpe quaererent et odiosum lucrum. Quis autem fuerit regis filius, cui operam illum nararent duo illi principes, incertum est. Fortasse fuit non Ibooseth, sed Jonathan, quia ille plurimum versabatur in castris, et sub se decuriones habuit et centuriones, quorum è numero fuerunt hi latronum principes, cujus statim aliqua adducitur conjectura. Et ita putat Cajetanus (1).

(1) VERS. 3. — FUGERUNT BERTHITA IN GETHAIM. Beroth una erat è quatuor urbibus quas Gaboonitas in fœdus cum Josue traxerunt. Notum est, Sathien versasse Gaboonitas; sed non nisi temere asseras; eo tempore Berothitas in Gethaim sese receperat. Neque minus quidquam negimus de situ hujus Gethaim, nisi forte eadem sit cum Geth, vel aliquo ejusdem finium loco. Plures in Scriptura urbes legas, quae tum plurali tum singulari nomine enunciantur. Rama, Ramatha, Ramothaim, varia sunt ejusdem loci nomina; quare Geth et Gethaim facit unam eandemque urbem significat. Geth singulare est, Gethaim duale vel plurale. Animadvertit auctor, ad alicui restat Berothitas in Gethaim sedes obtinuisse. Urbs erat hujus nominis in tribu Benjamin, ut ex Nehemia constat. (Calmet.)

Et fugerunt BERTHITA, puta Baana et Rechab, jam dicti; fugerunt autem à facie Ibooseth apud quem militabant, ob facinus ali: quod commiserant, quod Ibooseth punire volebat. Ita Babanus, Ahit, Scarrus et alii. Perperit ergo R. Salomon et Cajetan, per Berothitas assequuntur omnes civis et incolas urbis Beroth. Cur omnes omnes civis fugissent? Et quid fuga eorum facit ad historiam praesentem?

VERS. 4. — ERAT AUTEM JONATHA FILIO SAUL
VILIS PEDITIS PEDITIS. Historia satis est facilis
è textu; tantum enim habet, fuisse apud nu-
triciem Jonathæ filium Miphiboseth nomine,
que quo tempore in monte Gelboe et Jezrael
occidit Saul, et ingens accepta plaga in castris
Israel, sicut alii fugerunt plurimi ad tutiora
loca, sic ipsa quoque fugit cum quinquenni
puero, qui cum in fugâ plus satis festinata
occidisset, graviter colubæ ac fregit infantis
crura, ex quo tempore claudus effectus est.
Hæc aperta sunt. Illud obscurum, quorsum
hoc loco de Miphiboseth, et alieui videri pos-
set, paulò alienior introducta narratio? Id no-
bis nunc explorandum est. Ex Hebraeorum
sententiâ, quam ex nostris sunt amplexi non
pauci, idè hinc incidit de Miphiboseth sermo,
quia illius occasione duo illi viri offensi facti
fuerunt Iboeth; neque enim patrum videntur
solum, nisi prius de Miphiboseth consti-
tuendo rege cogitasset.

Alii, quia unus reliquus erat è genere Saui-
lis, qui possit jure regno succedere, et addit
Cajetanus horum cogitationi, hinc sibi persua-
sisse duos illos viros, occiso Iboeth, ventu-
rum esse regnum ad Davidem, quia unus ille,
qui accepturus regnum videbatur, puerulus
adhuc erat et claudus, adeo idè prorsus
ineptus regno. Sed hinc cogitationi incommodat,
quod alii etiam erant filii, et plures alii
nepotes, ut constat ex cap. 21, vers. 8. Quare
non deerant, qui succedere in regno possent
Iboeth, atque idè illorum etiam meminisse
oportuit. Nisi dicas, duos illos filios Saulis sus-
ceptos fuisse ex concubina Resphâ, atque idè,
quia ex ignobili nati concepti, indignos videri,
qui regnum nomen obtinerent. Et hoc fortasse
verum.

Duo alie militi cause succurrunt, quas hinc
libet adducere, quia in re usque adeo incerti,
et omnium cogitationibus exposita, etiam licet.
Altera est, idè duos illos principes tentasse
audacissimum illud facinus, quia multum sibi
probatum esse putabant. Duo enim tantum
supererant, qui ex lastâ maiestate, atque per-
sonâ regis exigere penas posse videbantur:
alter erat Abner princeps exercitus, et regi
cognatus; sed istum jam occidisse noverant in
Hebron. Alter erat Miphiboseth, qui non vido-

Nam quod ait R. Salomon, et ex eo Lyran.,
eos fugisse mortuo Saulè mètu Philistæorum,
eò quod eis vicina esset Bereth, ex eo refellit-
tur, quod hi duo duces erant militum Iboeth
post mortem Saulis, uti dictum est v. 2.

(Coro. à Lap.)

latur relicturus impunitam tam atrocem et
infidelè audaciam; sed iste puerulus tunc erat
septennis, et debili ac claudicante crure; qui
per ætatem non videbatur curaturus de patrum
caude, neque in ulciscendâ per impotentiam
quidquam promoturus. Altera est, quia illi
latronum, id est, militaris alicujus cohortis
principes, cum fuissent aliquando, quando res
Israelitica minis esset atrita, sub Jonathâ, et
illo incolami, ipsorum scelera, aut, si quid
minis fecissent ex usu exercitûs ac disciplina
militaris, essent impunita, mortuo Jonathâ,
quo patrono metuebant nihil, desperabant de
libero in patriam reditu, nisi occiso Iboeth
et Abnere de medio sublato. Nam Miphiboseth,
qui parentis partes tueri debuit, et eos qui
parentis signa secuti fuerant, ab omni incom-
modo atque injuriâ defendere, et ætate erat
puerulus, et debili ac claudicante vestigio;
quare ab illo sperari nihil poterat. Rem igitur
teniderunt suo iudicio novissimam, nisi malient
viam agere extorrem et miseram, et regem
occidere staturerunt, quem unum suis consiliis
obstare existimabant. Istæ causæ videntur ve-
rissimilès, cur hic de Miphiboseth inductus
sermo. Dæc mediæ minis mild displicent; dæc
extremæ minis habent, cur placeant.

VERS. 5. — INGRESSI ERAT FERVENTE DIE PO-
NUCH IBOETH, QUI DORMIEBAT (1). Observavit

(1) Pulchram et peritiosam hæc de re topolo-
giam assert S. Gregor. lib. 4 Moral. c. 1:
Ostiaris, ait, triticum purgat, cum mentis
custodia discernendo, virtutes à vitis sepa-
rat. Quæ si obdormierit, in mortem proprii
domini insidiatores admittit, quia cum dis-
cretionis sollicitudo cessaverit, ad interficien-
dum animum malignis spiritibus iter pandit.
Qui ingressi spicas tollunt, quia mox bona
cum cogitationum gormina auferunt, atque
in linguam ferunt, quia virtutem cordis de-
lectatione carnis occidunt. In lingua quippe
ferre, est vitam mentis delectatione carnis
perforare. Danium verò dormiantibus hu-
jus custodiae subiecit, dicens: Nequaquam
verò Iboeth iste hæc mortis succumberet,
si non ad ingressum domus mulierem, id
est, mollem custodiam ad mentis aditus
deputasset. Fortis namque viriisque sensus
et præconi cordis foribus debet, quem nec ne-
gligentiæ somnis opprimat, nec ignorantiæ
error fallat. Unde Janè et Iboeth appellatus
est, qui custodiam feminæ hostilibus gladiis
indatur. Iboeth quippe vir conspationis dicitur.
Vir autem conspationis est, qui foris
mentis custodiae manibus non est, quia dum
virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia
nescientem necant. Totâ itaque virtute mu-
niendus est aditus mentis, ne quando eam
insidiantes hostes penetrant foramine ne-
glectæ cogitationis. Hinc Salomon ait:
Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex
ipso vita procedit. (Coro. à Lap.)

hi duo tempus maximè suis consiliis opportu-
num, nempe meridianaum, cum major est ætas
ad urente sole, et multò interdum vehe-
mentior à vino, quando qui sobrius est, tem-
ulentis hominibus, et somno ac cibo plenis
multò est potentior. Eo tempore rex pomeri-
dianum captabat somnum, et regis corporis,
si qui fuere, custodes aut dormiebant, aut
quod videtur è textu probabilis, alii aliò di-
verterant. Sola relicta fuerat ostiaria quædam
femina, infidelis omninò et infirma custodia.
Quare nullum habuerunt impedimentum, quo-
minùs ad regium irrumperent conclave, et
quod destinarent animo, reipsâ perficerent.

ET OSTIARIA DOMUS PURGANS TRITICUM OBDORMI-
VIT. Hæc verba non inveniuntur in textu he-
braico; est tamen verisimile fuisse olim in
magis emendatis codicibus, et scriptorum in-
curiã excidisse de textu, aliter neque Vulgatus
expressisset, neque multò antea addidisset
Septuaginta. Abulensis ex glossæmate aliquo in
textum irrepisse putat. Sed quid in domo re-
gii cum purgatione tritici? Et hoc in ostio
domus, ubi major populi frequentia? Sane
illud opus magis videbatur arce, usi terantur,
aut horrei, ubi conduntur fruges, quàm culis
regiæ, ubi nihil vident cyrosi atque elegantes
oculi, quod rus oleat, et quod abhorre re-
videatur ab aulicâ munditiâ.

Ego duo hic video genera purgandi frumen-
ti: Alterum est, cum è folliculis excutiantur
grana, quod dupliciter dicitur ab agricolâ, aut
in arcâ, cum primam demesse sunt et compa-
rate fruges, ut in Hispaniâ communiter,
quando in acervos immittuntur eorum un-
gule, aut tribule, aut alibi rostra serrantia,
aut ferrata carpenta; quod genus longè abest
non modò à regis domo, aut ab elegantium et
lautorum aulis, sed etiam à rusticorum locetis;
quare hoc opus in agris peragitur. Alterum est,
cum in horrea conduntur non extollicata gra-
na, sed spicæ et manipuli, quia in spicis atque
folliculis magis munda sunt grana, et in longi-
us tempus commodius asservantur; quod his
maximè locis fieri solet, in quibus propter hu-
midum solum et pingue cælum, facilius fru-
menta corrumpuntur. Quod observavit Joseph,
qui ut in regione palustri atque humida, in
multos annos frumenta servaret, non grana ex
suis excussa folliculis, sed manipulos granis
factos comportavit in horrea. Sic sanè Genes,
41, v. 47: Venitque fertilitas septem annorum,
et in manipulos reductæ segetes congregatæ sunt
in horrea Ægypti. Illi porrò manipuli sapius

per annum, cum familie id usus exegerit,
extrahuntur ex horreis, et hacillis fustibusque
percurssi grana reddunt pura, que ad illum
usque articulum inclusa condiderant. Ita Columella
lib. 2 cap. 20. Quod opus non solum
est virilis, sed etiam femine laboris et indus-
triæ. Sanè si hoc modo ostiaria femina fru-
menta purgaret, non esset difficile conjetrare,
cur spicas secum attulerit? duo illi principes
latronum, nempe ut celarent insidias, et im-
punè ad regium usque secessum penetrarent;
videri enim possent spicas attulisse, ut illa
ostiaris puella, que huic rei tunc daret auxili-
arem operam, purgaret, quasi forent rustician-
ti servi, qui ex agro aut ex horreo jussi
fuissent asportare manipulos. Sed huic cogita-
tioni obstat, quòd hoc opus regis domus ele-
gantiam non deceat, ut dixi. Neque Hebræi,
quod ego viderim, manipulos condunt, sed
grana pura; apud illos enim sæpe aræam au-
ditum, et serrantia plaustra, et hoves tritu-
rantes.

Allo modo purgantur grana, à paleis nimi-
rum et lapillis, et ab eo, quod efficere potest,
ne panis sit delicatus et purus, dignusque re-
gii mensâ, quique appellari solet desiderabilis.
Sed cerè quomodò purgantur grana à curio-
sitas et laus etiam feminis, quæ ad opus dul-
cissimi et amantissimi grana ita purgant et seli-
gant, ut dispiciant et penè numerent singula-
tim omnia. Hæc autem non dedecet regiam
domum, neque principum seminarum manus,
cum in eo opere nihil sit onerosum, nihil an-
cillare. Sed si ita esset, quid conferret ad oc-
cultandas insidias, attulisse manipulos, quando
tunc non excutuntur ex spicis grana, sed ex-
cussa purgantur?

Mihi sic videbatur aliquem usum habuisse
spicas, neque indecorum ostiaris femina,
aliquo puellis aulicis, neque parum aptam ad
occultandas insidias. Usitatum erat ex granis
adhuc viridibus, et deinde tostis, confici potenta,
cujus usus apud Hebræos non infrequens,
et apud gentes etiam habitus in deliciis. Hæc
ex virentibus adhuc spicis excuti non poterant,
quare necesse erat, ut extollicarentur alio
quodam modo, aut manibus, aut instrumento
alio dentato, ut deinde ad varios usus artis pi-
storis ac dulcariæ torrerentur. Cum autem
hoc opus neque conatum exigere, et neque vires,
aut strepitum, exerceri potuit ab honestis et
delicatis feminis. Sanè potentiam, id est, fari-
nam ex virentibus ac tostis granis contusam,
grammum aliquid esse ac delicatum, docuit Abi-

gail lib. 1, capite 25, vers. 18, ubi inter alia plurima que attulit ad Davidem, et infansium illius omnium viro suo placere, cum aliarum rerum que ad victum pertinent, vim attulisset maximam, poleat tamen aliquid attulit modicum, quia pretiosum et rarum. Vide que nos de potentia supra ad hunc locum de Abigail, et capite 17, ubi David cepit potentia fratribus suis attulisse dicatur. Hoc postquam ubi videtur minus habere diligentis, quod ego disimulando potius quam detrahendo propono. Quod quidem Hebraeorum, et in eo insularum nominum dicunt, duos illos viros addidisse spicas, ut se emptores profiterentur tritici, multa praestitunt, supponuntque quasi certa, quae tamen probare debuisset, nempe eis qui aliquid emunt, pro se in manibus ferre id quod pretio sibi comparare student; cuius ego neque in profana, neque in sacra litteratura vestigium invenio. Priores officios, aut venditores mercium, sicut artis aut mercationis iudicium et exemplum, id in omni, ut reor, natione seculo. usitatum est; emptoribus vero alienis gentium id in usu fuisse nunquam invenio, tametsi id a re mercatoria non videatur alienum. Alii spicas id voluisse coniectant, ut causam aliquam praetenderent honestam, sui in regium penetrale ingressus, illasque spicas primitias fuisse interpretantur frugum, quas obtulerunt regi, ut reliquiarum frugum dominum agnoscerent. Sed hic etiam usum desidero Hebraeis familiarem, quem admodum non probant, neque nobis credendi necessitatem imponunt. Sano res est obscura et dubia; quisque, quod volet, eligat; mihi, quod dixi de potentia, minus videtur impeditum.

Et recesserunt enim in inguine. Hebraice, ad quintam costam. Jam inguen quino regio que ad quintam costam pertinet, late patet; est enim, opinor, quicquid est ab extrema costa ad imum usque ventrem; illa vero pars maximè opportuna est lethali vulnere, quia nihil est durum et osseum, quod retardet aut averat plagam, et inde facilis est ad vitula et proximum ingressus. Quare moti dicuntur in inguine, seu ad quintam costam vulnerati, qui momento temporis vitam amisere. Sic proxime, cap. 2, Assel, cap. 3, Abner, et modo Isobeth dicuntur in inguine, seu ad quintam costam esse percussis; et quidem pars illa maximè est et lethali plaga et insidiosa opportuna (1).

(1) Vers. 6. — INGRESSI SUNT LATENTIBUS, 48

Vers. 8. — ATTULERUNT CAPUT ISOBETH AB DAVID. Haec ad finem capituli obscura non sunt; tantum enim habentis abscessum esse caput Isobeth, cum primum ex illo vulnere ad quintam costam accepto spiritum amisit, quod cursu quam potuerant incitato maxime, tulerunt ad David, quasi ab illo magnam aliquod laboris sui ac studii praetium accepturi. Spes tamen illos longè sefellit; exprobravit enim illis David oratione severa et gravi quod domino suo sine ullo suo merito necem attulissent in suo lecto securè dormienti. Et cum illos Amalechite proposuisset exemplum, qui occiso Sathie magnam ab ipso regie caedis mercenario expectabat, tamen neque unius horum usquam vitæ largitus est, jussit his qui sibi aderant, ut ab illis inflata caedis per summam impietatem et fraudes, poenas exigerent, qui, et erat imperatum, invaderent homines, et momento temporis ferro conficerent. Et quò extaret aliquod monumentum et florum humanitatem inauditi sceleris, qui impius manus suo fratrem regi, et pietatis David, qui illas mortem tam serio ac studiosè vindicavit, illorum praecisas manus ac pedes ad piscinam Hebron, in loco hincum frequenter ac publico, suspendit jussit. Caput autem regis sepelivit jussit in Hebron, eo loco ubi paulo ante sepultus fuerat Abner. In hoc autem (si qua est in sepefectorum loco et sanctitate felicitas, ut profectò est) felices fuerunt duo isti principes, quòd ille locus eis in sepulturam datus, qui ad illud usque tempus existimabatur esse sanctis-

SEMENTES SPICAS TRITICI. Primum fortè sese inferendi consilium erat, ut triticum furarentur; neci vero resolutum somno regem, consulturos se rebus suis putavere, si illum interficerent. Vel potius, necato rego aliter, abstulerantque frumentum. Verunt autè; Vennerunt usque in medium domus ad ementum frumentum. Ad remotissimas domus Isobethi partes perreperunt, nemini suspecti, quòd tritici mercatores esse viderentur. Alter; Ingressi sunt, ferentes triticum, tantum regi manus. Et alii; Vennerunt tritico onesti, vel tantum homines triticum vehentes. Vel denique; Vennerunt velati ut debitum sibi, tantum custodiibus corporis Isobethi, triticum accepturi; et cum actate, ac diu eisen post, in annonam militibus frumentum distribuerunt.

Vers. 7. — IN CONCLAVI. Hebraeus; In conclavi cubili sui.

ADHERENT PER VIAM DESERTI TOTA SOCIETAS. Adherere per viam deserti tota societas, non nomen frequentia tritas vias evadunt, ne detegatur. Et Mahanaim ad Hebronem iter est leucarum quadraginta circiter, quod unicus nocte conficere non poterunt, neco id asserit Scriptura, uti minime negat, hinc credidit de altera iter sumi fuisse presentibus. (Calmet.)

simos. Ibi enim sepulti futere viri principes et magni patriarche gentis Israelidis, Abraham, Isaac et Jacob, Sara, Rebecca, Lia, Genes. 49, inò et nonnulli primum ibi parentem tumulatum existimant. Et ideo fortasse civitas à Deo primum Davidi destinata est, quia, ut sibi in eà civitate propter sanctorum patriarcharum sepultura complacuerat, sic etiam ostendebat in Davide regem, et illius regno sibi complacuisse.

Ilic ad extremum dubitari potest, quo supplicii genere affecti fuerint duo illi viri, quorum manus et pedes dicuntur abscessi. Theodoretus q. 14, sic de illorum supplicio: « Eos, et qui Miphoboth (dicturus erat Isobeth) occiderunt, et ejus caput attulerunt, extremis membris mutilatos egit in crucem. » Idem penè Josephus lib. 7, cap. 2: « Jussit, et inquit, eos exquisitissimis tormentis excruciatos supplicio dedit. » Idem, quod Theodoretus, putat Abuleis, nempe à Davidis satellitibus abscessas esse prius manus et pedes, ac deinde illos extremis truncatos corporis partibus actos in crucem. Apud reliquos interpretes de hæc supplicii forma mirum silentium. Mihi illud videtur, quòd principio dixi, nempe statim ad regis imperium occisos esse regis sanguinis reos, et postea ex eorum cadaveribus essectas esse manus ac pedes, qui ad tanti sceleris memoriam suspensi sunt. In hanc ego cogitationem ideo magis inclino, quia in illam magis, inò meo iudicio omnino litera propendit, quae prius occisos esse illic homicidas illos, deinde extremis corporis partibus detruncatos. Neque credo, si quid esset tale, quate Josephus vult, tacuisse Scriptura; aut certè cum res esset observatio digna, non ita reliquisset obscurum (1).

(1) Vers. 11. — QUANTO MAGIS SUAVI, CUM HOMINES IMPERITER INTERFICERENT VIROS ANNOVIUM, ETC. Isobeth erat hostis et noxius Davidi, cum eoque de regno digladians; Davidi tamen eum vocat amicum, quia consuebat eum bona fide existimare, ad se, quasi ad Sathis regis defuncti filium, regnum pertinere; nec enim ei illud constabat illud esse Dei dono ad Davidem esse translatum; licet eum fortè audisset Davidem à Sathie e medium in regem, tamen Jesus Davidis ei non erat liquidum; non exipere poterat ac dicere, Davidem unquam quidem in regem, sed sua tribus Juda dimittere; unquam quidem esse in regem, sed ut regnaret eo casu, quo stirps regia Sathie defecisset illi succederet; Jam autem hanc stirpem rudam desicuisse, sed in se perdituræ, quare Davidem non posse exclusivè stirpe regia, regnum suum invadere. (Cott. à Lap.)

Comben plus maintenant qu'icea méchants

ont été un homme innocent en sa maison, tenez-vous son sang? Après la mort de Sath, Abner et Isobeth étaient les deux grands obstacles de l'accomplissement des promesses que Dieu avait faites à David. Dieu les souffrit pendant plus de sept ans, que David régna sur la seule tribu de Juda, mais aussitôt que l'écure marquée par sa providence est arrivée, toutes ces difficultés se évannoient. Abner, qui n'aurait pu incontinent de faire cesser la révolte qu'il avait excitée, est tué par Joab, et Isobeth qu'Abner avait fait roi, est assassiné par deux scélérats. David déplore ce premier meurtre sans le venger, parce qu'il n'en avait pas le pouvoir. Il déplore et il venge le second, parce qu'il le pouvait sarrer et il revéille ainsi le fruit de cette ferme confiance qu'il avait toujours eue en Dieu parant tout de traverses et de périls. Ce prince admittit sans doute alors, comme il le témoigne souvent dans ses psaumes, cette sagesse secrète de Dieu, qui se sert des différentes passions des hommes pour exciter ses volontés à l'instant précis qu'il en a marqué lui-même, et il abaisse son cœur sous cette main souveraine, qui lui montrait sensiblement par tant de rencontres si extraordinaires que c'est lui seul qui gouverne tout dans le monde, et qui conserve ou qui ôte la vie aux hommes, selon qu'il est nécessaire pour l'accomplissement de ses desseins éternels.

Nous pouvons faire ici une réflexion très-utile, en considérant combien Dieu est lent à élever ceux qu'il aime, et combien de temps il emploie à les humilier auparavant, afin que leur élévation ne leur devienne pas un sujet de chute, ainsi qu'il parait clairement dans la manière toute différente en laquelle il a choisi primumerent Sath, et David ensuite, pour être les rois de son peuple. Sath monte à la royauté en un moment, et il tombe aussitôt. Son élévation et sa chute touchent l'une à l'autre, et il a pu dire à Dieu plus véritablement que David ne l'a dit depuis: Vous m'avez brisé en méchant. Elevez aliusit me David, un contraire, est briser d'abord. Il est conveit ensuite. Dieu se signale lui-même aussitôt après en le rendant vainqueur de Goliath; et ce comble d'honneur où il l'éleva devient pour lui la source d'une infinité de maux. La vue de sa gloire irrité Sath. Il conduisit une vie mortelle et une haine irréconciliable contre lui. Il est exposé à tout moment à la violence d'un prince furieux. Il est chassé, il est persécuté. Il fuit de ville en ville et de désert en fondes pour le chercher aux yeux et à la vengeance de ses cruels ennemis. Il est contraint enfin, malgré lui, d'aller chercher sa retraite dans les pays étrangers; jusqu'à ce que la mesure de la patience de David et des crimes de Sath étant remplie, Dieu ôte la couronne à celui qui s'en était rendu si indigne, pour la mettre sur la tête de David, qui la devait porter si dignement, et à laquelle Dieu l'avait préparé par un si long exercice d'humilité et de patience, afin qu'il ne fût pas accablé du poids de sa gloire. (Sacy.)

Vers. 13. — INTERFICERUNT EOS. Feceit id David, ut impleretur à se suspitionem populi, quòd ipse secretò auctor vel consensus fuisset

1. Et venerunt universæ tribus Israel ad David in Hebron dicentes : Ecce nos os tuum et caro tua sumus.

2. Sed et heri et nudistertius, cum esset Saül rex super nos, tu eras educens et reducens Israel; dixit autem Dominus ad te : Tu pasces populum meum Israel, et tu eris dux super Israel.

3. Venerunt quoque et seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David (sedus in Hebron coram Domino); unxitque David in regem super Israel.

4. Filii triginta annorum erat David cum regnare cœpisset, et quadraginta annis regnavit.

5. In Hebron regnavit super Judam septem annis et sex mensibus, in Jerusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel et Judam.

6. Et abiit rex et omnes viri qui erant cum eo in Jerusalem, ad Jebusæum, habitatore terre; dictumque est David ab eis : Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos et claudos, — dicentes : Non ingredietur David huc.

7. Cepit autem David arcem Sion; hæc est Civitas David.

8. Proposuerat enim David in die illa premium qui percussisset Jebusæum, et tetigisset domatum fistulas, et abstulisset cæcos et claudos odientes animam David; idecirò dicitur in proverbio : Cecus et claudus non intrabunt in templum.

9. Habitavit autem David in arce, et vocavit eam Civitatem David; et ædificavit per gymrum à Mello et intrinsecus.

10. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, et Dominus Deus exercituum erat cum eo.

eadis Iboeth. Rursùm ut amorem suum erga Saülum et Iboeth, licet sibi inimicos ostenderet, itaque clementer et beneficentia famam sibi apud omnes tribus conciliaret, quæ magni regi apud subditos benevolentiam et auctoritatem conciliat. Tertio, ut

1. Alors toutes les tribus d'Israël vinrent trouver David à Hébron, et lui dirent: Nous sommes vos os et votre chair.

2. Il y a déjà long-temps que, lorsque Saül était notre roi, vous meniez Israël au combat et vous l'en rameniez; et le Seigneur votre Dieu vous a dit: C'est vous qui serez le pasteur de mon peuple d'Israël, et c'est vous qui en serez le chef.

3. Les anciens d'Israël vinrent aussi trouver David à Hébron, et David y fit alliance avec eux devant le Seigneur, et ils le sacrèrent de nouveau roi sur tout Israël, selon ce que le Seigneur avait dit par la bouche de Samuel.

4. David avait trente ans lorsqu'il commença de régner, et il régna quarante ans.

5. Il régna sept ans et demi à Hébron sur Juda, et trente-trois ans dans Jérusalem sur Juda et sur tout Israël.

6. Et le roi, accompagné de tous ceux qui étaient avec lui et de tout Israël, marcha vers Jérusalem contre les Jebuséens, qui habitaient encore en ce pays. Et eux-ci dirent à David: Vous n'entrerez point ici que vous n'en ayez ôté les aveugles et les boiteux, — pour lui dire qu'il n'y entrerait jamais.

7. Néanmoins David prit la forteresse de Sion, qui est appelée aujourd'hui la Ville-de-David.

8. Car David avait proposé alors une récompense pour celui qui battrait les Jebuséens, qui pourrait gagner le haut de la forteresse, et chasserait les aveugles et les boiteux, ennemis de David. C'est pourquoi on dit en proverbe: Les aveugles et les boiteux n'entreront point dans le temple, — s'étant fait chasser de Jérusalem.

9. Et David prit son logement dans la forteresse, et Pappela la Ville-de-David. Et il bâtit à l'entour, depuis Mello, et au-dedans.

10. David s'avancait toujours, et croissait

quasi rex et iudex puniret tantum scelus, ac iniquam eadem regis ulcisceretur. Corpus cum regum omnibus inviolabile esse debet.

Porro pompam funeris David non exhibuit Iboeth, quam exhibuerat Abner, tum quia Abner in ditione sua erat occisus iuxta Hebron, Iboeth vero extra limites iuxta Hebron; tum quia Iboeth perpetuo adversarius erat Davidi; Abner vero ab Iboeth transiit ad Davidem, ad eumque ceteras tribus traducere satagebat. Denique cum Abner occideretur, vehementer omnino erat multorum suspicio, Davidis jussu vel nutu eum fuisse occisum; quare ut hanc suspensionem eis demeret, opus fuit illi summè honorare Abnerem in funere. Ita Abulensis, Salianus et alii. (Corn. à Lap.)

11. Misit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad David, et ligna cedrina et artifices lignorum, artificesque lapidum ad parietes; et ædificaverunt domum David.

12. Et cognovit David quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel, et quoniam exaltasset regnum ejus super populum suum Israel.

13. Accepit ergo David adhuc concubinas et uxores de Jerusalem postquam venerat de Hebron, natiqum sunt David et alii filii et filie;

14. Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Jerusalem : Samua, et Sobab, et Nathan, et Salomon,

15. Et Jebahar, et Elisua, et Nepheg, 16. Et Japhia, et Elisama, et Elioda et Eliphalet.

17. Audierant ergo Philistiim quòd unxissent David in regem super Israel, et ascenderunt universi ut quærerent David. Quod cum audisset David descendit in præsidium.

18. Philistiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim.

19. Et consulit David Dominum dicens : Si ascendam ad Philistiim? et si dabis eos in manu meâ? Et dixit Dominus ad David : Ascende, quia tradens dabo Philistiim in manu tuâ.

20. Venit ergo David in Baal-Pharasim, et percussit eos ibi, et dixit : Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci Baal-Pharasim.

21. Et reliquerunt ibi sculptilia sua; quæ tulit David et viri ejus.

22. Et addiderant adhuc Philistiim ut ascenderent, et diffusi sunt in valle Raphaim.

23. Consuluit autem David Dominum : Si ascendam contra Philisthæos, et tradas eos in manus meas? Qui respondit : Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, et venies ad eos ex adverso Pyrorum;

de plus en plus, et le Seigneur Dieu des armées était avec lui.

11. Hiram, roi de Tyr, envoya aussi des ambassadeurs à David, avec du bois de cèdre, des charpentiers et des tailleurs de pierres pour les murs, et ils bâtirent la maison de David.

12. Et David connut que le Seigneur l'avait confirmé roi sur Israël, et qu'il l'avait élevé au gouvernement de son peuple.

13. Il prit donc encore des concubines et des femmes de Jérusalem après qu'il y fut venu d'Hébron, et il en eut d'autres fils et d'autres filles, voulant affermir de plus en plus sa puissance.

14. Voici les noms des fils qu'il eut à Jérusalem, Samua, Sobab, Nathan, Salomon,

15. Jéhahar, Elisua, Eliphalet, Noga, Néphég,

16. Japhia, Elisama, Elioda et Eliphalet.

17. Les Philistins ayant appris que David avait été sacré roi sur tout Israël, et craignant qu'il ne devint trop puissant, s'assemblèrent tous pour lui faire la guerre. David l'ayant su se retira dans la caverne d'Odollam, qui était un lieu très-fort.

18. Pendant les Philistins vinrent se répandre dans la vallée de Raphaim.

19. Et David consulta le Seigneur, et lui dit : Marcherai-je contre les Philistins, et les livrerez-vous entre mes mains? Le Seigneur lui dit : Marchez, car assurément je livrerai les Philistins entre vos mains.

20. David vint donc à Baal-Pharasim, où il défit les Philistins; et il dit : Le Seigneur a dispersé mes ennemis devant moi, comme les eaux se dispersent. C'est pour cette raison que ce lieu fut appelé Baal-Pharasim, c'est-à-dire la Plaine de Dispersión.

21. Les Philistins laissèrent à leurs idoles, que David et ses gens emportèrent pour les brûler.

22. Les Philistins revinrent encore une autre fois, et se répandirent dans la vallée de Raphaim.

23. David consulta le Seigneur, disant : Iraije contre les Philistins, et les livrerez-vous entre mes mains? Le Seigneur lui répondit : N'allez point droit contre les Philistins, mais tournez derrière leur camp jusqu'à ce que vous soyez venu vis-à-vis des Poiriers.

24. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis praelium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam ut percussit castra Philistinum.

25. Fecit itaque David sicut praeceperat ei Dominus, et percussit Philistinum de Gabaa usque dum venias Gezer.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET VENERUNT UNIVERSAE TRIBUS ISRAEL AD DAVIDIS HEREDIS, DICENTES: EGREGIUS ERAT TUNC ET CARO TUA SEMES (1). — Cum neque

(1) *Alors toutes les tribus d'Israël vinrent trouver David, et lui dirent: Nous sommes avec toi et votre chair. Le Saint-Esprit, dans le livre des Paralipomènes, a voulu marquer en particulier le nombre des gens de guerre qui furent de chaque tribu pour reconnaître David roi de tout Israël; et il se trouve par ce dénombrement qu'il y eut plus de trois cent quarante mille hommes qui le vinrent trouver à Hébron, avec une pleine volonté de lui obéir. corde perfecto, dont l'écriture dit qu'ils étaient tous vultants et prêts à combattre. Cette réunion si solennelle des onze tribus avec celle de Juda, qui viennent volontiers se soumettre à David comme à leur roi, est l'effet sans doute de l'ordre de Dieu. Mais c'est en même temps une marque glorieuse de la vertu de ce prince. Car lors même que les Israélites des onze tribus combattaient contre David, et qu'ils avaient pris Ibochab pour régner au lieu de lui, ils savaient fort bien ce qu'ils déclaraient, que Dieu avait dit à David qu'il servirait le pasteur de son peuple, et qu'il l'avait choisi pour être chef sur tout Israël, mais comme Abner, qui portait son ambition satisfaite dans le trône d'Ibochab, ne de Scail, leur avait inspiré une aversion contre David, et les avait entretenus dans ce trouble par la fausse idée qu'il leur en avait donnée; aussitôt que cet obstacle fut levé par la mort de ces deux princes, ils reprirent leur première affection pour David, et ils ne pensèrent plus qu'à le reconnaître pour leur souverain. Ils se souvenaient, comme ils le disent ici à lui-même, que c'était lui qui marchait à leur tête pour combattre les ennemis de son peuple et de Dieu, et qu'il leur avait toujours revu victorieux. Ils avaient de plus été sensiblement touchés de cette générosité admirable que David avait fait paraître, en sauvant deux fois la vie à Scail lorsqu'il en était persécuté si cruellement, et depuis ayant vengé la mort de ce prince, et témoigné un regret sincère de celle d'Abner. Ainsi cette image des grandes actions et présentes et passées de David, qui avait frappé leur esprit et touché leur cœur, leur persuadait aisément qu'il était très-digne de leur commander, et qu'ils seraient heureux de lui obéir. C'est là la plus haute gloire à laquelle un prince puisse aspirer sur la terre, de vaincre ses ennemis sans répandre de sang, et de se les assujettir, non en les forçant par les armes, mais en les désarmant par sa bonté, et en leur*

24. Et lorsque vous entendrez au haut des poitiers comme le bruit de quelqu'un qui marche, vous commencerez à combattre, parce que le Seigneur marchera alors devant vous pour combattre l'armée des Philistins.

25. David fit donc ce que le Seigneur lui avait ordonné, et il battit et poursuivit les Philistins depuis Gabaa jusqu'à Gézer.

duces haberent illum, quem sequerentur, neque regem, ejus obsequerentur imperio relique tribus Israel, convenerunt omnes simul ad Davidem, ut illum sibi ex omnibus regem accicerent. Quorum rationes has fuerunt aut sola, aut præcipue: Prima, quæ ex eodem omnes sentit et cognatione sunt, ut uno videlicet Israele propagati. Illud enim valet illud: Quia tuum est caro tua nostra. Quæ dicendi forma apud Hebræos speciem habet proverbalem. Sic Genes. cap. 29, v. 14. Laban ad Jacob: Quia mea est caro mea. Idem Abimelech ad fratres suos et Sichimitas, Jud. 9, v. 2. Idem 2 Reg. 19, 12. Secunda ratio, quia, superioribus etiam diebus, cum adhuc in vivis egeret Saul, summam imperii videretur obtinisse David; illius enim arbitrata res administratur bellica, cum omnium singulari approbatione, et rerum felicissimo successu. Quo tempore satis multa atque præclara documenta desit, quibus alii cognoscere, qualemnam principem in Davide, ac regem essent habituri. Tertia, quia aliter non solum communi utilitati et bonorum totis, sed etiam divinae voluntati repugnanti viderentur, cum dens id ante non semel, neque obscure prædixerit, quod nemo illorum, qui Samuelem agnoverant, ignorabat. Hæc popularis vox fuit, hoc omnium commune desiderium, hæc rationum momenta, quæ in re deliberanda necessitas videntur habuisse pondus (1).

gagnant le cœur par l'amour et par l'admiration de sa vertu. (Sacy.)

(1) *VERS. 2. — SED ET HEREDIT SUAS TRIBUS, CUM ESSET SAUL REX SUPER NOS, ET ERAS HEREDES SUPER ISRAEL, q. d. Tu sub rege S. ille meus heredit populum, quem Saul, pro quoque feliciter semper pugnavit, per ergo est, ut Scail mortui quasi rex nos regere pergas. Sequitur tertia ratio petita ex Dei decreto et oraculo de Davidis regno per Samuelem edito. DIXIT AUTEM DOMINUS AD TE: TU PASCES POPULUM MEUM ISRAEL. PASCIS, id est, reges; unde sciam reges se debere regere pascendo populum, in modo quo pastor pascit oves; quæ circa Hironiæ Agamemnonem regem, pastorem populorum vocat. (Coru. à Lap.)*

VERS. 3. — VENERUNT QUOQUE ET SENIORES ISRAEL, ET PERCUSSIT CUM EIS REX DAVID FOEDERES. Ille popularium clamor et commotio votum. Nec deservunt seniores et principes Israel, ad quos de summâ rerum deliberatio pertinet, quibus eadem fuit que populo mens. Qui cum legitime ac sanctè coram Domino, præmissis miramur sacrificio, et interposito iurisdictioni firmissimo vinculo, illum unxerunt tertio, ut non solum tribu Juda, à quâ fuerat prius electus et unctus, sed etiam undecim tribubus legitime præficeretur, et sanctè. Sed hæc paucula nobis observanda.

Primum, circa illum vocem popularem ad David: Dixit Dominus ad te: Tu pascis populum meum Israel. Nam hæc verba usquam audimus. Hinc quæstioni satis, opinor, satisfactum est cap. 3, ubi etiam quærebamus, quoniam Scripturæ sacræ loco esset illud Abneris ad populum v. 18: Dominus locutus est ad David, dicens: In manu servi mei David unctabo populum meum Israel; ubi diximus, non omnia que dicta sunt à prophetis scriptis esse mandata. Sicut neque omnia que dicta sunt à Christo, que ignoraremus omnino, nisi alius in locis per occasionem usurpassent alii. Quorum exempla non pauca produximus in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 1, v. 5: Quam multatus, inquit, per ex meum. Hoc autem credo sive à Gad, sive à Samuele dictum esse Davidi, et illam vocem auditam à populo, et acceptam pro oraculo; que, utpote de re tanta, videtur in omnium ore fuisse frequentissima. Pascere autem non solum de illis dicitur, qui rem curant pecnariam, quamquam de his propriè, sed de illis etiam qui populi tractant gubernacula, quibus commissa est fidelis et vigilans populorum custodia. Sic græcè imperator regem appellatur *πάσων*, id est, pastor populorum.

Hi seniores, qui venerunt, illi esse videntur, qui universo præerant Israeli, illi videlicet septuaginta quos elegit Moyses ad imperium Dei, de quibus Numer. cap. 13. Cum his autem etiam convenisse videntur singularem tribum seniores et principes, quia hi etiam ad res graviores cum senioribus Israeli, id est, cum senatu, aut summo seniorum concilio convenire soliti, ut fecerunt sæpe in causâ Christi ad extrema seculi Judæica reipublica. Hi, opinor, sunt, qui lib. 1 Paralip. c. 8, v. 27. patriarchæ dicuntur, et cognationum principes. Ad hos prius retulit Abner cap. 3, v. 17, quod statuerat de regno Davidi. Hi ergo venerunt

ad Davidem, ut inirent cum eo de summâ re factus, illi quæ coram Domino ritè percute-rent.

De foedere quod cum Davide à senioribus, suarumque tribuum curatoribus percussum, nihil est certum. Ego sic censeo, adactum esse Davidem à senioribus, ex quibus constabat senatus atque concilium summum in Israel, ab aliisque tribuum in suo ordine et gradu principibus, ut iuramento atque aliâ solemnî sacrâque caeremoniâ confirmaret id quod Deut. cap. 17, v. 15, de rege constituto præceptum est: Eum constitues (ait Dominus, regem) quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Quisque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec deducet populum in Ægyptum equitibus numero sublatas. Præsertim cum Dominus præceperit vobis ut nequamquam auxilia per eundem eam revertamini. Non habebitis uxores plurimas, que alliciant animum eus, neque argenti et aurî immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describit sibi Deuteronomium legi in libro in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticis tribus; et habebit secum, legesque illas quibusque diebus vita sua, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba et caeremonias ejus, que in lege præcepta sunt. Hæc, ut opinor, proposita à senioribus fuere David, quo ille lubens admisit, atque ita amplexus est avide, ut in ipsa penitus præcordia condiderit. Et sicut de aliis legibus cecinit Paul. 118, sic puto de his etiam illi cecinisse: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Alia etiam erant à senioribus Davidi proposita, que ad presentem rerum statum pertinerent, ut de bellis cum hoste victo atque exultante conferendis, de iuramentis et obligatione iniuriamum, et que quavis in eo impedio atque multiplici rerum studiorumque congressu conjectare poterit. Noque dubium, quin seniores illi totius populi nomine novo regi promiserint fidelitatem, obsequium, quoque reges alii in bene constitutâ republicâ exigunt à suis. Hoc iusque foederis fuit inter Davidem et populum, ut interposito utrinque iuramento, percussum.

Sed nunc etiam videndum, quomodo pactum hoc coram Deo poterit dici percussum, cum neque ibi ara fuerit Domini, neque tabernaculum, ante que, si qua sunt, illa facta dicuntur coram Domino. Tractavit hæc Abulensis, q. 3, ubi dicit in Hebron fuisse sanctuarium à Davide constructum, quia cum Gabaa,

in quam tabernaculum fuerat a Saule translatum, esset in tribu Benjamin, neque in illa tribuum divisione, quae ad praesentem duraverat diem, totum esset iis qui Davidis castra sequebantur, orationis gratia eo usque contendere, sacerarium aliquod excitavit in Hebron, ubi speciali aliquo ritu colebatur Deus, oblati videlicet sacrificiis, et his adhibitis ceremoniis, quae in tabernaculo fieri religio permittebat. Posse autem sub haec tempora, in quibus vacuum erat ab arca tabernaculum, aliis in locis extra immolari victimas, diximus supra cap. 7, in fine, et in lib. I sunt exempla non pauca. Quod autem in Hebron solum esse offerri sacrificium, probat illud infra, cap. 15, ubi Absalom facultatem sibi a parente petiit, sibi ut liceret accedere sacrificii causam in Hebron, quasi legitimum esset, et ab aliis solum obiri sacerarium. Quod quidem nisi sanctum esset, nunquam illius votis pater annuisset. Accedit, quod secum habuit David in Hebron sacerdotem summum Abiathar, qui sacris operari legitime, et excipere solenni forma ab utraque parte iurandum potuit.

Sed etiam in Hebron nullum esset sacerarium, nullum altare, nulla victima, foedus tamen illud dici potuit coram Deo pervenit. Sic enim dicuntur illa foedera, aut juramenta, quorum Deus advocatur testis. Sic Paulus ad Galat. cap. 4, v. 20: *Eccc coram Deo, quia non mentior, id est, testis est mihi Deus, quod non fallo.* Neque sanctuarium erat in syra, in qua apud Ziphites morabatur Saul, et tamen ibi, ut habes lib. 1, cap. 23, v. 18, percussisse dicuntur Jonathan et David foedus coram Domino, quia uterque illius foderis in syra percussit testem advocarunt Deum.

UNGERENTQUE DAVID REGEM SUPER ISRAEL. Tertio nunc unctus est David in regem, cum primum illum unxisset in oculo Samuel, et septennio ante in eodem loco tribus Juda, nunc autem totus Israel illum sibi tertio unxit et consecravit regem, postquam jam inter ipsum et populum de regni forma et administratione convenerat. Quod fieri tunc potuit commode, cum summus ibi esset sacerdos, neque sacrum desset oleum, quale pro unctione regum religio requiret.

VERS. 4. — FILIUS TRIGINTA ANNORUM ERAT DAVID CUM REGNARE COEPISSET (1), ET QUADRAGINTA

(1) Allegoric David hic uti et in aliis omnibus typus fuit Christi. Audi Angelorum: *Quod David triginta annorum regnare cepit, et praefigurabat, quod Dominus noster triginta annorum venit ad baptismum, et incipiebat*

ANUS REGNAVIT. Si verum est, quod supra pluribus ostendimus, in principio cap. 13, lib. 1, duos tantum annos regnisse Saulem verum erit etiam, nunquam illum ex quo in Scriptura notus esse coepit, in aetate fuisse pueri, ut etiam juvenili, ut multi censuerunt. Hebraei, ut habes in Seder Olam cap. 45, dicunt Davidem, cum in paternam domo unctus est primum a Samuele, annum attingisse vigesimum nonum. Quorum haec in re sententia mihi semper placuit, quam etiam probare debent qui loco superius allegato tenent, biennium tantum regnisse Saulem. Sanè Ambrosius lib. 1 Offic. cap. 32, Davidem majorem aetate dicit fuisse Jonatham, qui tamen cum primum regnum inuit Saul, mille viris praefectus fuit a patre, et talia praestitit, qualia non nisi a viro jam grandi sperari poterant. Sic ergo ibi Ambrosius: *David, cum esset prudenter, Jonatham tamen a junioris consillis acquiescebat.*

VERS. 5. — IN HEBRON REGNAVIT SUPER JUDAM SEPTEN ANNIS, ET SEX MENSIBUS. Hoc idem supra, c. 2, v. 41, ubi explicuimus quomodo haec duo loca conciliari possint cum c. 2, v. 11, lib. 3 Reg., ubi David septem annis nulli sex mensium habita ratione, regnisse dicitur in Hebron.

VERS. 5. — ET ABHUY REX, ET OMNES VIRI, QUI ERANT CUM EO, IN JERUSALEM, AD JERUSALEM HARBATORUM TERRAE. Cum primum a civibus et intestinis bellis expeditus fuit David, coepit jam majora quam ante moliri, cum collectas haberet majores vires, neque contra domesticos, sicut antea, dispersas. Quare cum in medio terrae promissionis, meliorique loco, maximeque a natura munito videret esse Jerusalem, non putabat ex usu, aut dignitate esse Israelitici populi, si ab externo teneretur habitatore. Quare hoc voluit esse suarum expeditionum initium, et proemium unctionis suae in universum Israel. Sed quia nullus deinceps necessarius de Jerusalem nobis futurus est sermo, non erit sine aliquo opere nostrae pretio, prius de illius antiquitate, ac mole, et variis habitatoribus nonnulli attingisse. Alii ea de re longius, nos paucis et strictim, prout hujus loci tractatio postulat, verit.

Evangelium regni predicare: ejus regnum et sempiternum, et potestas ejus alteri non dabitur. Quadragenarius enim numerus, qui ex quaterdenis constat, plenitudinem temporum, et rerum perfectionem significat. Hoc representavit regnum Davidis, quod fuit quadragesima annorum. (Corn. à Lap.)

Hujus civitatis multa apud sacros et profanos scriptores inventa nomina; nam valde est in eorum scriptis commendata haec civitas, licet haec commendatio praecipua ab eo tempore ducta fuit, quo ad ditionem Israeliticam et Davidicam genus traducta est. De quo ex profanis videndus Cornelius Tacitus lib. 21. In sacris litteris multa occurrunt regis illius civitatis encomia. Quale fuerit externarum gentium de Hierosolyma iudicium, ostendit Jeremias Thren. 2, v. 15: *Sibilaverunt, et moverunt caput suum super filium Jerusalem. Haecina est urbs, dicentes, perfecti decoris, quodam univertae terra?*

Haec primum appellata est Salem, seu Jerusalem, ut constat, quia antequam Jebusaeus illi nomen imponeret, aut illam incoleret, jam audiam erat nomen Salem, ut constat Genes. 14, v. 18, ubi Melchisedech, qui etiam putatur fuisse Sem filius Noe, rex dicitur Saleum. An verò illa Salem eadem fuerit, quae postea vocata fuit Jerusalem, inter auctores non levis disceptatio est. Hieronymus Epist. ad Evagrium aliam Salem esse putat a Jerusalem, quam obtinuit Melchisedech, quae erat propè Sichem, quam nunc ait exigua mutatione vocari *Salim*, de qua Joan. 5. Hieronymum sequuntur complures alii. Quod idem Hieronymus probat, quia suo tempore in illa Salem, quae non longe distat a Sichimis, in qua tabernacula sua fixit Jacob, dicit ostendi adhuc palatium Melchisedech, et ex magnitudine ruinarum veteris operis magnificentiam. Plures alii Melchisedech illum Salem regem esse dicunt, quae etiam vocatur Jerusalem, de quo nobis hoc loco pluribus agendum non est. Illud certum, Jerusalem vocatam quoque fuisse Salem, quod non negat Hieronymus ad illud Psal. 75: *Et factus est in pace locus ejus, et habitatio eius in Sion.* Hebraei: *Et factus est in Salem locus.* Ubi etiam scire videtur Hieronymus in Hierosolyma regnisse Melchisedech. Sanè plures esse civitates appellatas Salem docet Serarius in e. 10 Josue q. 2.

Ego sic conjecio, inter alias civitates quae appellantur Salem, duas fuisse praecipuas: alteram juxta Sichem, ubi habitavit aliquando Jacob; alteram, quam nudo David Jebusaeis eripuit. Unde factum est, ut Jerusalem quod Hebraeos ponitur in duali forma *Jerusalaim*, sicut aliae plurimae civitates, ut Isaia cap. 45, v. 5: *Oronaim*, id est, duae civitates, quae dicuntur *Oron*, seu *Bethoron*, quae locorum situ distinguuntur; quare altera dicitur Betho-

ron superior, altera inferior. Sic ergo cum essent *Salaim*, id est, duae civitates appellatae *Salem*, ut aliqua esset nota, quae unam ab altera distingueret, haec, de qua nobis commentatio, appellata est *Jerusalem*, quae sonat aut *Salem sublimem*; quia in excelso loco, aut altitudo pacis, seu *vivo pacis*, aut *Salem horribilem*, cum altera *Salem* aliam habuerit notam, de qua nobis non constat, quae nota diceretur *Salem inferior*, aut aliquid aliud, quod designaret pacem. Quasi dicas, ex duabus illis *Salaim*, illa quae sublimis est, etc.

Alterum etiam nomen *Jerusalem* impositum est, antequam a Jebusaeis nomen acciperet. Quod idem mihi persuadeo quia loci natura prior est, quam illius habitator; atque adeo nisi dicamus, ab aliquo Jebusae fuisse primum edificatum, a quo etiam nomen accepit (sicut civitates aliae a suis conditoribus solent), prius appellata est *Jerusalem*, quae loci altitudinem aut terrorem sonat, seu etiam visionem absolutam et perfectam; nam haec etiam traditur nominis notatio, quam Jebus. Scio aliquibus videri, a quodam illius nominis principe primum edificatam et habitatam esse Jerusalem; quis tamen ille fuerit, non dicunt. Ego *Jebusae* nomen primum invenio Genes. 10, v. 16, sed hic longè fuit post Melchisedech, a quo fundatus dicitur Salem. Fuit enim Jebusaeus pronepos Noe, nepos Cham, filius Chanaan; Melchisedech autem Sem esse creditur, filius Noe. Porro appellatum esse prius Salem, quam *Jebus*, docet Hieronymus Epist. ad Evagrium, et alii qui Melchisedech illius civitatis conditorem appellant, quales sunt Isidorus lib. 15 Etymol., Josephus lib. 7 de Bello cap. 23, Egesippus. Et faret plurimum ipse loquendi modus. Sic enim de *Jebus* loquitur, ut tamen non obscure indicet, prius nominatum esse Jerusalem. Josue cap. 18, v. 28, cum numeraret civitates quae attributae sunt filiulo Benjamin, dicitur et *Jebus*, quae est *Jerusalem*, illa nempe Jerusalem, cujus nomen in eo libro saepius auditum est, ut cap. 10, non semel. Et saepe Jerusalem dicitur a Jebusaeis habitata, quae sanè nomen *Jebus* non videbatur amittere, cum a Jebusaeo habitaretur, si illud omnium antiquissimum habuisset.

Dicitur etiam *Hierosolyma*, cujus nominis etymon varium est apud varios. Josephus lib. 4 contra Apionem, eujusdam maledicam et sultam illius nominis notationem reprehendit, qui dicebat, Hebraeos, cum ex Aegypto essent egressi, in Judaeam tandem per solitudinem

penetrasse, ubi spoliatis habitatoribus, et complicitatis templis, urbem condidit, quae prius à templorum spoliis *hēzēra* nominata est. Sed aliquandā post, ut obscuri illius et ignominiosi nominis convicium: effugerent, mutatum esse nomen aliquantulum, et urbem ipsam *Hierosolymam*, et se ipsas *Hierosolymos* appellasse. Sed ridet Josephus stuporem illius hominis, qui non videtur, nomen illud non idem significare græcè quod hebraicè, neque sams Hebraei alienā linguā nomen sua indidit civitati.

Ego hanc vocem confictam esse puto à Græcis ad hebraici nominis similitudinem, nihiā syllabarum mutatione, qui civitatem illam à secundā compositionis parte vocaverō *Solyma*, sicut Hebraei *Salem*; et addidit *Jerusalem* priori parte, *Hierosolyma*. Quod idē fecerunt Iherosolymis, quia templum, à quo maxime erat nota et commendata civitas, *ieros* appellatur. Imò et quidam dicunt, à Salomone et ab illius templo, quod *ieru*, ut diximus, dicitur græcè, vocatam esse *Hierosolymam*. Quod mihi non displicet. Et quidem hoc nomen esse græcum, et tenent communiter interpretes, et ex eo fit verisimile, quod nunquam illud in sacris litteris audiam esse, antequam populus Babylonem abduceretur à Babilonis. Tunc enim ex altissimi gentium familiaris convictio novum illud nomen et didicere primum, et in patrios fines indixerunt. Plura de *Jerusalem* vide apud Salmeronem prolegomeno 42; Adrichomium, in *Jerusalem*; Serarius in Commentariis *Judic*, c. 10, q. 3; Pinciam in *Ecclesiasten*, cap. 1, v. 4, et Josephum lib. 7 de Bello, cap. 18.

Illud præterea addendum, edificatam esse *Jerusalem* in ipsis Benjamin Judæque confinibus, atque idē sicut aliquid sumit ex utriusque funiculo, sic etiam ad utramque tribum pertinere. Sic putant Lyra et Serarius ad illa loca Josue, de quibus statim, et Serarius in cap. 4 *Judic*, v. 8, flegit Abielensis in cap. 1 *Judic*, et cap. 10 Josue. Quod ad Benjamin pertinet, liquet ex Josue, c. 18, v. 28. Quod ad Judam, Josue cap. 15, v. 65: *Habitavitque Jebuseus cum filiis Juda in Jerusalem usque in presentem diem*. Et hinc verbis dicitur *Judic*, cap. 4, v. 21: *Habitavitque Jebuseus cum filiis Benjamin in Jerusalem usque in presentem diem*. Quibus locis utraque tribus dicitur non potuisse Jebuseum delere.

Ego ita existimo, cum facta fuit olim terræ sanctæ divisio, exigam fuisse *Jerusalem*, cuius tunc pars habitata à Jebuseis tenebatur. Hæc autem videtur esse arx *Sion*, quæ postea

civitas David appellata est, quam partem tunc adificis instructam assignatam fuit tribui Benjamin. Cum autem Judæ funiculus civitatis illius fines attingeret, ut constat ex Josue cap. 15, et cap. 18, quidquid deinde additum est civitati, saltem ex latere aquilonari, id est, ab eā parte quæ spectat vallem *Eaa*, id totum Judæ funiculus complexus est. Quare per synecdochē *Jerusalem* dicitur pertinere ad Benjamin et Judam, quia partem Judæ et partem Benjamin sedes ejus amplectitur.

Illud præterea mihi certum est, templum etiam Salomonis in utriusque tribus confinio fuisse constructum. Quod enim ad Benjamin pertinet, probat illa Hebræorum traditio, de qua Hieronymus in *Tradit*. Hebr. super *Genesim*: quæ illud *Gen*, 49: *Benjamin lupus rapax, manū comedet prædam, et vespere dividet spolia*, de templo accipit, in quo manū à sacerdotibus immolantur hostiæ, et vespere distribuuntur. Et ita putat Chaltheus. Et faret illud Moyses, *Deut*, 35, ubi Benjamin in thalamo Domini futurus esse dicitur, id est, in templo, ut etiam Chaltheus exponit. Quare eodē spectant benedictiones Jacob et Moyses, nempe illi quod in Benjamin illustre magis magisque in totā Israëlita possessione pretiosum est. Quod æquē partem aliquam templi, non autem templum totum sibi vindicet tribus Benjamin, ex eo fit mihi maxime verisimile, quod *Jeremie* 20, v. 2, aliquod templi latus nomen sibi sumpsit à Benjamin, quod planè indicat aliquam esse templi partem, quam illa tribus non agnosceret suam: *Percussit Phisam Jeremiam prophetam; et misit eum in nervum, quod erat in portā Benjamin superiori in domo Domini*. En tibi due portæ, superior et inferior, quæ indicant latus illud templi esse intra sortem Benjamin.

Quod verò etiam fuerit in *Juda* funiculo, probat illud imprimis, quod David amplificavit valde civitatem illam, 1 *Paralip*, 11, 8: *Edificavitque urbem in circuitu à Mello usque ad gyrum*. In illa accessione ad civitatem antiquam, seu certè in illa novā civitate, ejus pars intra *Juda* claudibatur fines, adificatam esse templum, probat illud *Psal*, 77: *Requili tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Juda montem Sion, quem dilexit. Et edificavit sicut micoriam sanctificationem tuam, id est, templum*. Et *Zachar*, cap. 2, v. 12, templum suum in terrā *Juda* statuit, dñm illam terram vocat sanctificatam, et in illā partem suam, id est, templum futurum

esse dicit: *Possidebit Dominus Judam partem suam in terrā sanctificatā, et eliget adhuc Jerusalem*. Vide quomodò *Jerusalem* statuit in *Juda* sorte.

Superest jam videamus quomodò expugnanda nunc dicitur *Jerusalem*, cum ante hoc tempus expugnata dicitur, et esse in Israëlitis potestate. Neque enim David, et triumphalis pompa, devicto Philisthæo, ingressus esset *Jerusalem*, ibique abscissum gigantis collectasset caput, quasi præclaræ victoriæ monumentum, nisi Israëlitis foret subjecta potentia, 1 *Reg*, cap. 17, v. 54: *Assumpsit autem David caput Philisthæi, attulit illud in Jerusalem; arma vero ejus posuit in tabernaculo suo*.

Ego in *Jerusalem* duas partes esse video, alteram in vertice montis, quæ dicitur *Sion*, et postquam expugnata fuit à David, *Davidicā* appellatur civitas; alteram, quæ est in ipso montis descensu, et sita minus ardua. Et hæc fortasse de causā appellata est in duali numero *Jerusalem*, quasi due forent civitates ejusdem nominis, altera superior, quæ *Sion*, altera, quæ magis communi vocabulo diceretur *Jerusalem*. Hanc expugnaverunt, qui erant à tribu *Juda*, quia minus erat expugnata difficilis. *Judic*, 1, v. 8: *Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, cæperunt eam, et percusserunt in ore gladii*. Superiorem verò, neque filii *Juda*, neque filii Benjamin expugnare poterant, sicut scriptis aggressi, atque idē simul cum Jebuseis civitatem illam habitaverunt inviti. De filiis *Juda* Josue 15: *Habitavitque Jebuseus cum filiis Juda in Jerusalem*. Idem de filiis Benjamin, *Judic*, cap. 1, et de utriusque ex redditur utrobique ratio, quia non poterant delere Jebuseum. Quare id nunc aggreditur David, quod majores sui consecuti non sunt, ut illam ex medio terræ promissionis, et loco magis illustri aboleret ignominiam, quam ali cum magno Israëlitis nominis dedecore tandem pertulerunt, ne simul viverent, contra quam esset à lege præceptum, qui tam religione et sacris dissiderent, et superiori quodammodo subessent potentia eorum, qui superiori in loco supra ipsorum capta, domitasque cervicibus insederant.

DEUTEROG. EST DAVID AB IS: NON INGRESSUS ERAT, NISI ABSTULERIS CECOS ET CLAUDOS (1). MI-

(1) *Les aveugles disoient à David: Vous n'entrerez point ici que vous n'en ayez chassé les aveugles et les boiteux*. Il parait, par ces paroles, que les Jebuseus se croyaient si forts, et qu'ils étaient si persuadés que la fertilité de *Sion* était imprenable, qu'ils avaient placé sur

rum est, quam variè se in hujus loci commentatione versent interpretes, quinque parum inter se consentiant; longum esset singulorum referre, atque infirmare sententias. Addeam illas, quæ magis videntur aliis placuisse, vel quia magis ad litteram, vel quia magis ad plansum. Hebraei, ut in *Tradit*. Hebr. tradit Hieronymus, hunc locum sic accipiunt: « Non ingreditur hæc David, donec nos hinc auferat, quos inermes et imbecilles, sicut cæcos et claudos, esse arbitratur, et quos bello aggressurus sicut cæcos et claudos se triumphaturum putat. Ideo dicitur in proverbio: *Cæcus et claudus non intrabunt in templum*. In Hebræo habetur: *Cæcus et claudus non intrabit domum*. Hoc est: *Cæcus et claudus (subauditur, dicitur) non intrabit quilibet domum cæcorum et claudorum, quantum dicit cæcus et claudus intus fuerit*. Mihi hæc Hebræorum expositio, à quā non videtur abhorre Hieronymus, non omnino displicet, quæ placuit Angelomo, Magistro Historiæ scholasticæ, et Glossæ; neque Abulensis displicet q. 7, neque Hugoni.

Alii ex sententiâ Rabb. Salomonis dicunt, supra civitatis montis positas fuisse imagines Isaac et Jacob, quorum alter cæcus, alter erat claudus. Quas eo consilio statuerunt in eminenti atque conspicuo loco Jehusai, ut recordarentur illorum posteri Israëlitis pacti, quod cum Abimelec rege Geraræ percussit Abraham, et eā ratione abstinere ab ornibus. Erant autem, ait Rabb. Salomon, Jehusai ex genere Abimelec. Quare juxta hæc Immo lo-

leurs murailles des aveugles et des boiteux, comme pour insulter à David, en lui montrant que des soldats de cette sorte leur suffiraient pour l'empêcher d'entrer dans leur place. David propose un prix pour celui qui montrera le plus particulièrement dans le livre des Paralipomènes, en ces termes: *Quiconque montrera le premier, et chassera les Jebuseus, sera général de l'armée, Joab donc, fils de Sarvia, monta le premier, et il fut fait général*. Joab, sans doute, fut bien aise de réparer en quelque sorte par cette action d'un si grand courage le crime qu'il avait commis en assassinant Abner et Achimelec. Il semble aussi que David, qui n'était pas assez puissant pour lui ôter la charge de général, avait proposé le commandement de ses armées pour le plus vaillant à cette place, afin que si un autre le remportait, Joab ne pût pas se plaindre qu'on le préférât à lui; que s'il le remportait lui-même, on eût moins lieu de trouver mauvais qu'il demeurât dans une charge dont il avait paru plus digne que tous les autres. (Sacy.)

cum sic exponunt: Nisi volueritis datam a majoribus vestris violare fidem, et fœdus firmatum sacramento contemnere, cuius duæ parentum vestrorum imagines obites sunt, non ingrediemini. Quasi dicerent: Non ingrediemini, nisi fœderati, nisi prodiã fide, quam a parentibus acceptam, sartam et lectam servare debuistis. Hæc sententia Lyra placuit, quam Abulensis et Burgensis optimè et acriter impugnant. Quos in vide.

Alii in *cæcis et claudis* deos intelligunt tutelares, quos gentium more in muris Jebusæ locaverunt, quasi futuros civitati presidio, aut certe intra civitatis mœnia in loco religioso de sacro arabant, quibus patronis existimabant fore ut nunquam in aliorum potestatem civitas veniret. Quare cum evitari non posset, quominus ab hoste caperetur civitas, dii tutelares ac patrii excedere vitæ dicebantur, aut evocari ab hostibus certo aliquo crimine, quod vim haberet evocatorium. Porro illi dii ab Israelitis, utpote saxei aut lignei, cultant. Quare depulsi inde Jebusæ, quantumvis oculos haberent lynceos, et firmos pedes atque veloces, et mutato priori nomine, sicut etiam dominus mutabatur, illam appellavit, non *Jebus*, ne quod maneret antique impietatis vestigium, sed *civitatem David*, quare ipse postea majori firmamento munivit.

Communior est explicatio, Jebusæ ita munitionem videri civitatem, ut a cæcis et claudis contra omnem vim hostilium propugnari posset. Alii dicunt, revera cæcos et claudos per urbis propugnacula fuisse dispositos: qui non tam urbem defenderent, quam hostium irriterent, subsannarentque conatus. Hinc factum illud fuisse simile, si modo verum, quod adducit Lyra Ezech. cap. 27, ubi Pyrgum, id est, homines pusilli, cubitali magnitudine, et amplexu nihil, dispositi dicuntur in muribus, qui non alius egebat propugnatoribus Tyrus, qui satis habebat à se ipsi sibi munimentum, cum ab arte esset et natura munita. Sed illius loci longè alia ratio et explicatio est, quam nos in nostris Commentariis ad illum locum adfiximus. Quod proprie cæci et claudi in mentibus fuerint ad propugnandum dispositi, tenet Josephus l. 7. Ant. cap. 2: Angelomnis, Protophæ, Theodoretus q. 16 et 17, et hoc fortassis verè. Neque mihi videretur alienum, si hoc tantum dicendi modo significaretur, etiamsi nullus intercederet cæcus aut claudus, tam esse civitatem à naturâ munitam, ut à cæcis et claudis, si alia non esset firmior cus-

todia, arceri posset impetus hostilis. Videtur autem illa esse proverbialis dicendi forma, quæ significatur et hostium contemptus, et alnia securitas. Ex his explicationibus extrema mihi aut probantur magis, aut displicent minus.

DICENTES: NOS INGREDIETUR DAVID HEC. Explicatio est superioris clausule, et quid in eâ Jebusæ nimium sibi ac urbis munitioni tribuentes, significare voluerint et proverbiali et obscurâ dicendi formâ, quæ quia paulò videbatur obscurior, illius expositio ab historico sacro subjecta est. Quasi dicat: His verbis ostendere voluere Jebusæ, nullo modo sui conatus ac voti compotem futurum esse Davidem.

VERS. 7. — CEPIT AUTEM DAVID ARCM SION, HÆC EST CIVITAS DAVID. Quia auspice atque auctore Deo, qui locum illum ex omnibus habebat excimam, suoque cultui præcipue destinât, illud sibi negotium aggressus fuerat David, non fuit difficile oblatas superare difficultates. Quare depulsi inde Jebusæ, quantumvis oculos haberent lynceos, et firmos pedes atque veloces, et mutato priori nomine, sicut etiam dominus mutabatur, illam appellavit, non *Jebus*, ne quod maneret antique impietatis vestigium, sed *civitatem David*, quare ipse postea majori firmamento munivit.

VERS. 8. — PROPOSUERAT ENIM DAVID IN DIE ILLA PREMIIUM, QUI PERCUSSISSET JEBUSEM, ET TETIGISSET DONATUM FISTULAS, ET ABSTULISSET CECOS ET CLAUDOS. Rationem reddit historicus sacer, cur tam citò tot difficultates experârit David, quia videlicet præmiis suorum militum inflammavit animos, et ad arduum quilibet aggrediendum armavit. Præmium autem positum est, lib. 4 Paralip. cap. 11, v. 6: *Omnis, qui percusserit Jebusem imprimis, erit præceps et dux. Hic verò propositum audacissimo cuiusque negotium explicatus exprimitur, nempe qui primus Jebusem percuteret, qui fistulas tangeret, id est, aquarum emissarios canales, et denique claudos amoveret et cæcos, qui magno fuerant Davidi fastidio, aut qui revera fuerant quasi propugnatores in muro dispositi, aut quia illorum nomen ipsi ad ignominiam obiectum. Nunc de singulis seorsim.*

PROPOSUERAT ENIM DAVID IN ILLA DIE PREMIIUM. Quia ambitio et cupiditas magnam habent vim in humano pectore, illudque ad presentem mortem cæcum et præceps abripit, idè ducet quari quàm facile homines his se abducant, honores proponunt et alia commoda

que humane nature aut ornamento sunt, aut levamento. Inde inventæ coronæ quæ, quia his qui primum ascenderunt murum, tribuuntur, *murales* appellatur. Quo artificio quàm frequenter usi sunt externi, unum è multis exemplum accipe, quia huic quàm simillimum. Alexander, ut tradit Curtius lib. 7, cum in locum incidisset præruptum et arduum, in quem hostium multitudo consererat, et ab his qui eo in loco tutes se à tantî imperatoris fortuna et viribus existimarent, simile interqueretur opprobrium, quale nunc à Jebusæis Davidi, præmiis propositis sic suorum inflammavit studia, ut ad summum usque prærupti montis fastigium eniterent. Eodem artificio usus est Caleb, Jud. cap. 1, v. 10, qui filiam suam Axam illi despondit, qui Cariath Sepher adduceret ad Israelis jugum. Et proxime Saül, qui filiam suam et alia ornamenta dignitatis ac vite subsidia illi promisit, qui Goliath singulari stermeret certamine, et ab Israelis nomine tam foedum averteret opprobrium.

ET TETIGISSET DONATUM FISTULAS. *Domata*, ut docet Hieronymus Epist. 433 ad Sunnam et Fretellam, sunt tecta, non fastigiata, aut testudinata, sed plana, quæ Hispanorum vulgus *terrados* appellat. Hæc necesse est fistulas habere, per quas pluvialis aqua foras emittatur, ne domum corruptat. Hæc necesse est, in parte domus suprêmâ stantur, ne quid in interiorem domus partem humoris illabatur. Abulensis, q. 7, prominentia *domatum* tigna putat, quas *canez* Hispani vocant. Quidquid horum sit, extremum esse constat in ædificiis, atque idè qui *fastidus tetigerit*, ad summum etiam murorum evaserit, necesse est. Alii in *fastulis* cæcos quosdam et subterraneos cuniculos intelligunt, per quos ad ipsa murorum fastigia patebat ascensus. Ita ex aliorum sententiâ referunt Magister Histor. schol. et Abulensis, et dicit apertè Theodoretus, q. 16. Illud tamè de *fastulis*, seu canalibus, vel ad emittendam, vel colligendam aquam, certius est. Illud de cuniculis omninò incredibile, quia revera cæci essent et claudi Jebusæ, nisi cæcos illos aditus, et qui forent, aut obstruissent, aut observâssent, cum id non potuerit non esse notum, et hostis instaret acer et strenuus, qui omnes scrutaretur et tentaret vias per quas sese aperiret expugnandæ arcis alia commoda.

ET ABSTULISSET CECOS ET CLAUDOS OMNITES ANIMAM DAVID. Sive in *cæcis et claudis* (1) Jebusæ, cæci et claudi sunt infideles,

Jebusæ omnes intelligamus, juxta primum Hebræorum sensum; sive revera eos qui cæpi essent pedibus atque oculis, qui ad insulandum irridendumque Hebræorum conatus in muris fuerunt à Jebusæo nimis insolente dispositi, qui et ipsi libero ac petulante coartico Hebræos subsannabant, eos qui illos, quicunque forent, submoverent, magnâ aliquâ mercede numeratum voluit. Illud, *aditentes animam*, juxta textum hebraicum, qui habet *semithe*, quidam sic exponunt: *Quis ex eos habuit aut odiosos animam David*. Quia videlicet talia jactabant, quæ sine offensione magnâ audire non poterat David. Ita Pagninus, et Tigurina, et Hispanica translatio, quæ sic reddidit: *Abrecedentes de et anima de David*. Neque ab hæc sententiâ longè abest Vulgata translatio, si modò, quod in Scripturâ frequens est, res significat pro illius usurpatur signo. Quo modo fortitudo ponitur aliquando pro armis et gloria, et honor pro coronâ, quia in coronâ hominem et gloriam in homine cognoscimus; et in armis, armati hominis fortitudinem. Sic hospitale munus aut convivium *charitas* dicitur seu *charitas*, quia charitatis signum et argumentum est. Quo sensu Magellana dillexisse dicitur multum, quia nulla edidit amoris signa. Sic ergo isti cæci et claudi odisse dicuntur animam David, quia subsannatione et scommate despectum illius et odium ostendebant. Porro notum est, per animam illum cuius est anima circumscritâ.

Septuaginta hæc legunt: *Omnis percussens Jebusem, tangat in pugione et claudos, etc.*, neque obscurus est sensus, neque à Vulgata translatioe diversus. Theodoretus tamen, q.

13. Ce sera lui qui bâtira une maison à mon nom, et je rendrai le trône de son royaume inébranlable à jamais.

14. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium; qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virgâ virorum et in plagis filiorum hominum.

15. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amovi à facie meâ.

16. Et fidelis erit dñus tua et regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus jugiter.

17. Secundùm omnia verba hæc, et juxta universam visionem istam sic locutus est Nathan ad David.

18. Ingressus est autem rex David et sedit coram Domino, et dixit : Quis ego sum, Domine Deus, et que domus mea, quia adduxisti me hæc usque?

19. Sed et hoc parùm visum est in conspectu tuo, Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servitui in longinuum; ista est enim lex Adam, Domine Deus.

20. Quid ergo addere poterit adhuc David ut loquatur ad te? tu enim scis servum tuum, Domine Deus.

21. Propter verbum tuum et secundùm cor tuum fecisti omnia magna hæc, ita ut notum faceres servo tuo.

22. Idcirco magnificatus es, Domine Deus (quia non est similis tui, neque est Deus extra te), in omnibus que audivimus auribus nostris.

23. Que est autem, ut populus tuus Israël, gens in terrâ, propter quam tui Deus et redimeret eam sibi in populum, et poneret sibi nomen, faceretque eis magna et horribilia super terram (à facie populi tui quem redemisti tibi ex Egypto), gentem et deum ejus?

24. Firmasti enim tibi populum tuum Israël et populum sempiternum; et tu, Domine Deus, factus es eis in Deum.

25. Nunc ergo, Domine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum et super domum ejus suscita in

14. Je serai son père, et il sera mon fils; et s'il fait quelque mal, je le châtierai avec la verge dont on châtie les hommes et avec les plaies des enfants des hommes.

15. Mais je ne retirerai point ma miséricorde de lui, comme je l'ai retirée de Saül, que j'ai rejeté de devant ma face.

16. Votre maison et votre royaume seront stables éternellement devant vous, et votre trône s'affermira pour jamais.

17. Nathan parla donc à David, et lui rapporta tout ce que Dieu lui avait dit et tout ce qu'il lui avait découvert.

18. Alors le roi David alla se présenter devant le Seigneur, et dit : Qui suis-je, ô Seigneur Dieu, et quelle est ma maison pour que vous m'ayez élevé jusque-là?

19. Mais cela même vous a paru peu de chose, ô Seigneur Dieu, si vous ne donnez encore des assurances au sujet de la maison de votre serviteur pour les siècles à venir; car c'est là la loi d'Adam, ô Seigneur Dieu.

20. Après cela que peut vous dire David davantage? car vous connaissez les sentiments de votre serviteur, ô Seigneur Dieu.

21. Vous avez fait toutes ces grandes merveilles pour accomplir votre parole, selon qu'il vous a plu, et vous les avez même fait connaître à votre serviteur.

22. Vous avez donc fait éclater votre grandeur, ô Seigneur Dieu, dans toutes les choses que nous avons entendues de nos oreilles; car nul ne vous est semblable, et hors de vous il n'y a point de Dieu.

23. On trouve-t-on encore dans toute la terre une nation comme votre peuple d'Israël, une nation qu'un Dieu soit allé racheter pour en faire son peuple, et se faire un nom en opérant en leur faveur des merveilles et des prodiges terribles sur la terre, en présence de votre peuple que vous avez racheté de l'Égypte, en frappant le peuple de ce pays et les objets de son culte?

24. Car vous avez établi Israël pour être éternellement votre peuple; et vous êtes devenu leur Dieu, ô Seigneur Dieu.

25. Accomplissez donc maintenant pour jamais, ô Seigneur Dieu, la promesse que vous

sempiternum, et sic sicut locutus es,

26. Ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum, Deus super Israel; et domus servi tui David erit stabilita coram Domino.

27. Quia tu, Domine exercituum, Deus Israel, revelasti aures servi tui dicens: Domum aedificabo tibi; propterea invenit servus tuus cor suum ut oraret te oratione hæc.

28. Nunc erit, Domine Deus, in es Deus, et verba tua erunt vera; locutus es enim ad servum tuum bona hæc.

29. Incipe ergo, et benedic domui servi tui ut sit in sempiternum coram te, quia tu, Domine Deus, locutus es, et benedictione tua benedictor domus servi tui in sempiternum.

VERS. 1. — CUM MESSISSE DEX IS DOMO SCA, ET DOMINUS AEDIFICET ET NEGEM. Domus jam vicinos populos David, neque quod apparebat reliquum, quod armorum strepitum, et bellicam contentionem exigeret, Quare cum ex tanta perturbatione summum esset otium contemplantis, cogitationem suam ad religionis cura et pietatis monumenta tradidit. Quare vocavit ad se Nathan prophetam, et de re tota cum filio sermo communicavit. Porro hoc idem tractatur argumentum lib. I Paralip. cap. 17.

VERS. 2. — VIDERE, QUOD EGO HABERE IN DOMO CEDRINA (1), ET ARCA DEI POSITA SIT IN MEDIO

(1) Cedrus lignum erat solidum, pulchrum, corruptionis expers, in Libano et in agro circa Babilonem et Tripolim procurantibus. Hinc rex Tyri ligna et artifices ad Davidem misit, quibus regie aedificarentur: meritoque affirmandum est, fuisse illas pro ætate magnificentissimas. Ita verò de his agit David, eaque sunt, que inferius de Salomonis ejusque uxoris aedibus describantur, ut facile intelligi, maximam curam pariter ex ligno fuisse. In orientibus regibus, cæ præsertim gentibus, domus non creas aedificari solent, quibus nostris saluberrimo exemplo procellisque ac hinc obnoxio. Describit Polybius regis Persarum Echianis aedem, que meritissima inter pulcherrima totius antiquitatis aedificia censentur, illarum materiam et cædro fuisse narrat, que duo lignorum genera cæ ætate inter rarissima et pretiosissima habebantur.

IN MEDIO FELICIT. Scilicet est, veterum tentoria et pellibus fuisse, ac præsertim tabernaculum vel tentorium, quo arca Domini conti-

avez faite à votre serviteur pour lui et pour sa maison, et exécutez-la selon votre parole.

26. Afin que votre nom soit éternellement glorifié, et que l'on dise: Le Seigneur des armées est le Dieu d'Israël; et que la maison de votre serviteur David demeure stable devant le Seigneur.

27. Vous avez révélé à votre serviteur, ô Seigneur des armées, ô Dieu d'Israël, que vous vouliez lui établir une maison: c'est pour cela que votre serviteur a trouvé son cœur pour vous adresser cette prière.

28. Maintenant donc, ô Seigneur Dieu, vous êtes le Dieu, et vos paroles se trouveront véritables, car vous avez fait ces promesses à votre serviteur.

29. Commencez donc à les accomplir, et bénissez la maison de votre serviteur, afin qu'elle subsiste éternellement devant vous, comme je l'espère, parce que c'est vous, ô Seigneur Dieu, qui avez parlé; et votre bénédiction reposera pour jamais sur la maison de votre serviteur, comme vous le lui avez promis.

COMMENTARIUM.

FELICIT? Vidimus supra cap. 3, v. 11, missas à rege Tyri cedros et artifices, qui regiam David molirentur domum pro tanti nominis majestatem. Cum ergo rex plus habitari à se videret illustrem demum, et splendide instructam apparatus; arcam verò Dei, cui multo major deberetur cultus, et domus luculentior et augustior, quasi adhuc esset peregrina atque hospes, habitare sub pellibus, non tam in domo, quam in victorio tabernaculo; quasi doleret de sua prius quam de arce Domini commoditate cogitasse, de illius habitatione commodum cum propheta deliberat. Eodem, quo seipsum modo reprehendit David, impietatis coarguit Israelitas Dominus, qui postquam ex exilio redierat Babilonicum, plus operæ ac sumptus posuere in suis domibus construendis ornandisque, quam in templis, id est, in divinis domibus molitione, cum frigeret tunc templi jampridem interruptur, saltem si superiora velaminis spectes. (Calmei.)

David dicit à Nathan: Ne reges-rem pax que je descende dans une maison de cèdre, et que l'arche de Dieu n'a pour conspectus que des peaux de bêtes? La piété de David est tendre envers Dieu, et il n'est occupé que du désir de sa gloire. Il ne peut souffrir d'être dans un palais magnifique pendant que l'arche demeure sous des tentes, et il condamne par ce zèle si louable l'indifférence de ceux qui laissent les biens saints qui dépendent d'eux dans une indolence honneuse, pendant qu'ils appliquent tous leurs soins à se faire des maisons superbes. (Sacy.)

tum opus, et privatarum domuum constructio ferveret. Sic autem Deus per Aggeum cap. 1, v. 4: Numquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus lapideis, et domus ista deserta? Et v. 9: Quia domus mea deserta est, et vos festinatis unquam ad domum suam, propter hoc super vos prohibiti sunt caeli. Vide que nos eo loco. Hinc constat, in eo loco, quem David præparaverat, positum esse tabernaculum pelliceis intantum velis, sicut et pellibus viatores et milites parare sibi solent tabernacula. Quod etiam notavimus supra ad versum 17.

Quia in hoc libro et in sequenti Nathan nomen sapientis occurrit, de illo aliquid nos præmittamus necesse est. Et primum, quam reverentiam à Davide et Salomone gestarum monumentis operam navaverit, diximus in principio Proleg. I. De illius vita egerunt, qui de prophetarum vita, et morte tractarunt. Epiphanius, Isidorus cap. 52, Theodoretus in Synopsi, et Chronicon Alexandrinum. Qui omnes dicunt, fuisse ex Gabaath Galilee, et Davidi regi fuisse familiarem, maxime ex eo tempore, quo ab illo admonitus est, et artificiose reprehensus de adulterio consulti cum Bethsabee, et Urie injustissimè cæde. Fuisse quoque ante illud tempus familiarem, imò et assiduum regi, cuius apud ipsum grave esset et fidele consilium, quocum pariri curas, et de summis rebus deliberare consuevisset, locus iste non obscurè docet. Observarunt autem Epiphanius, et Dorotheus, et Chronicon Alexandrinum (unde illud sumpsit, ipsi viderint) cognovisse Nathan, antequàm David Bethsabee ad turpem consuetudinem accerseret, illum aliquid aggressurum, quod minime regem, imò neque virum pudicum et honestum deceret. Quare quam potuit occusimè e patriâ Hierosolymam advolvit, ut audacissimum illud et crudele factum anteverteret. Sed diabolus, quem ibi Epiphanius Beliar appellat (melius, opinor, Dorotheus Belial) illi in viâ corpus obiecti exanimè, quod ille cæro sepultura, ne à fers lacreretur, ritè mandare vellet, tempus, quod ad maturum eventum assumperat, extraxit. Cum autem agnovisset, spiritu videbatur prophético, à Davide jam admissum esse flagitium, in patriam è viâ moerens reversus est. In his ego multa invenio, qua minus videntur cum propheta spiritu consistere, cuius effectum diaboli importuna calliditas elusisse dicitur. Sed quia his non admodum assentior, neque cuiquam persuadeo, nolo me illorum propagatorem præbere. Tandem se-

nio jam confectus decessisse dicitur, et ad Gabaath patriam suam in agro tumulatus. Si qua præterea de Nathan dicenda supersunt, illa suis quæque locis poterunt explicari commentariis.

VERS. 5. — DIXITQUE NATHAN AD REGEM: OMNE QUOD EST IN CORDE TUO, VALDE, ET PAC. (1). Non omnia, que loquuntur propheta, spiritu didicere prophético, sed interdum sicut ceteri hominum suis ducuntur, imò et abducuntur

(1) Nathan dicit ad regem: Allez, faites tout ce que vous avez dans l'esprit, parce que le Seigneur est avec vous. David s'adresse à un prophète pour lui communiquer son dessein. Ce prophète lui donne d'abord un conseil qui ne se rencontre pas avec la volonté de Dieu. Deux prophètes cherchent Dieu sincèrement, et néanmoins ils se trompent tous deux, et ils prennent leur propre pensée pour celle de Dieu. C'est une grande instruction, selon les saints Pères, pour ceux qui conduisent les âmes. Ils ne doivent pas trop s'assurer, comme semble ici faire ce prophète, sur la longue expérience qu'ils ont que Dieu leur enseigne ce qu'ils doivent dire aux autres. A Nathan, dit saint Grégoire, avait beaucoup de preuves que l'Esprit de Dieu parlait par sa bouche, et il croit un peu trop légèrement en cette rencontre que Dieu approuve ce que David lui propose. La pensée de bâtir un temple à Dieu était une chose sainte en elle-même. Celui qui le voulait faire était un saint. Cette apparence spécieuse l'éblouit en quelque sorte, et son avis, qui paraît si raisonnable, se trouve contraire au dessein de Dieu. Il y en a beaucoup, disent les saints Pères, qui ressemblent à ce prophète, et qui disent comme lui avec trop de précipitation à ceux qui les consultent: Allez, faites tout ce que vous avez dans l'esprit. Il n'y a guère d'exemple plus remarquable dans l'Écriture, pour nous apprendre qu'il faut craindre non seulement le mal, mais le bien même que l'on a dessein de faire, parce que l'on peut prendre quelquefois sa volonté propre pour celle de Dieu, et se suivre soi-même en croyant le suivre. C'est ce qui a fait dire à saint Paul: Quel faut être sage dans le bien, et simple dans le mal. Sapienter in bono, simpliciter in malo. Rom. 16, 19.

Il est aisé de discerner ce qui est mauvais lorsque l'on a le cœur simple, et que l'on ne désire que de plaire à Dieu; mais il faut une grande sagesse pour faire le bien. Car Dieu ne veut pas tout ce qui est bon en soi; il ne le veut pas de toute personne, ni en toute manière, ni dans tous les temps. Il a des personnes qu'il a choisies pour être les instruments de ses ouvrages. Il a ses règles, qui sont souvent contraires à celles des hommes. Il a ses moeurs, qui ne sont connues que de lui seul, comme le Fils de Dieu nous l'enseigne. C'est pourquoi on doit se délier toujours de soi-même, et se délier de toutes ses préventions, pour se rendre susceptible de la lumière de Dieu, sans laquelle la nôtre n'est que ténébres. (Sacy.)

consiliis, et prudentibus agunt conjecturis. Unde nonnumquam reprehenduntur à Deo, quod aliquid fecerint, discretique et minus sancte et non valde attemptatum ad reu-
 Exemplo esso poterit Jonas, in ceteris verbis multa sunt, quia à divino atque prophético spiritu longè recesserunt. Neque parca sunt in aliis, quae ex affectu humano, potius quam ex spiritu prophetico prodire, quae ipsi clamant, et de quibus sibi à Deo ignoscere postulant. Vide 8. Thomam 2.2, q. 474, art. 5, et Gregor. Hom. 4 in Ezech., ubi haec verba Nathan in exemplum adducit: « Sciendum, inquit, quod aliquando propheta sancti, dum consuluntur, ex magno usu prophetandi et quaedam ex suo spiritu proferunt, et se huc et ex prophetia spiritu dicere suspicantur. Sed quia sancti sunt, per sanctum Spiritum citius et correcti, ab eo, quae vera sunt, audivit, et seipsos, quia falsi dixerint, reprehendunt. Nathan etenim prophetam sanctum virum fuisse quis negat? Qui David regem et de eodem aperte reprehendit, et quae ei pro culpa eadem essent veniunt, audivit. Quam tamen dicit idem David, quia templum Deo vellet construere, requisisset, illico response dicit: « Quae quod est in corde tuo, vale, et fac, quia Dominus tecum est. De quo illic statim subditur: Factum est in nocte illa, et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: « Vade, et loquere ad servum meum David: et haec dicit Dominus Deus: Numquid tu voluisti scias mihi domum ad habitandum? » Haec verba Gregori satis nobis hunc locum luculenter explanant, neque aliquid aliud addere necessarium est. Probat enim propheta Davidis consilium, illudque ut quamprimum ad opus conferat, jubet; quod tamen à Deo non fuisse ipse docet Deus, dum jubet, ut manus ab edificando continent, et alteri illius operis mentionem reserret.

VERS. 5. — NUMQUID TU EDIFICABIS MIHI DOMUM AD HABITANDUM (1) Sequenti nocte hoc per prophetam Dominus mandatum dedit ad Davidem, ut cogitationem, abjiceret de construenda domo, non quod illam non probaret, sed quia negotium illud arduum alterius curaservatum est.

VERS. 6. — NEQUE ENIM HABITAVI IN DOMO EXSUE ILLA, CEA EXEVI FILIOS ISRAEL DE TERRA
 (1) Anagog. significatur Ecclesia triumphans in caelo gloriose edificanda à Christo pacifico, in eam omnia bestiarum pace et securitate, unione et concordia, atque ac puritate, innocentiis et sanctitate. (Corn. à Lap.)

Egypti. Rationes reddit Deus, cur in praesens non urgeat templi fabricam, neque ferat graviter, si in aliud tempus differatur. Ut enim per multa secula, ab eo videlicet tempore, quo ex Aegypto jugo Israelitarum cervicis expedit, in tabernaculo peregrinantium in modum habitavit, sic etiam in tabernaculo sub pellibus plebsculum temporis habitare non erit molestum. Quod verò commemoratio illa viatoria, et quasi castrensis, illi non fuerit in longà illà peregrinatione molesta, ex eo probat, quod eadè de re nunquam de populi oblivione atque inertia conquestus est: neque ulli è populi iudicibus precepti, ut stabilem domum ipsius habitationi construeret.

Cur verò Dominus de domo stabili et certà, ad illud usque tempus non curarit, ea ratio est, quia dux erat populi, et pro illo variis in locis, et cum illo pugnavit. Ut autem imperator abesse neque solet neque debet à castris, nisi malit imperatoris nomen amittere, sic etiam Deus, qui Deus vocatur exercituum, abesse noluit ab illorum castris, quorum manus ad inimicorum caedem et urbium vastitatem arripuit. Sane Deum, et quae Deum referebat, arcam, quasi excubantem sub pellibus considerabat Urias, cum dixit 2 Reg. c. 11: *Arca Dei Israel et Juda habitant in papilionibus, et ego ingrediar domum meam, ut comedam, et bibam, et dormiam?* Simile aliquid ex profanis dixit apud Ovidium Laodamia de viro suo Proteo-lao, epist. 13:

*Convenit matres Phylacides, et mihi clamant:
 Iudae regales, Laodamia, sive.
 Scilicet ipsa feram saturatus murex vestes;
 Stella sub Ilacis manibus ille geres!*

*Ipsa comas peclam: quibus caput ille premetur!
 Ipsa novax vestes, dura vir arma feret!*

Sed dices, jam cessasse populi peregrinationem et xiam, atque idè potuisse, imò et dehisso Deo domicilium extrui stabile et firmum: sicut populus ex quo in terram promissionis ingressus est, disiecit tabernaculum, stables domus habitavit. Respondet, huc rei multò antequam subjugata foret terra promissa, fuisse à Deo mature provium. Dicitur, 12. v. 10, ubi jubet Deus eligendum esse locum, ubi offerantur sacrificia, cum nullus ab hoste finitimo esse metus aut turbatio ostendat. *Transibitis, inquit, Jordanem, et habitabitis in terra quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescat in cunctis hostibus per circuitum, et absque ullo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in*

eo. Illuc omnia, quae precepit, conferretis holocausta et hostias, etc. Illic, ut opinor, occasionem sumpsit David, ut de construendo Davido templo cogitaret, quia videbat nihil jam in terrà Israelitide ab hoste turbari. Idè enim dicitur: *Cum sedisset rex in domo sub, et Davimus dormisset et requiem assidue ab universis inimicis suis.* Cui objectioni, responsio difficilis non est. Neque enim tunc Deus certam aliquam et stabilem fabricam commendat, cum cessatum sit à bellis; sed cum eò res sit deducta, ut absque ullo timore promissa terra possit ab Israelitis habitari. Hoc verò tempore, licet esset Israeliticis finibus inducta requies, non tamen sic erant res rationesque composita, ut non aliquis se metus, si finitis in praesens, at saltem in posterum ostenderet ab hoste. Quare bellatorem voluit Deus esse Davidem, non architectum, ut sic finitimum hostem frangeret subigeretque, ut regnum omnino pacificum traderet Salomoni filio. Hoc ipsum significavit Salomon 3 Reg. 5, v. 5, qui sic ad Hiram regem Tyri: *Tu scis voluntatem David patris mei, et quis non potuit edificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminuentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum, et non est Sathan, neque occursum manus: quomobrem cogito edificare templum, etc.*

Alia ratio traditur, cur Deus noluerit à Davide sibi templum edificari, 4 Paralip. 22, vers. 8: *Multum, inquit, sanguinem effudit, et plurima bella bellavit: non poterit edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Et 4 Paral. 28, v. 5, sic David ad principes Israel: *Cogitavi ut edificarem domum, in qua requiesceret arca foederis Domini, etc. Deus autem dixit mihi: Non edificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, et sanguinem fuderis. Quò de re postea suo loco plurius (1).*

(1) **VERS. 7. — NUMQUID LOCITUS SEM AD UNAM DE TRIBUBUS ISRAEL. CUI PRAECEPI ET PASCERET POPULUM MEUM?** Legimus in Paralipomenis: *Numquid locutus sum saltem uni iudicum Israel, quibus preceperam ut pasceret populum meum? quod alique scilicet commoverent reddidit. Discretum loci mutatio minus interiore in seculo reddidit. Ibi pariter plus aliquid observari quibus legitur; sed in eundem sensum recidit. Porro Deus Davidi voluntatem, templum sibi excitare finitantis, probat, se vicissim sese illi domum edificaturam spondet. Annotatio tibi, ait Nathan, quòd edificaveris tibi domum, non omnia semper qua vel dicta vel gesta sunt, uno eodemque loco narrat Scriptura; et cum his, eandem historiam recitat, non hisdem usque verbis tota persequitur;*

VERS. 8. — EGO TE TULI DE PASCUIS SEQUE-TEM ANDES, UT ESSIS EXTER SECUM POPULUM MEUM ISRAEL. Verba sunt Nathan, quibus Dei nomine Davidem alloquitur. Primo docet Deus, quòd victi toties fuerint et subacti Israelitici nominis inimici, quòdque ex pastorio ac rustico ministerio tum gloriosum nomen obtinuerit David, opus esse non humanae virtutis et industriae, sed divinae manus. Neque esse aliquid deinde ab hoste vicino metendum, quoniam eadem divina manus et potentia, qua subegit imperium, eoque adducit populum antiquis iudicum temporibus ante turbatum et afflictum, ut domum ipsi in eo stabilem constituit et duraturam, et nomen, si sapientiam alteri amplum gloriosumque concillat. Observat autem Amuleus q. 8, non promitti hoc loco populo, cui tunc praerat David, libertatem omnem et omnimodum otium; nam ab hostibus saepe vicinis ab hoc etiam tempore turbatum esse Israelis imperium; sed non esse eo modo affligendum, quo iudicum temporibus, quando Israel dominabatur Madianitis, Ammaei, Moabitae, Palaestini, à quibus sic opprimebantur, ut tempus videretur Aegyptium renovari, et species quaedam proponi Chaldaea servitutis (1).

discrimina saepe occurrunt, nunquam tamen re pugnantia. (Calmet.)

(1) **VERS. 10. — NON TERREBATER AMPLES.** Longè pace, licet ac successoribus suis regnanti-bus, Israel fruetur; quam et perpetuam spondet, si quidem Israel in suis omnibus sese meis constanti fide submisserit. Promissiones haec sunt non absolute, sed conditionibus definitae. (Calmet.)

ET POSUIMUS LOCUM POSUIMUS MEO ISRAEL. LOCUM, scilicet stabilem et fellicem, ut scilicet Israelite amplius non vagetur, non abducatur captivus, non miseram vitam agat, ut fecere habentis vocati à Philistinibus aliisque gentibus. Unde explicans soluit:

ET PLASTAVI EUM, ET II: INSTAVI PLANTAE ET ARBORIS RADICATAE FIRMA ISRAELEM IN IUDAEA, ut in ea firmetur et feliciter conquiescat, ac optulenter et hilariter vivat.

ET HABITAVI SEM IO, id est, in eo, scilicet loco suo, quasi umbraculo, ut eo undequaque tectus, stabilis et securus permanet.

VERS. 11. — PRAECEPTUM TIBI DOMINUS, QUOD DIXIT FACIAT TIBI DOMINUS. DOMINUS, id est, prolem et familiam regiam; illa enim vocatur domus antonomastice. Cajet, per domum aspicit Messiam, sive Christum, quòd hic Deus promittit Davidi Christum: et se nasciturum, hoc verum est, ut in sensu non literali, ut vult Abul., sed allegorico, quem tamen Deus hic unà cum litterali videtur voluisse et patrefecisse Davidi, ut patribi ex sequent.

(Corn. à Lap.)

VERS. 12. — CENQUE COMPLETI FUERINT DIES TUI, ET DOMINUS CUM PATRIBUS TUIS, RESCITAVIT NIMEN TUM POST TE (1), QUOD EGREDIETUR DE UTERO TUI, ET FIRMABO REGNUM EJUS. CONTINGIT

(1) Naturalem ordinem successionis in regno mutandum censet Deus, ut Salomoni nondum nato gratificetur. Natos jam Davidis liberos excludit, ut hereditatem deferat nascituro deinceps filio: veluti eo typo immensum Messiam, verum Davidis filium et successorem ac sacerdotem promissionum ipsius, penitus excludit filius carnis, Judæis scilicet reprobatissimum atque abjectissimum. (Calmet.)

Je mettrai sur votre trône après vous votre fils; et s'il commet quelque chose d'injuste, je le châtierai de la verge dont on châtie les hommes. Mais je ne retirerai point ma miséricorde de lui. Le sens de ces paroles est que Dieu conservera la couronne d'Israël dans la postérité de David et de son fils Salomon, au lieu qu'il l'a ôtée à la maison de Saül et à sa race. Mais cette promesse ne doit point s'entendre du salut de Salomon, comme si Dieu l'assurait, par ces paroles, qu'il lui ferait miséricorde, quelque crime qu'il eût pu commettre en toute sa vie. Car, outre que cette explication n'est pas assez conforme à la sagesse et à la justice de Dieu, elle est entièrement détruite par la manière dont David parle à son fils Salomon, en lui rapportant cette même promesse que Dieu avait faite en sa faveur. Voici ses paroles: « Dieu, dit-il, a choisi Salomon, mon fils, pour le faire asseoir sur le trône d'Israël; et il m'a dit: Salomon habitera ma maison. Je l'ai choisi pour être mon fils; et je lui tiendrai lieu de père. J'affermirai son royaume pour jamais, s'il persévère à obéir à mes lois et à mes ordonnances, comme il fait aujourd'hui. » Et David ajoute: « Vous donc, Salomon, mon fils, connaissez le Dieu de votre père, et servez-le avec un cœur parfait, et avec une pleine volonté. Car le Seigneur sonde tous les cœurs, et il pénètre toutes les pensées. Si vous le cherchez, vous le trouverez. Que si vous l'abandonnez, il vous rejettera, et pour jamais. » Si queritur enim, necesse: si autem dereliquerit eum, projiciet eum in aeternum. Ces paroles seraient plus propres à nous faire douter du salut de Salomon, qu'à nous en assurer, puisqu'il est certain qu'il a abandonné Dieu d'une manière très-criminelle et très-scandalieuse, sans que l'on puisse découvrir, comme le remarquent et comme le déplorent les plus grands saints, qu'il ait expié de si grands désordres par les fruits d'une véritable pénitence.

Ces paroles: *S'il commet quelque chose d'injuste, je le châtierai comme on châtie les hommes*, ou ne regardent que Salomon seul, ou ne s'entendent au second sens que de l'Église qui est le corps de Jésus-Christ, et non du Sauveur, qui est la sainteté même; mais les suivantes, *que le royaume de David subsistera éternellement*, s'entendent en un sens beaucoup plus propre et plus véritable de Jésus-Christ que de Salomon, puisqu'après quelques siècles la royauté et la maison de David ont été détruites entièrement, au lieu que le royaume spirituel de Jésus-Christ, dont il a dit

aliquando, ut sublato auctore et conservatore rei alienius, ipsa quoque res eodem intereat temporis momento. Quo modo si quis solem de celo tollat, idem etiam mundo tenebras inducat, necesse est. Indixit David quietem et otium Israëliti terræ, amplificavit regnum, et quandâ vixit, si modò Absalomis tempora secludas, in otio conservavit. Timeri posset, ne postquam ipse nature concessisset, extingueretur imperium, quod ab ipso robur et pulchritudinem acceperat; et moles illa tanta, habente suo conservatore ac vindice, labasceret. Ab hoc ergo metu liberat Dominus Davidem, promittitque futurum, ut filius, quem in regno successorem habebit, regnum habeat divini protectione firmatum.

VERS. 15. — IPSE ADIFICABIT DOMEN MENTU MEU, ET STABILIAM THRONUM REGNI EJUS USQUE IN SEMPERITERNUM. Non dubium, quin hic de Salomone sermo sit; est tamen obscurum, an hoc quod traditur de sempiterno regno, de Salomone ad litteram sit intelligendum. Nam in Salomonis stirpe non videmus relictum à Davide regnum fuisse perpetuum, cum à Roboam, qui primus à Salomone regnum excepit, decem tribus ad alienum dominatum abierint. Ex toto Babylonicæ captivitatis tempore reliquæ tribus regem habuerint nullum è Davidico genere. Sed ea de re instituitur statim peculiaris disceptatio.

VERS. 14. — EGO ERO TI IN PATREM, ET IPSE ERIT MIHI IN FILIUM. Magnus hic indicator in Davidem et illius posteritatem affectus, quando Deus et paternam sedulitatem promittit, et talem ex illius genere suavitatem capturum se esse dicit, qualem ex sua scholæ capere parentes solent. Sed fortasse his verbis aliquid subauditur conditionale. Quasi dicat Deus: Tunc ero postèris tuus pater, amplexarque illos indulgenter et molliter, cum ipsi erga me filium rem observantiam colore voverint. Tunc enim agam cum illis severius, et ab illorum impietate poenas exigam, sed quales ab indiscipline filiiis exigit pater, qui id agit serviendo, ut illos ad obsequium et disciplinam reducat. Quod statim magis explicat, dum ait:

QUI SI INDEE ALIQUID GERERENT, AGERAM EDE IN VIRGA VINDICUM, ET IN FLAGIS FILIORUM HOMINUM. Hic explicatur conditio, qua obscuris proximè videbatur inducta. Ait autem, si filii ali-

lui-même qu'il était roi, mais d'un royaume qui n'est point de ce monde, durera véritablement dans tous les siècles, selon que l'Église le chante: *Cujus regni non erit finis.* (Sacy.)

quid molli fuerint improbius, esse virorum virgæ sceletorum vindicæ mulctandos. Quod statim per epexegesim, opinor, docet explicatius, dum hanc virgam plagas hominum vocat. Sed hic occurrit explorandum aliquid, an illud, *virorum et filiorum hominum*, ita sit accipiendum, ut talibus Davidis posterî afficiantur plagis, quales homines patiuntur, sive à Deo, sive ab homine; vel certè quales solent homines hominibus infligere. Si priori accipias modo, id est, si plagam aut virgam passivè capias, sensus erit, subituros quidem esse plagas Davidis filios, quales homines patiuntur à Deo, quorum Deus miseretur, et sicut benevolus pater dum flagellat, id spectat, ut perveracem filios in officio et disciplinâ contineat; at cum diabolo puniit, nullâ in illum misericordiâ commotus est, neque flectetur in aeternum. Ad hunc sensum accommodatè subditur: *Misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Si verò plagam activè sumas, sensus erit: Castigabo peccatores filios, aut hominum virgâ, quia homines in illorum aut eadem aut infortunium armabo; aut castigabo quomodò hominem homo castigare solet, qui ita premit, ut non omnino comprimatur, neque omnia aut auferat aut delat, quæ humanis commoditatibus serviunt, quia hominum debilis est et angusta manus.

Ex his expositionibus illa est communi omnium penè interpretum opinio recepta, quæ in hominum virgâ bella intelligit, et alia humani corporis incommoda. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus: *Virgam, inquit virorum gladium vocat in micorum; plaga verò filiorum hominum sunt incommoditates corporum humanorum, et quibus propter peccatum suum homines à Domino merito flagellantur.* Eodem penè modo Abulensis, Cajetanus, Lyra, Dionysius. Gladius autem hominum arma sunt Dei, sicut erantur omnes, quæ Dominus contra peccatores armavit insaniam. Et quidem cum à Domino delictis Salomon, et se alienarum mulierum amoribus et sacris implevit, nulli in illum suscitati sunt hostes, qui ad illud usque tempus, neque ante fuerant contra matrem, ut habet I. 5 Reg. c. 11, v. 14: *Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Aedæ Idumæum de semine regis.* Et v. 25: *Suscitavit quoque et Deus adversarium Razon filium Elhadæ.* Et v. 26: *Jerobam quoque filius Nabat, etc., levavit manum suam contra regem.* Hæc fuit virgæ hominum, quæ Salomonem jam à paternâ

pietate, imò et à patris religione degenerem insectata est. Quam verò non solum externi hostes, sed et decem cognatæ tribus jam à regno Davidis dominatæ, et quasi à suo corpore diversæ Salomonis posteros pertraxerunt et assidue vexarunt, sacra docet historia.

Ad extremum addo, non ut probem, sed ut alii aut rideant aut doleant incredibilem Babylonorum stuporem, qui nihil putant sibi non licere, et quid aut sacra fides, aut sana ratio postulet, neque meditantur, neque curant. Cum enim, ubi nos habemus: *In plagis filiorum hominum*, ipsi juxta Hebræorum textum legant, *filiorum Adam*, sic à filijs Adam inflictae Salomoni plagæ somniarunt. Verba repectam Lyra in hunc locum, quæ semper ex eo, et multis confutavit Abulensis, q. 11: *In Hebræo, inquit, habetur, in plagis filiorum Adam, quod exponunt Hebræi de Adam et primo homine, dicentes quòd Adam in centum tribus annis, quibus continuè se ab uxore sua Evâ propter interfectionem Abel, et demones succubi jungebantur ei, et concipiebant ab eo, et pariabant demones; et isti fuerunt filij Adam, qui, ut dicunt, inclitaverunt Salomonem ad peccandum; et per hoc divisionem fuit regnum tempore filij sui.* Quis non videat, quam isti longe abeant non à pudore solum et veritate, sed etiam à sanâ philosophiâ?

VERS. 15. — MISERICORDIAM AUTEM MEAM NON AUFERAM AB EO, SICUT ABSEILI A SACI, QUEM AMOVI A FACIE MEA. Homines, cum alios insectantur, quia non semper possunt, quia vires sunt exigua, funditis delere, aliquid relinquunt aut vite subsidium, aut dignitatis ornamentum; Deus verò, sic nihil est arduum, nihil non obnoxium, sic interdum afficit quos punire vult, ut supersit nullum sive dignitatis, sive facultatis antiquæ monumentum. Quo modo Sodomæ olim incendio, et ante universum orbem generali cataclysmo subvertit; et proximè Sathis domum, ex qua reliquit neminem, qui regii nominis in posterum memoriam conservaret. Sed Deus nihil aliquid promittit Davidico generi, si illud aliquando peccare contingat: sic enim premet, ut non opprimat; sic afflicto, ut non omnino conficiat et perdat. Quod reverè præstitit, dum poenas exegit à Davidis posteris, quos ita mulctavit, ut non præteris erga illos desideret esse misericors. Ita ex illis nobilissimâ plantâ ramos et luxuriam non excussit, ut omnino stirpem eliserit, ex qua quotidie nova pullularent

germina; ac tandem ex radice Jesse virga providerit, et ex ea flos, qui nullo mundo usus et delicias afferret. Amovisse porro Deus dicitur à Saule faciem, quia illius curam videtur abjecisse prorsus. Ex idiomate enim Scripturæ, *avertere, aut amovere faciem ab aliquo*, seu, quod idem est, *aliquam à facie*, idem valet, quod, non curare, neque aliquid habere pensis, quid quisque patitur. Sicut, *intendere oculos, aut povere faciem super aliquem*, singularem aliquam eorum, et præcipuum benivolentiam significat.

Vers. 10. — *ET FIDELIS ERIT DOMUS YEA, ET MEMEN TUUM COELET. ET ACCURSUM ANTE FACIEM TUAM.* Verbum *domus*, in conjugatione triplari, quæ passivè significantis est, idem valet, quod, *firmum esse, robustum, fidelem, et verum.* Fieri autem solet, ut eam vox aliqua sit polysyllaba. Interdum à nostro interprete in eâ significatione sumatur, quæ aut obscurior est, aut minus ad rem propositam accommodata. Quod etiam non raro faciunt profani, ut plurimum ostendimus ad illud Psal. 67: *Etenim non credentes*, in defensione Vulgate contra Calvinum. Neque hoc tantum loco, *fidele* pro primo sumitur, ac *stabilis*, ut 3 Reg. 11, 38; Isaiæ 22, v. 25; Actor. 15, v. 54. Et quidem si rectè utriusque vocis proprietatem expendat, nihil penè differt firmum à *fidele*; fidelis enim dicitur, cui ides non est aut levis, aut venalis, et cui tæ ac tu tuò possit committere. Quæ vox ad inanimata neque raro neque inolegenter traducitur. Fidelem vocamus murum aut calceum, quibus propter firmitatem pondus imponitur, neque ipse pondus aut cedunt aut succumbunt. Sanè ad vetustatem *fidelem* dicit esse cerebini materiam Plinius lib. 15, c. 6, id est, firmum, ut durat diu. Et Cicero epist. 47, lib. 16, domum appellat *fidelem*, quæ videlicet firmè consistit structurâ; neque, quia delum in materia aut constructione est, rursus subit inbaliditas obvenit. Quam nunc *fidelem* appellat domum, statim firmum vocat thronum et duratum iugiter, quæ prioris clausula explicatio est.

ANTE FACIEM TEAM. Hunc locum nonnulli, quia vident Davidem spectaturum hancquam posterorum regnum, ad quorum statum non pervenit, aliquid putant esse supplementum; nempe, quæ *ante faciem tuam*, quam modo vides, neque tamen postea visurus es. Ego in isto futurum tempus explicari existimo, sicut in post præteritum, id est, quod nobis à tergo relictum est. Sumitur autem, ut opi-

nor, metaphora à viatore, cui similis est, qui vitam nunc agit, et præteritos annos post se relinquit. Nam sicut viator quod confectum est viam, post se relinquit, et ante faciem habet, quod superest spatii, sic etiam qui vitam agit, exactam ætatem relinquit à tergo, et in futuram intentam habet mentem et faciem.

Antequàm hinc nostra emerget commentatio, observo ex usu Scripturæ non totum sermone, sed sermonem à sacro historico referri, sed interdum illius brevem quandam adhiberi summam; quod tamen in proprio loco prætermissum est, id, ex aliis locis esse supplementum. Quam ego observationem addoxi in Commentariis in Acta cap. 2, ubi cum orationem Petri retulisset Lucas, subdidit: *Aliis etiam verbis plurimè testificatus est, et exhortatur eos dicens: Salvatini à generatione istâ præd.* Sic sanè existimo nullò plura dixisse Nathan Davidi in hac oratione, quam ad illum habuit, de qua nuper; quorum multa ex aliis Scripturæ locis aperte deducimus. Primum habemus, promissiones hæcæ de æterno Davidici generis solio, deque in ejus dômio felici rerum omnium eventum, esse conditionales. Sic enim ait David ad Salomonem filium, lib. 5 Reg. cap. 2, v. 4: *Ut confirmet Deus sermones tuos, quos locutus est de me, dicens: Si custodieris fidei viam meam, et ambulaveris coram me in veritate, in omni corde tuo, et in omni animâ tuâ, non auferet tibi vir de solio Israel.* Idem lib. 1 Paral. cap. 28, v. 7.

Quo modo promissio facta Heli de æterno in suo genere sacerdotio conditionata fuit, lib. 1 Reg. cap. 2, v. 50: *Loquens locutus sum, ut domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abiit hoc à me; sed quicumque honoraverit me, glorificabo eum, etc.*

Habemus secundo, eodem loco ostendisse Davidem per Nathan Davidi quæsum, cur non loerit illius manibus aut iudicari ad sui nominis religionem cultum templum excitari. Quid ipse docuit David, dùm ad Salomonem filium, 1 Par. 22, v. 7: *Dixique David ad Salomonem: Filii mei, robustatis meæ fuit, ut edificarem domum nomini Domini Dei mei; sed factus est æterno Domini ad me, dicens: Multum reputavit effundit, et plurima bella bellasti: non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Filii, qui nœverit tibi, est vir pacificissimus, etc. Ipse edificabit domum nomini meo; et ipse erit mihi in filium, etc.* Nisi dicamus, quod in hunc locum visum est Cajetanum, aliis temporibus Deum sive per Nathan, sive per pro-

phetas alios alicentum esse Davidem, et ad priorem hunc etiam sermonem addidisse. Quod quidem in Scripturâ sacrâ non apparet, facit tamen verisimile, quia lib. 1 Paral. cap. 28, quedam specialia addidit David, quæ non videntur à Nathan propheta fuisse prædicta; ut quod Salomon, qui tunc natus non erat, ex omnibus ad regnum tempore militationem fuerit electus. De quo David ad principes Israel: *De filiis meis elegit (Deus) Salomonem filium meum, ut adiret in throno regni Domini super Israel, dixique mihi: Salomon filius tuus edificabit domum meam.*

Hæc quæstio occurrat multis in locis à Patri-bus versata, ut Psal. 88 et 71, qui de Salomone inscribuntur, in quibus chm aliquid occurrat, quod minime possit in Salomonis ætatem et regnum convenire, de Christi regno, qui Davidis fuit filius, quidam interpretantur. Sic etiam hoc loco, cum æternum regnum Davidis illis promittatur, quod illi æternum esse non potuit, et à quo illius posteri tandem ex-ciderunt, ad Christum referunt nonnulla saltem eorum, quæ hic ex Nathan prophete vaticinio accipiuntur. Unde fit, ut varis sint de istius loci interpretatione sententia. Quidam hunc locum tantum putant in Christum Ser-vatorem convenire, et nullo modo in Salomone-m, sicut et alii, qui prædictos Psalmos Salomoni eripiunt, et adscribunt Christo. In his sunt Tertullianus l. 3 contra Marcionem c. 20; Angelonus, Glossa; et tacit illud Pauli ad Hebr. c. 1, v. 5, qui de Christo interpretatur illud: *Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium.* Hebræorum magistri solum hie Salomonem in-tentur, quibus videtur Cajetanus subscribere.

Communis est sententia, quædam ad filium de Salomone, quædam de Christo esse intelli-genda; et in regno Salomonis, licet non æterno, sempiternum Christi regnum admirari. Ita Au-gustinus l. 17 de Civit. c. 8 et 9; Lyra, Diony-sius, Hugo, Serarius, et ex parte Abulensis, q. 9. Pro ejus rei intelligentiâ observandum est, quod ex Hieronymo notavit hic Dionysius, quædam de Salomone dici prout est certa quædam persona; puta, ut est filius Bethabeo, ut idola coërit, ut intemperantibus iudicat Libani, ut alia fecit plurima, in quibus nihil apparet esse mysticum. Quædam prout Christi fuit imago, in quæ altiora quædam spectamus, quàm ex-pere possint Salomonis angustia. Præter illa propria sunt Salomonis, neque à Salomonis servitute ac vitâ illò traduntur. Quædam ita sunt typus Christi servatoris et umbra, ut

in Salomone imperfecte videantur et inchoata; in Christo verò Dominio in summam perfectio-nem adducta. Abulensis supra, quæ hic di-cuntur omnia per Nathan, de Salomone intelli-gi posse constanter affirmat, ut quod regnum sit futurum pacificum et in æternum duratu-rum, et quod ab illo non sit, quemadmodum à Saule, auferenda misericordia. Et eorû illius cogitatio mihi difficilis non est, tum quia pro-missio illa conditionata est, neque impleri de-bit, cum Salomon omnino, et illius postero-rum plerique conditionem abjecerit; tum etiam, quia æternam, sempiternam et similia, longum spatium aliquando ex usu Scripturæ, non ab omni tempore absolutum significant. Verùm ille nihilominus hæc eadem putat altiori quodam modo exponenda de Christo. Sont autem aliqua, quæ ita sunt Salomoni propria, ut nullo modo debeant quæ possint ad Christum accommodari, licet nonnulli id fa-cere conentur, quale est, illo in æternum esse, si aliquid aggressus fuerit iniqui. Quod quàm absit longè ab eo qui peccare non potest, quis non videt? Vnde hæc de re interpretis ad Psal. 71 et 88, qui hie de re fusè aliquo ac-curate disputant.

Vers. 18. — *INGRESSUS EST AUTEM DEI DAVID, ET SEDIT CORAM DOMINO, ET DIXIT (1).* Ex capite præ-

(1) S. Simplicianus, qui S. Ambrosio in episcopatu Mediolanensi successit, proposuit hanc quæstionem S. Augustinus, cur David tam pius audendo oraverit, cum fideles grandis orate soleant, ut oravit Christus in hortu, Matth. 26, et Stephanus in martyrio Actor. 7, et S. Paulus in ergastio Ephe. 5, 14. Cui respondet S. August. lib. 2 ad Simplician. quest. 4, nullum gestum orandi in lege fuisse præscriptum, sed liberum fuisse quolibet, ut, qui enjussu conditioni et devotioni foret accom-modatus: et Nam et stantes, iugiter, oramus, sicut scriptum est: *Psalmistam autem de longinquo stabant, et fixis pedibus sicut in Actibus Apostolorum legitur; et sequebatur, sicut et ecce David et Elias. Nisi autem præterea ora-tionis, non scriptum esset in Psalmis: La-crimis meis stratum meum rigabo. Cum enim quisque orationem quaerit, colloca membra sicut ei occurrit, accommodata pro tempore po-est sui corporis ad movendum animam. Davi-dis luminaria tequelebrat S. Chrysostomus (vel quisquis est auctor, stylus enim indicat fuisse Latinum, non Græcum): et Agnoverat, inquit et iste sanctus, quod Genes. 18 dixit Abraham et Deo: *Ego sum terra et cinis.* Et singulari ita et Deo fluxerunt, ut forma esset perfectæ lumi-æ hinc: Ergo quia sum ego, Dominus mihi? Ecco et sic nihil esset dixit, et servit ut esse non ne-çavit, quia omnia sui constituta servitute, et meretur gratiæ libertatem. Ergo dicit: Quis cum ego, Dominus mihi? Videtis ubi quis regnare gratiam, ubique placere possidere, etc.*

cedenti didicimus, in regia domo, quam sibi David construxerat in arce Sion, destinatum esse locum, ubi religiosus cultus impenderetur arce. Extra illud, ut apparet, conclave, accepit David victimium istud à Nathan; deinde illi tam illustri promissione exiitans et gratulabundus ingressus est angustum illud et venerabile sacrarium, ut gratias ageret pro singulari illa liberalitate, et aliquid præterea oraret, quod ad promissionis illius rata et certa complementa pertineret. Dicitur autem *sedisse coram Deo*; non quia desidem sumpsit et mollem oratoris habitum; ut enim minime decebat illum qui supplex esset, et benevolam Deum habere vellet, opud quem sciebat neque infirmam esse neque ingrati fore orationem illius qui abiecit prout ambitione regia, ad terram se prorsus abiecerat. Sedebat igitur non ad quietem et ignavam otium, neque sedebat propriè, sed eo dicendi modo significabatur diuturna in orando constantia, quia diutius homo sentiendo, quam stulto, aut incurvato corpore perseverat. Nisi navis, sedisse regem non in solio, sed humi et in pulvere, quod faciunt qui aut animi aegritudinem ostendunt, aut humilem profitentur et sordidam vite conditionem. Quomodo Hierosolimam sedisse dicitur, cum orbata fuit libis, quos Chaldaeorum barbara crudelitas in exilium abduxit, Thren. 1, et senes, Thren. 2, v. 10, eandem ob causam sedisse dicuntur, et cinere conspersisse capita. Et quidem cum Isaias c. 47, fortune conversionem et ancillarum statum humile illustrare, benignis sibi redigere, et confessores suos dicere. Et paucis interjectis: « Noterat se pastorem esse ovium, et non e genere nobilitatum. Sed quando factus est e nobilibus, agnovit se ex nihilo fuisse sublevatum, et quia non est oblitus, quis natus erat, perseveravit in cultum regali. »

Altera David illa s'acvoir de vant le Seigneur, et dit: Qui suis-je, ô Seigneur mon Dieu? Les saints ont remarqué, que David parait en pasture même de son corps, la joie humble et la parfaite tranquillité de son âme: comme le Saint-Esprit, pour cette même raison, descendit sur les Apôtres et sur les premiers fidèles, lorsqu'ils étoient dans le cantique est tout plein de sentiments de la reconnaissance sincère de David pour tant de grâces qu'il avait reçues de Dieu, dont il se trouvait heureusement acceblé. C'est un langage du cœur qui sera aisément entendu de ceux qui entrent dans cette profonde vénération que demande de nous la majesté d'un Dieu qui s'abaisse jusqu'à combler de grâces des créatures d'autant plus indignes de sa bienveillance, que leur indignité ne leur est jamais assés connue. (Sacy.)

tum Babyloni prædicit, monet, ut descendat à solio, et in pulvere sedeat, quod hoc tempore videtur fecisse David: *Descende, inquit, sede in pulvere, virgo filia Babylon; sede in terra, non est solum filia Chaldaeorum, quia ultra non recaberis mollis et tenera.* Et ita putat Josephus, qui l. 7 Ant. c. 4, tradit, proclivisse Davidem in faciem suam, id est, osculatum esse terram, et stratum humi supplicantis more Deum adorasse.

